REVERENDISS. P. D. ANTONII DE GUEVARA, ... MONS CALUARIAE...

Antonio : de Guevara, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIORENTINA
32
9 C
9

Digitized by Google

REVERENDISS. P.

D. ANTONII DE GVEVARA,

ORDINIS S. FRANCISCI, EPISCOPI MONDONIENSIS, D. CAROLI V. Imperat. Historici & Concionatoris disertissimi,

MONTIS CALVARIAE PARS ALTERA.

QVA SACRATISSIMORVM septem Verborum Christi abditissima mysteria cum insignioribus aliquot vtriusq; Testamenti figuris, & SS. Patrum locis, incredibili cum facundia declarantur.

OPVS VERE AVREVM, MVLTIPLICI eruditione, pietate, ac salutaribus documentis refertum: Et hactenus non modò à pijs, sed etiam Concionatoribus vehementer expertitum.

PSALM. LXVII.

Mons in quo beneplacitum est DEO *habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.*

COLONIAE,
Apud Ioannem Crithium
Anno Domini M.DCVII.

B.FONS.A.R.
B.FONS.A.R.

22.2.C.9

REVERENDO

IN CHRISTO PATRI, D. HENRICO BRANDTIO, CANONIC.

Regul. ad V. Corpus Christi Coloniæ, Priori vigilantissimo. S. P D.

ILLA est naturæ nostræ benigna indoles, Reuerende in Christo Pater, suspicere inprimis atque admirari, quæ siue verbo siue opere memoranda à Viris iam metæ proximis accipimus. Et meritò; quis enim adeò saxeum inhumanumque cor induisset, vt ipsum naturæ genium proteruo nisu conculcaret, illaq; haberet despicatui, quæ natura veneratur, venerandumque dictat omnibus? Vidit istud cæca gentilitas, & non modo verba vltima nouissimaque, sed etiam iam fugaces morientium halitus captauit. Sic crudeles Mauri, sic inhospitales Scythæ philosophati sunt, omnesq; illi, quibus natura non tam naturam, sed humanam naturam negauit in plurimis. Non dicam ergo quid apud politiores vsitatũ sit, non quid Christianæ leges exigant, cùm, quisquis hic naturam ducem sequitur, veritatem sequatur & consequatur. Quod si ita est, vti reuera est, (neque quisquam alius, nisi infructuosus naturæ surculus inficiabitur) huius GVEVARAE Viri integerrimi hunc vltimum partum in delitijs habendum esse, quiuis iudicabit, quem vita iam fugiente atq; ipso in opere interclusâ profudit. Vix enim quatuor capita verbi septimi compleuerat, Ecce tibi cum Deus illũ suæ passionis ardentissimum, religiosissimumq; Præconem, ad

se, ipso Paraſceues die admirabili sanè memoria euocat, eaq; dãt intuitiuè arcana ibi conſpicere, quę per ſpeculum in ænigmate hic conſpexiſſet. Vltimum opus eſt, vltimum ſpirãtis Viri, quod Reuerend. Paternitati tuę oblatum eo, confidens tanto gratius fore, quanto cygni extrema querimonia ſuauitate ipſa eſt amabilior. Cogitauit .n. Vir religioſiſsimus aliquod præclarum monumentum, quo ſe vixiſſe teſtaretur, poſteritati relinquere; & cygneam ſuam lacteamq; meditãdi orandiq; dulcedinem cygno candidiorem, ſuauiorem lacte docere; vt ſi illã oculis operibusq; noſtris cõſignemus, haud dubiè eadem Deũ benignitate nos, qua illum olim, proſecuturũ eſſe.

Et quidem mirũ videri non debet, quare ego ex tenebris primus hunc tibi Viri huius de VII. VERBIS DOMINI Librum dedicans, prorumpam, cùm vetus illa à primis crepũdijs inchoata familiaritas nõ tam ſuggerere, quàm iure ſtricto exigere videatur, quando primũ R. T. Paternit. præclaram ad magna omnia indolem admirari cœpi, & colere. Aetatis illa ſunt teneræ, nec maturiori etiã ætati meę erga R. T. Pat. obſeruantię rationes defuêre, pręſertim cũ ex turbuléto illo pragmaticorum te ſubducens Euripo, in antiquiſsima illa ac tot ſeculorum periodis, Sanctorumque veſtigijs celebrata Canonicorum Regularium religione diuina bonitas exponeret, vt ibidem turbarum expers, philoſophareris cum Diuis, Diuorumque Deo. In qua vno eodemque anno, (ô Dei iudicia, ô præmia virtutum)

tum) tantum profectum R. T. Pat. fecit, vt & religionem capeſſeres tyro, & adiuuares Sacerdos; & ſanè vt videmus modò cum laude hominum, & indubiè cum peculiari aſsiſtentia Numinis, adminiſtrares Antiſtes. Et quia annales docuerant, R. T. P. & ſanctæ hiſtoriæ erudierant, ipſaq; inſtruxerat ratio. *Væ ſoli* à Sapiente inculcatum eſſe, ſocium aſſciuiſti, qui communibus ſtudijs, pari zelo, pari animo tanquam Patroclus aliquem Achillem, aut Achates AEneam, quid prophana dico, tãquam Dauidé Ionathas amore ardétiſs. ſequeretur, nempe doctiſs. D. Albertum Luyckenium, præter alios, qui ad eandem meſſem egregiè creſcant, excreſcantque, quibus numerandis ne catalogum texam ſuperſedeo, vt non modò ſolus vineam Domini excultum ires, non modò ſolus ſagenam Domini traheres, ſed etiam hos, in partem tuorum laborum venire velles; qui tametſi ad illud veſtrũ Monaſterium nitori priſtino reſtituendum excurrant, nihilominus ad totum etiam ordinem, iam iniquitate temporum hominumq;, vt fit plerunq;, moribus prô dolor malis lapſantem, peſſumq; euntem ab interitu vindicãdum extendant. Laudandus conatus, non ſibi tantùm, ſed toti Reip. Chriſtianæ natum eſſe, cui nõ exiguus ab hac ſancta familia & perantiqua, ſplendor accedit. Hæc ſunt, quæ à me hoc gratitudinis officiũ poſtularũt hactenus, quæ verò in dies poſtulẽt, non cõmemoro; tum ne modeſtiæ Pater. Tuæ pudorem adferam; tum

ne rem notiſsimam cõquiſitis quibuſdam radijs fucare velle videar. Tuum erit Reuerende in Chriſto Pater, hoc memoriale eo animo ſuſcipere, quo datur, id eſt, ſyncero, aperto, chriſtiano: Et vti in bibliotheca tua librum hunc collocas, ſic contra maleuolorum dentatas voculas tuearis; ne vel liuente mente conuulnerent, vel amente dente. Quibus melius eſſet verborum horum rerumque Auctoris cæleſtem excipere ſuccũ, quàm venenoſo ſeipſos perdere. Si enim ſuper mel & fauum dulciora Domini fuere eloquia, ſi turbæ in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius ſtupuerant, ſi nunquam ſic locutus erat homo vt ille: longè illos ſuadæ paraſitos oratores aio, poſt ſe relinquens; quid non his vltimis nouiſsimisq; verbis fiet, quibus Dominus ſuauius efficaciusque pro vniuerſo genere diſſeruit; & quicquid gratiarum homini dare voluit, id ſeptem hiſce complexus ſit. Suſcipe inquam R. P. hoc gratitudinis monimentum, exiguum quidem, ſed tale quale mea hoc tempore offerre poteſt tenuitas. Ipſa diuina bonitas Reueren. Pater: Tuam Ordini, Patriæ, Eccleſiæ incolumem cõſeruet: Et Agrippinenſium ſalutem bonumq; nomen tu Agrippinenſis propaga. Ex officina Coloniæ, ſexto Aprilis die, Anno partæ ſalutis ſexcẽteſimo ſeptimo ſupra milleſimum.

Reuerend. Paternit. Veſtræ
Addictiſſimus

Ioannes Crithius
Colonienſis.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

CAP. I. PROLOGVS in primum verbum à filio Dei in cruce dictum. fol. 1

Explicatio primi verbi, quod Christus Dominus in cruce locutus est, & quas eximias conditiones hæc sancta oratio habeat. 5

II. *Quomodo filius Dei Patri suo dicat, crucifigentes se non inimicos sed amicos esse.* 12

III. *Quomodo filius Dei mediatorem se Deum inter hominem statuerit, & quas gratias sequester ille in hoc tumultu retulerit.* 18

IV. *De variis ac mirabilibus conditionibus, quæ in hac oratione,* Pater ignosce illis, *comprehense sunt; & vt ad illas in nostris orationibus nos componamus.* 25

V. *Quare Pater noluerit respondere Filio pro amicis suis roganti, vbi admodum pretiosa subticiaque puncta inexuntur.* 29

VI. *Quomodo Christus in cruce multò ardentius atque efficacius orauerit, quam in horto; quod vna oratio conditionata esset, altera verò non.* 35

VII. *Quomodo Christus clementior modo sit, quam ante fuerit: Et quare Christus cum Patrem pro inimicis oraret, non æquè dixerit, vt illis remitteret.* 42

VIII. *Qua ratione nationes filius Dei cum Synagoga ineat, propter quinque immanitates in eius morte exercitas.* 50

IX. *Misericordia Christi maior malitia Synagogæ fuit, quando quidem ipsi ignouerit, ipsa autem noluerit acceptare.* 59

X. *Quomodo Christo cor nostrum conformandum sit, quo illum amare, syncereque illi seruire possimus.* 69

PROLOGVS in secundum verbum à filio Dei in cruce dictum. 75

XI. *De conuersione boni Latronis, magnisque miraculis, quæ illius causa Dominus hic patrauit.* 80

XII. *Quod Iudas Iscariotes fur fuerit, & quid furatus sit; & qua de causa ab apostolatu deciderit.* 85

XIII. *In hoc capite recensentur grauissima Iudæ peccata, & quam proditionem in Christum designarit.* 93

XIV. *De magnis virtutibus quas latro habuit, qui cum Christo mortuus est: & quid propheta Ieremias hisce conformiter vaticinetur.* 101

XV. *Qua ratione bonus latro magis in suum commodum illud triborium in cruce conuerterit, quàm Iudas triennium quo Christum sequebatur; & qua ratione alij fures ad patibulum vsque furari consueuerint, hic verò in ipso etiam patibulo furatus fuerit.* 109

XVI. *Quomodo latroni bono nihil præterea in cruce superfuerit, quàm cor ac lingua; & quod his duobus gloriam consecutus sit. Intexuntur insuper huic capiti pulchra documenta, quibus cor nostrum custodire docemur.* 116

XVII. *Quomodo ex fidei defectu malus latro damnatus sit, & quem verque latro calicem biberit.* 125

XVIII. *De charitate quam bonus latro gerebat erga malum; & quomodo coarguerit illum atque monuerit.* 134

XIX. *Quare bonus latro non corripuit latronem malum ideo quod Christum non diligeret, sed quod Deum non timeret. Vbi pulcherrima etiam de timore Dei intexuntur.* 143

XX. *Quanto gratior Christus in bonum latronem fuerit, quod illi in crucem vsque adhæsisset, quàm pincerna Pharaonis erga interpretem suum Iosephum eiusdem in carcere concaptiuum.* 155

XXI. *In hoc capite verba boni* Latronis, Domine memento mei, *deuotis pijsque verbis explicantur.* 164

Oratio quam bonus Latro in cruse pendens Christo obtulit. 17

XXII. *Quomodo Christus Dominus exaudierit verba quinque boni* Latronis, *& ille septem responderit.* 175

XXIII. *Quod filius Dei nunquam nomen Paradisus ore suo vsurpauerit, nisi eum cùm Latroni promitteret: Et præterea illa verba,* hodie mecum eris in paradiso, *pulchrè explicantur.* 183

XXIV. *Quare filius Dei in cruce omnibus dixerit:* Amen dico vobis:

vobis: at solum latroni, Amen dico tibi. *Et quomodo hic latro primus Martyrum fuerit, qui cum Christo mortui, primusque Sanctorum, quem canonizaris Christus.* 192

PROLOGVS in tertium verbum à filio Dei in cruce dictum. 201

XXV. *Quod Matris Dei dilectio alias omnes tam humanam, quàm angelicam superauerit.* 205

XXVI. *Quod vti dilectio Matris erga filium magna fuit, perinde amor filij erga Matrem magnus fuit: Ad cuius declarationem pulcherrima figura ex Canticis sublimi stylo adducitur.* 212

XXVII. *De primo & altero verbo quod S. Simeon ad Virginem dixit; & quo pacto multi homines à legibus Christi deflectant, in quo non est Christus culpabilis.* 221

XXVIII. *Explicatio tertij verbi, quod senex Simeon ad Virginem locutus est in templo, & in hunc finem declarat Auctor tres scripturæ auctoritates.* 228

XXIX. *Quo pacto Salomon à Patre suo regnum voluptatis hæreditarit, Christus verò regnum miseriæ.* 236

XXX. *De gladio doloris qui filium Dei occidit, & benedictæ Matris cor penetrauit.* 247

XXXI. *Quomodo Virgo cum quæ cognatio ad pedes steterint apud crucem, verùm reliqui omnes ab ea procul steterint aut consederint.* 255

XXXII. *Quare Christus voluerit vt Mater se morientem videret, cùm tamen illum in redemptione nostri adiuuare non posset.* 261

PROLOGVS in quartum verbum quod filius Dei in cruce dixit. 270

XXXIII. *Quo pacto Christus in hoc verbo magis suum dicendi modum mutauerit, quàm in aliis.* 274

XXXIV. *Quomodo filius Patri conquestus sit, cur in se suam iram, ac corpore suo furorem vltus esset.* 283

XXXV. *Christus conqueritur Patri suo, quod in sua passione omnes sibi notos amicosque subtraxerit.* 289

XXXVI. Quomodo Christus conqueratur Patri, quod corpus suum copioso sanguine venarum irrigarent, & cor suum aquis [illegible] 301

XXXVII. Quomodo queratur Patri Christus, quod ab illis se crucifigi permittat, qui prius fuissent amici, & quomodo nihilominus eosdem amicos nominet. 302

XXXVIII. Quo pacto queratur Patri suo Christus, pluris factam mortem Iephte in Synagoga, quàm suam in Ecclesia. 303

XXXIX. Queritur Christus Patri, quod vti obstruxerunt Isaac puteos ex inuidia, sic illi vulnera ex malitia aperuerint. 316

XL. Auctor continuat hunc materiam, & ad hoc propositum figuram pulchram declarat. 324

XLI. [illegible] ictibus sue onerauit, & cor aggrauarit curis. 329

XLII. Quo pacto Christus conqueritur, de ingratitudine nostra, cum in se omnia peccata nostra receperit. 346

XLIII. Queritur Christus Patri suo, quod tam malè ex inuidia tractatus sit: Et quo pacto caput asini in Samaria 80. argen- [illegible]

XLIV. Conqueritur Christus Patri, quod alijs Martyribus tormenta diuersis temporibus imposita fuerint, sibi verò eodem tempore omnia imposita. 361

XLV. Conqueritur filius Dei Patri, quod multò ante Pater se quàm Iudas tradidisset, condemnasset ad mortem. 370

PROLOGVS in quintum verbum à filio Dei in cruce dictum. 380

XLVI. Quare filius Dei dixerit, vt omnes sitientes ad se venirent: Et contrà quare dixerit Patri suo se sitire. 384

XLVII. Quo pacto corui prophetam Heliam pauerint, sed Iudæi Christo, nec cibum, nec potum porrexerint. 392

XLVIII. Quo pacto lictores vinum ebiberint, quod pro Christo & duobus latronibus attulerant, sed Christum sitì mori permiserint. 400

XLIX. Auctor continuat figuram Prophetæ Amos, & loquitur amplius de vestibus Christi, quæ nobis ille his oppignorauit. 408

Auctor

X. *Auctor declarat pulchram aspectum ex Tobiæ.* 414

XI. *Continuat Author præcedentem locutionem, & suo egregiè proposito applicat: Hyasper & aliam ex Ieremia prophetia inducit.* 420

XII. *Quo pacto Dauid non siti aquæ sed beatitudinis laborarit.* 429

XIII. *Quomodo Deus queratur se propter res vilissimas à nobis deseri, & ideo nos inaquosis cisternis comparat.* 435

XIV. *Quo pacto non subierit Christus fel acetumque bibere, licet sciret non mortem allaturà esse.* 440

XV. *Quo pacto Synagoga Christo non nisi fæces putentes dederit.* 444

XVI. *Qua ratione Synagoga Christo id bibendum dederit, quod ipsa erat nimirum fel, & quod habebat nimirum acetum.* 448

XVII. *Sitim Christi non tam ab appetitu bibendi satis profectam esse, quàm à desiderio quod nostri causa patiendi mortem haberet.* 454

XVIII. *De magna ingratitudine & immanitate Hebræorum, Christo fel acetumque porrigentium; Et quo pacto in specie pro quolibet peccato fecerit satis.* 463

XIX. *Inducit Author figuram de Davide, eumque ad propositum declarat.* 470

XX. *Quomodo Ecclesia Christi abundantiam spiritualium aquarum habeat nimirum gratiæ, donorumque Spiritus Sancti. Et quomodo Christus ignem miserit in terram venerit qui amor Dei sit, & quid amor Dei in anima operetur.* 47

PROLOGVS in sextum verbum. 489

XXI. *De multiplici huius benedicti sexti verbi sensu.* 494

XXII. *Intemperantiam cibi & potus Author coarguit; item Christum omnium Martyrum summum esse, Isaiæ prophetia declaratur.* 500

XXIII. *De nuptijs filij Dei; item omnia mensuram, pondus & numerum habere, excepta Christi humanitate.* 507

XXIV. *Tractat Author de maiestate & excellentia templi Salomonis: & quo modo Spiritus S. templo humanitatis Christi multò*

multò maius artificium, diuitias ac spiritualia dona impenderit, quàm templo à Salomone constituto. 516

CAP. LXV. Quomodo in Christo completa sint omnia mysteria & prophetiæ Hierosolymis, quæ Deus de illo prædixit. 523

CAP. LXVI. In hoc capite pulcherrima Christi oratio, Pater sancte non pro mundo rogo, sed pro illis vt serues eos à malo, explicatur.

CAP. LXVII. Auctor de diuersis veteris legis sacrificijs agit, ac de vno nouæ testamenti eiusque operatione.

CAP. LXVIII. Declarat Auctor figuram ex veteri testamento, quo pacto Moyses septies Altare vnxit, & talem vnctionem figuram esse vnctionis in humanitate Christi completæ. 549

PROLOGVS in septimum verbum. 555

CAP. LXIX. Deum solum & verum consolatorem esse, & quomodo pro Synagoga Deus vltionum fuerit, Ecclesiæ verò se Deum misericordiarum exhibuerit. 560

CAP. LXX. De discrimine inter Testamentum Christi & Dauidis. 569

CAP. LXXI. De discrimine sanguinis Christi & Abelis: & quam diuersimode vterque vltionem poscat. 298

CAP. LXXII. Christus de anima Christi conqueritur, quod adeo propter creationem suam, redemptionemque ingrata sit. 572

FINIS

ENCOMIASTICON

PIIS DOMINI ANTONII DE GVEVARRA, EPISCOPI MONDONIENSIS

Hispanis manibus, Iohannes Geilkircherus Cancellarius Bauaricus Monachij deuotus faciebat.

VIVE animi felix, mitra spectate Gueuarra,
Quem pietas ardens, & rerum cura sacrarum
Noctes atque dies teneris possedit ab annis,
Et primum primos inter, quibus orbita secli
Floruit elapsi, fama super æthera vexit,
Non solum Hesperio, qua sol iubar æquore mergit,
Quaque diem miseris reuehens mortalibus almum,
Hinc atque hinc Austrum lustrat, septemque triones,
Verùm etiam aduersi quotquot vestigia nobis
Antichtones figunt, qui nunquam sidera nostro
Visa polo aspiciunt, nomen laudesque Gueuarræ
Ore animisque ferunt, tanquam qui diuite Christi
Horrea prouentu distendis, & abdita legis
Sensa DEI ignotas gentes, nec transita priscis
Regna doces, & idem nobiscum credere Numen
Instruis inuicto cælestis robore VERI,
Et procul Errorum pulsis illo orbe tenebris
Lucis Euangelicæ radijs latè omnia comples.
Hæc illa est arbor, quam sanctis Regius odis
Decantat psaltes, quæ in margine consita ripæ,
Perpetuo præter labentibus humida lymphis,
Torrida feruentis non curat brachia Cancri,
Nec brumam vrentem metuit, sed floribus apta,
Et folijs semper viridantis, spes rura colentum
Efficit esse ratas, quos pomis vber & vuis

Lati-

Lætifer autumnus beat, & sudore redemptos
Amplificans fructus tacitis accessibus auctos,
Ille pater rerum, & diuisor temporis omnem
Tramite inoffenso facilem facit ire laborem,
Qui miseris anno toto redit actus in orbem.
Hæc illa, hæc olea est, riguo quæ fertilis horto
Insita, post florem grauidis pulcherrima baccis,
Mille cados adipe & sacri pinguedine succi
Imbuit, & nymphas Lychnis, oleoque paratas
Mittit in occursum venturo in nubila SPONSO,
AEterni Regis Nato, quando ille relictis
Ignauis, longasque moras nectentibus, arcis
Stelliferæ intrabit thalamum, Sponsaque fruetur
Antè sibi electa, quàm sol percurreret orbem
Signiferum, & bis sex signis lustraret olympum.
Hic ille est palmes, botris liuentibus aptus,
Non te Bacche patrem agnoscens, sed numinis aura
AEtherei vegetante ferax, quem CHRISTVS IESVS
Plantauit, veraque sui de vite resectum.
Fœcundis commisit agris, & ne quis adurat:
Sirius, ipse sui madefactum rore cruoris,
Luxuriante facit latus omne propagine Magnæ
Hinc atque hinc vestire domus, iussoque racemos
Tempore speratos lætis cultoribus adfert.
Hic ille est seruus, somni contemptor inertis,
Qui bonus & sollers nummos extendere nummis,
Præpositus magnæ Domino mandante tabernæ.
In lucrum argenti sibi tradita quinque talenta
Reddidit accessu duplicati fœnoris aucta,
Vnde domum peregrè rediens exercitor æris
Ter collaudato maiora negotia mensæ
Credidit, & quæstus quæsiti parte beauit.
Quid moror? ô laudis vertex & nobile punctum
Omnigenæ, speculum legum prælustre sacrarum,

Lumen

Lumen inextinctum Pietatis, amabile Morum
Exemplum, & nunquam culpatæ regula vitæ,
Tu qui Christigenas tecum olim hac luce fruentes,
Et post te, donec Sol arcton obibit vtramque,
Venturos, calamo, linguaque & voce præibas,
Iustitiæ præco, nulli virtute secundus,
Nunc superos inter maioris sideris instar
Colluces, radijs de te surgentibus illis,
Queis animæ sanctæ tecum sine fine calescunt,
Et cum mille alijs, macula, rugaque senectæ
Non deformatis nymphis, gratantibus hymnis,
Atque indefessis per sæcula vocibus, AGNVM
TER SANCTVM acclamãt, roseo qui sanguine tinctus,
Victor ouans, Orci custode in vincla petito,
Ad patris æterni sedes & regna reuersus
Sanctorum in numero cœtu stipante triumphat.

EPI.

EPITAPHIVM

AVCTORIS QVOD SIBI IPSI CONSCRIPSIT VIVENS. OBIIT Anno M.DXLIV. decimo Mensis Aprilis ipso Cœnæ Domini die: sepultus Vagliadoli in Monasterio S. Francisci.

CAROLO V. Hispaniarum Rege Imperante.

Illustris Dominus, Dominus frater Antonius de Gueuara.

Fide Christianus.

Natione Hispanus.

Patria Alauensis.

Genere de Gueuara.

Religione S. Francisci.

Habito huius Conuentus.

Professione Theologus.

Officio Prædicator & Chronista Cæsaris.

Dignitate Episcopus Modonensis.

Fecit Anno Domini M.DXLII.

Posui finem curis, spes, & fortuna valete.

Orate Deum pro anima huius dignissimi Episcopi.

D.PETRI

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA, IN PRIMVM VERBVM, à Filio Dei in cruce dictum,

PROLOGVS.

PARCE Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, dicit Propheta Ioel, ac si diceret: quandoquidem tibi decretum est, ô Domine, abolere nomen *Deus vltionum*, atque resumere nomen illud, *misericors & miserator Dominus*, ordire modò exercere tuam misericordiam, & populo tuo peccata remitte, adeò te offendenti: non admitte, ô Domine, vt ille populus, quem tanto tempore defendisti, & in cuius gratiam tam admiranda patrasti, & cui adeò propitium te exhibuisti, modò à mundo adeò despectus sit, atque omnium ludibrium fabulaque fiat. Ioel. 2.

Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem deduxisti de terra AEgypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? dicit Scriptura, ac si diceret: Postquam Hebræi in deserto idola colerent & vitulum conflatum adorarent, recepit se in montem Synai Moyses, & in genua procidens, Dominum inuocauit, dicens: Cur furor tuus in populum hunc ad internecionem vsque desæuiet, quem tanta potentia & tam robusta manu ex AEgypto eduxisti? quis alius hic idololatricus populus est præterquàm obsti- Exod. 32.

Phariſæi ſunt populus idololatricus ex Aegypto egreſſus.

nati Phariſæi ſuum Deum crucifigentes? & quis Moyſes in monte Synai alius, quàm benedictus Dominus Ieſus in cruce pendens, ac pro inimicis ſuis orans ac dicens: ô cœleſtis Pater, cùm ex præcepto tuo in hunc ſtatum deuenerim, cur in humano genere meam mortē vis vindicare, quod ex mera tua miſericordia interuētu mei ſanguinis, à iugo Dæmonis ſubducis? Abraham intercedit pro Sodomitis; pro ſe Agar, ſuoque filio precatur; Iacob, vt à fratre ſuo ſe defendat, rogat; Anna pro filio votis inſtar, & Samuel pro exercitu toto prece ſupplicat; & horum omnium precibus annuis: quare igitur mihi illud non annueres, quo vitam ſeruarem meam?

Cùm Deus Iſraeliticum populum peſte inuiſeret, breuique tempore 70000. tabeſcerent, alta voce exclamauit Dauid. *Ego ſum qui peccaui, ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? vertatur, obſecro, manus tua contra me & contra domum patris mei.*

2. Reg. 24.

Ex quibus tam luctuoſis verbis colligere eſt, quantopere Rex Dauid pro populo ſuo, qui propter peccatum à ſe commiſſum plectebatur, ſupplicaret. Cæterum Chriſtus Dominus noſter pro peccatis à toto mundo commiſſis patitur.

Chriſtus ommium miſſimus & miſericordiſſimus ſuæ Principum.

Quamobrem, ô mitiſſime Rex, ô miſericordiſſime Domine, dic mihi, quis vnquam Cæſarum ſui interfectoribus ignouit? quis vnquam Principum in ſe coniurantibus conceptum facinus remiſit? Laudamus manſuetudinem Octauiani, qui quibuſdam honorem ſuum carpentibus dixit, linguas hominum liberas eſſe oportere: plurimi magni Iulium Cæſarem æſtimant, quòd omnium eſſet memor, iniuriarum verò ſibi irrogatarum immemor, ſed prò dolor, nos

sor, nos immemores ac incurioſi ſumus Chriſtum Dominum ac ſeruatorem noſtrum ſibi obmurmurantes excuſare, quòd non bis, aut ter, mille hominum, ſed vniuerſum humanum genus redemiſſet; neque ſolum irrogatarum iniuriarum obliuiſceretur, ſed etiam pro illis oraret, qui adeò immaniter eum iſtis inceſſiſſent iniuriis ac vexauiſſent.

Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt que ſibi Deos aureos: aut dimitte eis noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti, dicit Moyſes in perſona Chriſti, ac ſi diceret: O Pater coeleſtis, video agnoſcoque peccata ab hominibus commiſſa enormia eſſe, dum tibi adeò dilectum Filium obtruncant: verùm, ô Pater, tu ipſe noſti, quòd magna ſit contumelia, ſi mors, quam in illorum ſalutem ſuſtineo, in venenum illos exedens conuertatur, atque ideò te ignoſcere illis hoc peccatum fas eſt. Nam vel maximè honoris mei intereſt, vt propoſitum meum ſeruem, quippe, non ſciunt hi miſeri quid agant, neque poſſunt comprehendere, quòd ille, qui totum mundum ex nihilo creauit, cuiuſque ordinatione adminiſtrantur omnia, in adeò abiecto deſcẽderit cultu, ad mortẽ tam ignominioſam ſubeundã. Sciunt ſe homini crucẽ imponere; non tamen quem crucifigant, ſciunt. Hæc mea eſt bonitas, hæc mea eſt miſericordia, hæc mea humilitas, hic zelus meus, hæc voluntas mea, hoc monile verũ, quo decorari cubilia Principũ eſſet iuſtiſſimum. Nam excelſi generoſiq; animi eſt ſignum, quiſquis iniurias deſpicatui habet, atque iracundiæ dominatur. Plerumque illud viuace memoria tenemus, quòd nouiſſimè factum eſt. *Exod. 32.*

Signum generoſi animi quod ſit

Nam si amicorum nostrorum quispiam moriatur, perpetim ille in imaginatione nostra haret qualis fuerit, qualem se paulò ante obitum exhibuerit, & quomodo obierit, quæ in extremis verba fit locutus. Nullum enim cor in toto, quà patet orbe, adeò durum est, quod non libenter conetur expedire illa, quæ in simili mortis casu mandata sunt; partim ex condolentia amici, partim quò sibi paria eueniant, quando idem iter mortis ipse calcauerit: perinde & Filius Dei fecit. Cùm enim præ reliquis omnibus hominum salutem inhiaret, misericordiam à suo Patre petendi commodum tempus præstolatus est, quo, tametsi Pater suus, Deus non fuisset, sed peregrinus quispiam; illi tamen negare petitionem nequiuisset. Cùm ergo tamdiu quoad in cruce penderet, præstolatus fuisset, eiusque corpus ac caro paterent, hanc petitionem suam seu postulatum ex suo memoriali deprompsit, quod primum futurum esset, cuius ilium pater potentem faceret.

Morte appropinquante ponderosa verba loquimur.

Quamdiu nos in hac vita sumus, loquimur & enucleatè discurrimus de rebus nostris; verùm cùm morti appropinquamus ac cereum manu tenemus, nullum verbum quod pondus suum non habeat edicimus. Sic quoque verba Christi diligenti cura audienda, vigilantibusque oculis legenda, & magna cum sollicitudine ponderanda ac scrutanda sunt, præsertim illa, quæ in fine suæ vitæ locutus est: quo enim breuiora sunt, eò maiora ac plura mysteria in se continent. Totus vitæ eius processus, omnes conciones, omnia illius opera, vti Testamentum erant, in quo œconomiam suam ordinaret, vt humano generi sta-

tiones

siones multæ ac domicilia, quæ in regno Patris sui possident, donarentur. Paulò enim ante mortem codicillum fecit, in quo homines hæredes regni Dei ac suos adoptiuos fratres per baptisma constituit, rogans Patrem suum, vt codicillum hunc ratificare, commissaque peccata remittere vellet.

EXPLICATIO primi Verbi, quod Christus Dominus in cruce locutus est, & quis eximias conditiones hæc sancta oratio habeat.

CAP. I.

PATER *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, dicit Filius Dei in hora mortis suæ iam crucifixus, ac si diceret: O æterne, iuste ac sancte Pater, quod primum te oro in cruce est, vt omnibus vitam mihi eripientibus ignoscas ac condones. non enim sciunt, quàm grauiter tuam bonitatem diuinam exacerbent, ac misericordiam labefactent. *Super inimicos meos prudentem me fecisti*: dicit Regius Psaltes, ac si diceret: Gratias ago tibi ô magne Deus Israel, quòd prudentiæ virtutem mihi tribueris, quo hostibus me persequentibus, queam resistere, & quò meipsum cohibere possim vt inimicis meis ignoscam. Ad huius Verbi declarationem, quod Christus in cruce locutus est, ac in Psalmo Dauid, aduertendum est, quòd principaliũ virtutum choraga & dux sit ipsa prudentia. Absque enim illa, iustitia in immanitatem, moderatio in teporem, fortitudo in tyrannidem, potentia in superbiam, audacia in temeritatem, ac scientia demum in malitiam commutatur.

Luca 23.

Psalm. 118.

Prudentia virtutum dux.

Adeò sublimis, inquit Plato in Timæo, gratia prudentiæ est, vt illius interuentu duntaxat vir sapiens præterita corrigat, ordinet præsentia, præuideat futura. Nouisse se multos Græcos, Aeschynes ait, eloquentes sermone, subtiles inuentione, audaces conatibus, accuratos in suffragijs, atque in operibus suis nõ admodum manifestos, qui omnes cùm parum prudentiæ haberent, vna hora penè omnium fortunarum suarum iacturam fecêre. Socrates identidem suis inculcabat auditoribus, non nimium alligatos præceptis suis ac doctrinę esse debere, vt omnia ea verbotenus seruarent ac perficerent. Ego enim, inquit, Præceptor sum, qui facienda dicere possum, verùm ipsa prudentia vobis qnomodo, quando, vbi, quare facienda sint, dictabit. Cicero ad Atticum scribens, ait, non illum debere inter sapientes numerari, qui multa legit, multa vidit, multa nouit, sed qui omnia vsurpare benè ac conuenienti tum loco tum tempore applicare nouit. Nihil enim Reipublicæ magis pernicioſum est, quàm à magnæ quidem scientiæ Viro, exiguæ tamen prudentiæ gubernari.

Sapiens quis dicatur.

Cùm Filius Dei, vt sanctus vult Augustinus, diceret, *estote prudentes sicut serpentes*, quid aliud docere voluit quam melius administrari Ecclesiam à simplicibus ac prudentibus, quàm eruditis ac arrogantibus hominibus? Prudens, inquit Seneca, temperantiam amat, seruit cum sollicitudine, cum patientia sustinet, loquitur circumspectè, alios inuisit sine fastidio: pollicetur quod potest; quod vult, dissimulat: cui vult confidit, quod scit tacet, neque facile potentiorem se lædit.

Matth. 10.

Ecce

Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, dicit vnus de pueris Sauli Regi à Diabolo occupato, quasi diceret: Noui filium quendam Isai, qui vocatur Dauid, hic psallendo manu sua te ab illa inualitudine leuare potest. Annis enim est iunior, nobilis sanguine, vultu rufus, staturæ modicæ, magni roboris, & ante omnia in verbis prudens. Benè aduertendum est Scripturam non laudare Dauid, quòd suam prudentiam in vultu aut in gubernatione, sed in nudo sermone ostenderit. Etenim prudentia in nulla re melius, quàm in verbis, quæ loquitur quis, elucescit. Omnes res huius mundi, inquit Seneca, locum, quo circumscribuntur; essentiam, qua subsistunt; tempus, in quo operantur; proprietatem, ad quam inclinentur, & finem in quem colliment habent. Quorum omnium propter loquelam memini, quæ sane loquela opportunum tempus, ac prudẽtiam singularem requirit.

1. Reg. 16.

Dauid qualis fuerit.

Væ mihi quia tacui, dicit Propheta, ac si diceret: Væ mihi, væ mihi, ô Deus Israel, quod cùm tot peccatorum sim conscius, totidem nihilominus dissimularim. Si namque ea detexissem, correcta fuissent; & si manifestassem, debitis fuissent pœnis coercita. Perinde dicebat fratricida Cain: *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Cæterum sanius fuisset huiusmodi illum verba repressisse, quàm expressisse. Nam sic grauiori se peccato obstrinxit, quòd misericordiam Domini non agnosceret, quam quòd suum fratrem Abel vita exueret. Quia ergo Isaias culpabilis est, quòd tacuerit: contrà verò Cain stultiloquio peccarit;

Isaiæ 6.

Genes. 4.

Prudentia virtus est necessaria.

colligimus quàm necessaria virtus prudentia sit, siquidem illa nos, quid dicendũ sit docet, & quid tacendum cauet. Rectè Sapiens Salomon, inquit, *Eccles. 3.* *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Nam his verbis loqui indulget, & ad tacendum frænum ori nostro imponit. Continua namque taciturnitas phantasticum est, verùm mutilo quiũ stultitiæ est argumentum. Probus, aut improbus, inquit Cicero, ex operibus agnoscitur: verùm stultus aut sapiens ex verbis, quæ loquitur, inclarescit. Quam prolixam parenthesin non alia sanè de causa instituí, nisi vt ostenderem, quàm Filius Dei patiẽs in tacendo, & moderatus in loquendo fuerit. Nũquam enim locutus est, nisi fructuosè se loqui sciret; neque vnquam tacuit, nisi loquelam suam infructuosam scandalosamque iudicaret. In illa verba, *Domine verba vitæ habes*, inquit Beda. Adeò parcus ac circumspectus in verbis Filius Dei fuit, vt nunquã os suũ aperuerit nisi ad prædicandum, & nunquã clauserit nisi ad orandũ. Vltrò inimici eius palàm fatebantur, *quod nunquam homo sic locutus est*. Nunquam enim videbant quòd obmurmuraret cuiquam, aut iniuria quenquam notaret, tametsi infinitis ipse iniurijs notaretur.

Christus in loquẽdo moderatus fuit

Ioann. 6.

O mitis Domine Iesu, inquit Bernardus, benè dixit propheta de te: *ignitum est eloquium tuum vehementer*. Omnia namque tua benedicta verba aut ad bonitatem, aut ad amorem, aut ad misericordiam homines traducebant, abducebant à malitia, aut conscientiam illustrabant, aut animum mitigabant. In die passionis suæ Dominus ad quatuor tribunalia raptabatur, nimirum Pilati, Herodis, summi Sacerdotis Cayphæ, ac sanctæ crucis coram Patre suo. Coram quo solus locutus est, cùm

est, cùm coram alijs omnibus tacuisset, non sine singulari vtique ac profundo mysterio. Coram prioribus duobus tribunalibus cumveluti malefactor accusaretur, nihil respondere voluit; at in arbore crucis statim invocem resolutus est & Aduocatum egit dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, adeò vt propter meam excusationem respondere ipse abnuerit. Quid autem hoc est, o Domine Iesu? quod te concernit ad hoc responsum non das, tametsi rogeris: quod verò me concernit etiam non rogatus loqueris. Propter mea peccata aduocatum agis, & neque vitæ memor es; licet anima tua in tuis tibi labijs fugitiua sessitet. Quis vnquã illos excusauit, qui accusarunt? atque illis patrocinatus est, qui se damnauerunt? ô mitis Domine Iesu, inquit Anselmus, *ô quam ignitum est eloquium tuum*, quandoquidem me nocentem in ligno crucis excusasti, teque mihi suppositisti nullius peccati macula deformẽ, tum vtique præstitum à te cum inflammatus caritate esses, & doloribus oneratus. Quòd si ergo petere aliquid, aut rogare omnino decreuisses, quare non rogas Patrem tuum vti tuos dolores imminuat, sicut rogas, vt nobis peccata ignoscat? Quamobrẽ tuis dilaceratis mẽbris non condoles, quemadmodum hostibus tuis condoles & misereris? cùm innocentes tueris, & peccatorum aduocatum agis, quare innocentis tuę carnis non misereris, vti grauissimorum meorum peccatorum misereris? *ô quàm vehementer ignitum est eloquium tuum:* quippe qui excusas nocentes, non rogatus rogas, ante satisfactionem peccata remittis, & pro illis moreris, qui te occiderunt? *Psalm. 118.*

Præcipit Mosaica lex, vt malefactor dentem

pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, oculum pro oculo, vitam pro vita det, quare tu das, ô magne Redemptor, manus ijs qui eas ligaturi: pedes ijs, qui clauis sint perfossuri: oculos ijs, qui illos obscuraturi sint? & denique vitam ijs, qui eam sint ablaturi? Cùm pro te vindictam sumi nõ cupias propter illatas iniurias: cur iustitiæ non præcipis vt in hostes vindicatiuã iustitiã exerceat? Bernardus ait, ab illo tẽpore quo Christus Dominus in horto captus est ac in crucem sublatus, operatus est multa, locutus pauca, ostendens, vt nos tempore persecutionis ac ærumnarum magis patientia quàm eloquentia armaremus.

Quid in primo verbo Christi adhuertendum sit.

In hac prima oratione quam habuit ad Patrem suum, aduertendum ac expẽdendum est, quis Pater sit, quid petat, à quo petat, quando petat, vbi petat, quomodo petat, & pro quibus petat. nam quo vna res grauior est altera, eò maiorem inconueniẽtiam secum trahit. Filius Dei est qui petit: à Patre petit: remissionem petit: in cruce petit: in agone mortis petit: pro suis inimicis petit: & multis cùm lacrymis petit: adeò vt eiusmodi petitio talibus circumstantijs definita ocyus exaudienda sit. Profectò mirabilis illa oratio est, *Pater ignosce illis*: nam ex vna parte Filius Dei est ille, & quia ille expressè dicit, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*, admirandum esset Patrem filio non omnia quæ peteret dare: ex parte verò oratio ad Patrem misericordiarum ac Deum totius consolationis instituitur, qui sua nos omnipotentia creauit, sua gubernauit sapientia, sua consecrat indies essentia, & sua nobis clementia noxas remittit. Filium qui eiusmo

Ioan. 15.

di-

di Patrem habeat, & Patrem qui eiusmodi filium habeat, vt possibile est, non suæ orationis vorique potentem fieri? Erat magna hæc oratio siue peritia propter locum in quo instituta erat, nempe in monte Caluariæ, & ligno crucis, in quo reconciliatus est Pater, benedictus eius filius occisus, Diabolus superatus, remissum peccatum vetus, ac vniuersus mundus redemptus. Ambrosius inquit, Hebræi sanctissimum templum prophanarunt; at Christus montem Caluariæ cõsecrauit. Illi namque ex templo fecerunt speluncam latronum, verùm Filius Dei ex spelunca latronum orationis domicilium fecit. O mitis Domine Iesu, ô animæ meæ solatium, vbi modo locus est quem tu non perpurges, innoues ac sanctifices, siquidem tu te in montem Caluariæ ad orandum recepisti pro peccatoribus, quantumuis mõs eiusmodi propter supplicio affectos maleficos inhonestus esset.

Caluariæ mons propter maleficos inhonestus.

Quòd verò filius Dei in graueolenti ac inhonesto monte Caluariæ orauerit: facultatem vniuerso mundo dedit, vt nos omni loco vbi & quomodo placuerit inuocemus Dominum, atque ipsius misericordiam inquiramus, siquidem perfectio orationis non ex conditione loci, sed ex remissiore aut intensiore deuotione, cum qua oratur, desumitur. Ex illo quòd Samaritana Christo respondit, colligere est, nusquam Iudæos alibi orare, quàm in templo solitos; at verò quo Dominus eos ab eiusmodi errore auerteret, non legimus Christum in templo orasse, sed prædicasse. Quod benedictus Dominus non alia de causa fecit, quàm ne quis se excusaret quod orare, aut deuotioni insistere non posset clauso templo. Vbertinus

Quare Christus in mõte Caluariæ orauerit.

Ioan. 4.

finus ait, in sterquilinio caluariæ non verecundatur palam orare Dei Filius, & tu homo domi tuæ priuatim orare verecundaris? o quàm excellens ac præstabilis res est oratio? quippe cùm Filius Dei non dicere neglexerit: *Pater ignosce illis.* Etenim tametsi corpus de cruce nudum penderet, reuinctæ essent manus, coronatum caput, transfixi clauis pedes, & os eius felle exacerbatum; nihilominus tamē corde hoc illis peccatum remisit, & ore Deum precatus est.

Quomodo Filius Dei Patri suo dicat, crucifigentes se, non inimicos sed amicos esse.

CAP. II.

Zachar. 13. QVID sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicit: *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me,* dicit Deus per Prophetam Zachariam. Profectò nouum omnino, inauditum, mysticumque quid est quòd Prophetadicat illum plagatum esse in domo se diligentium; atque ideò necessarium est accuratius hoc profundum mysterium indagare. Hęc quæstio & hoc responsum in ligno crucis instituta sunt Patrem inter æternum quærentem, & benedictum filium respondentem, cui non satis erat pro inimicis suis intercedere, dicens: *Pater ignosce illis:* sed etiam illos excusabat, dicens: *quia nesciunt quid faciunt.* Quærit ergo Pater dicens: *quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* ac si diceret: Cùm tu ô fili mi dicas, nullum Hebræorum reum mortis tuæ esse, dic mihi quis ergo adeò immanibus te vulneribus in medio delicatarum manu-

manuum tuarum notauit? *his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me*, respondit Patri Dei filius, quasi diceret: hæc vulnera hasque plagas, quas in medio manuum mearum vides, in domo amicorum meorum excepi, & talia suscipere vel maximè gaudeo, modò quò ignoscere ijs ac condonare tibi complaceat. Nam tu, ô Pater mi, scis in hoc mundo pro iniuria illud non haberi, quod volente animo suscipitur. Cùm moriar, quia tu sic præcepisti, & sic expedit humano generi tibi, nimirũ, obsequi debeo: quare ergo pro hostibus tuæ voluntatis ac præcepti exequutores haberem? Quapropter, ô Pater, permitte, vt carè mea mors vendatur, siquidem morior: permitte vt benè vitam meam, quam expendo, impendam: quam tum benè impensam iudico, quando tu mihi vitam eripientibus ignoscis, & quando te offendentium misereris. Quid enim iuuat si pro peccatoribus morerer, nec tu illis cõtractam noxam laxares? scis, ô æterne pater, mundi redemptionem tua remissione ac mea passione peragendam. Quòd si verò mors quam patior & vitam quam tibi offero, sufficiens non sit, tum alteram mihi vitam tibi offerendam largire, aliamque mortem denuo patiendam da, nulla alia de causa, quàm quò tu, ô Pater, reconcilieris omnino peccatoribus atque humano generi noxas remittas. O æternam bonitatem, ô immensam charitatẽ, ô inauditã misericordiã, quàm nobis mitis Dominus in hoc responso exhibet. Nam vocat illam domum amicorum, quæ arx erat inimicorum: illos excusat, quos meritò accusaret; illũ sibi conciliat; cuius iram accendere magis debuisset.

Sic

Christus nunquam inimici nomen vsurpauit.

Sic ferè loquitur Fulgentius; Tametsi Filius Dei multos persequutores in hoc mundo habuerit, nunquam tamen inimici nomen ore suo vsurpauit. Nam cùm Pater illum quæreret, quis adeò illum vulneralset, periphrasin quæsiuit ne nomen inimici vsurparet, sed facinus illud amicis potius imponere, quã fateri quòd inimicos haberet, maluit. Cùm multi de more in Synagoga Viri sancti essent quos in amicis Deus haberet, noluit benedictus Dominus Iesus ad iniurias ac vulnera à præsentibus Hebræis inflicta attẽdere, sed ad merita ac obsequia à præcedentibus Patriarchis illi exhibita, voluit respectare. Bene ponderandum est, quòd filius in illa responsione quam Patri dabat dixerit, se sic vulneratum esse *in domo eorum, qui diligebant me*, non verò *in domo eorum, qui diligunt me*, & nihilominus non vocarit illos inimicos, sed dicat, opera illos amicorum præstitisse. Quid autem est hoc, ô Domine Iesu? tametsi domus Israël olim tua fuerit, non tamen illa tot tibi obsequia, quot tu illi gratias, præstitit. Respicis obsequia, quæ ante mille annos tibi patres exhibuêre, cur etiam vulnera illa non attendis, quæ ante vnam horam patrum illorum filij tibi infixerũt? O mitis Domine Iesu, ô Redemtor animæ meæ, quis intellectus humanus, quod Angelicum iudicium sufficiens, vt intelligat, quamobrem obsequia patrum (quæ alij actutum obliuisci solent) magis attendas quàm recentes iniurias ac vulnera, vnde sanguis fluuij in morem pleno gurgite prorumpit?

Nota Christi immensã bonitatem.

Cum ergo suprà tractatum sit, quis orauerit quem orauerit nempè Patrem: vbi orauerit nempè in cruce: modò tempus est, vt orationem ab illo fa-

lo factam & pro quibus facta sit monstremus. Etenim cùm filius Dei in tantis angustijs orationi inclueuerit, sanè rem magni momenti à suo Patre petiuit. Vbertinus inquit: Postquam Verbi diuini caro crucifixa & pene mortua esset, nihilominus feruentissima caritate exarsit, vt sui factus prorsus sit immemor, suorum hostium verò memor. Et ideò oculos in cælum conuertit ac dixit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* ac si diceret: o æterne ac benedicte Pater, ad leuamen meũ, quod in mundum venerim, prædicarim tuo nomine, iram tuam fregerim, mundum tibi conciliarim, non aliud te oro, quàm vt peccata his facinorosis Hebræis ignoscas. Tametsi enim, ô Pater, me in horto orantem exaudire renueris, vt nimirum à me transiret calix iste, tamen iam nunc hoc contentus sum, si tantum pro ijs me orantem exaudias. Malo enim vt illi viuant secundum animam, quàm vt ego secundum corpus moriar. *Pater ignosce illis:* etenim quòd illi peccarint, ideò morior: & morior, vt illi viuant. In quo sanè grauissimo casu æquius est, vt pluris meam mortem quàm inueterata illorum peccata facias. *Pater ignosce illis*, quòd mortem illam, quæ per lignum irrupit, in ligno crucis ego suffixerim, vnde æquius est, vt pluris charitatem, cùm qua illorum caussa morior, quàm illorum iniquitatem, cum qua me morti dedunt, æstimes. *Pater ignosce illis.* Etsi enim ex rigore iustitiæ vis Hebræos punire; vulgaris tamẽ pœna erit, licet æternæ illos dãnationi addicas: contrà verò si contrarium vis facere, tantò melius tua misericordia expenditur, quanto grauius hoc peccatum est. *Pater ignosce illis:* cùm mors mea sufficiens sit ad natos & non natos

tos curandum, non est æquum vt hi infelices Iudæi excipiantur. Nam cùm sanguis meus te consentiente profusus sit, æquum est vt dispensatione manuum tuarum applicetur. *Ignosce illis*, ô Pater mi, *ignosce illis*. cum pars iniuria notata (quæ ego sum) iniuriam remittat, quare tu, ô Pater mi, non ipsum tuæ iustitiæ rigorem remitteres? vbi accusator non est nec læsus, quare hic sibi iustitiæ regnum sumeret? *Pater ignosce illis*, quia modo tempus præforibus est, de quo Propheta
Psalm. 101. dicit, *tempus miserendi, tempus miserendi*. Vnde æquũ non est, vt ibi se intrudat iustitia, vbi palam annunciatur misericordia ac proclamatur. Verum est, quod *misericordia & veritas obuiauerunt sibi*, & quod *iustitia & pax osculatæ sunt*. Cur ergo iudicare ac turbare illum vis populũ, cùm Propheta dicat *pacem ac iustitiam se osculatus esse? Pater ignosce illis*. Nam cum hoc à te petam in meta vitæ meæ, & cum in hora mortis id meę petã colligere habes, ô Pater mi, quod magni mea interfit. Quãti verò mea interfit, est, quòd secundũ meum exemplum in mea Ecclesia nullus meum se seruum vocaturus sit, qui non reconciliatus sit fratri suo.

Pater ignosce illis. Cùm enim lex vetus iam nunc terminetur, vbi dixero, *Consummatum est*, & noua lex inchoetur vbi dixero, *Commendo Spiritum meum*: non est æquum vt sub lege gratiæ in gratia locum habeat, atque sub lege caritatis odium.

Pater ignosce illis. Etenim in deserto Aram Hebraico populo nulla alia de causa ignouisti, quàm quia Moyses & Aaron vnicum Thymiama adolerent: quare modo illis non ignosceres, si-

quidem

quidem ego illorum causa non thymiama, sed crucifixum corpus meum adoleam?

Pater ignosce illis. Cùm enim Hæbræi secundum exemplar tuum sint creaturæ, secundum legem tui subditi, secundum doctrinam tui discipuli, secundum sanguinem tuis discipulis cognati, quare ergo vt perderentur ac damnarentur, permitteres?

Quæ de causa Christus in mundum veneris.

Pater ignosce illis. Non enim veni in mundum, vt tibi inimicos suscitarem, sed nouos amicos adderem, inueteratamque tuam iram tollerem: nam alias si per meam mortem hic populus in tua ira maneret, magis quòd mea mors te offenderet quàm placaret, ostenderetur, & mea mors nisi te placet, quis te alias placare poterit? Cùm mihi, ô Pater, ex cælo abitum præciperes, mortemque in cruce sustinendam, non mihi spopondisti, nec pactus es iram tuam & vitam meam, at vitam meam ac iram tuam eadem hora esse desitura. *Pater ignosce illis;* & perfice quod mihi pactus es & da quod recepisti. Nã cũ pluris facias vitam meã quàm iram tuam, sane cum gaudio, si modò iram tuam desinas, mori desidero. O benedicta oratio, ô sanctum votum, ô beatum desiderium, ò efficaces preces à te, ô Domine Iesu, in vltima hora tua effusæ, quibus omnia illa operâ exhibuisti quæ prolixis verbis triennio prædicasti? Rogas enim pro te occidentibus, crucifigentibusque indulgentiam deprecaris. Prodeãt, prodeant modò preces oẽs vnquam in orbe dictæ, neque vllas orationi Christi comparandas esse, videbimus. Nemo enim illud intendit, quod intendit ille; nec orauit, quod ille; nec petiuit, quod ille: nec impetrauit, quod ille im-

Adeò sublimis, inquit Plato in Timæo, gratia prudentiæ est, vt illius interuentu duntaxat vir sapiens præterita corrigat, ordinet præsentia, præuideat futura. Nouisse se multos Græcos, Aeschynes ait, eloquentes sermone, subtiles inuétione, audaces conatibus, accuratos in suffragijs, atque in operibus suis nõ admodum manifestos, qui omnes cùm parum prudentiæ haberent, vna hora penè omnium fortunarum suarum iacturam fecêre. Socrates identidem suis inculcabat auditoribus, non nimium alligatos præceptis suis ac doctrinę esse debere, vt omnia ea verbotenus seruarent ac perficerent. Ego enim, inquit, Præceptor sum, qui facienda dicere possum, verùm ipsa prudentia vobis qnomodo, quando, vbi, quare facienda sint, dictabit. Cicero ad Atticum scribens, ait, non illum deberé inter sapientes numerari, qui multa legit, multa vidit, multa nouit, sed qui omnia vsurpare benè ac conuenienti tum loco tum tempore applicare nouit. Nihil enim Reipublicæ magis perniciosum est, quàm à magnæ quidem scientiæ Viro, exiguæ tamen prudentiæ gubernari.

Sapiens quis dicatur.

Cùm Filius Dei, vt sanctus vult Augustinus, diceret, *estote prudentes sicut serpentes*, quid aliud docere voluit quam melius administrari Ecclesiam à simplicibus ac prudentibus, quàm eruditis ac arrogantibus hominibus? Prudens, inquit Seneca, temperantiam amat, seruit cum sollicitudine, cum patientia sustinet, loquitur circumspectè, alios inuisit sine fastidio: pollicetur quod potest; quod vult, dissimulat: cui vult confidit, quod scit tacet, neque facile potentiorem se lædit.

Matth. 10.

Ecce

Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem 1. Reg. 16.
pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, dicit vnus de pueris Sauli Regi à Diabolo occupato, quaſi diceret: Noui filium quendam Iſai, qui vocatur Dauid, hic pſallendo manu ſua te ab illa inualitudine leuare poteſt. Annis enim eſt iunior, nobilis ſanguine, vultu rufus, ſtaturæ modicæ, magni roboris, & ante omnia in verbis prudens. Benè aduertendum eſt Scripturam non laudare Dauid, quòd ſuam prudentiam in vultu aut in gubernatione, ſed in nudo ſermone oſtenderit. Etenim prudentia in nulla re melius, quàm in verbis, quæ loquitur quis, elucéſcit. Omnes res huius mundi, inquit Seneca, locum, quo circumſcribuntur; eſſentiam, qua ſubſiſtunt; tempus, in quo operantur; proprietatem, ad quam inclinentur, & finem in quem colliment habent. Quorum omnium propter loquelam memini, quæ ſane loquela opportunum tempus, ac prudẽtiam ſingularem requirit. *Dauid qualis fuerit.*

Væ mihi quia tacui, dicit Propheta, ac ſi diceret: Væ mihi, væ mihi, ô Deus Iſrael, quod cùm tot peccatorum ſim conſcius, totidem nihilominus diſſimularim. Si namque ea detexiſſem, correcta fuiſſent; & ſi manifeſtaſſem, debitis fuiſſent pœnis coercita. Perinde dicebat fratricida Cain: *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Iſaiæ 6. Geneſ. 4.

Cæterum ſarius fuiſſet huiuſmodi illum verba repreſsiſſe, quàm expreſsiſſe. Nam ſic grauiori ſe peccato obſtrinxit, quòd miſericordiam Domini non agnoſceret, quam quòd ſuum fratrem Abel vita exueret. Quia ergo Iſaias culpabilis eſt, quòd tacuerit: contrà verò Cain ſtultiloquio peccarit:

Prudentia virtus est necessaria.

colligimus quàm necessaria virtus prudentia sit, siquidem illa nos, quid dicendũ sit docet, & quid tacendum cauet. Rectè Sapiens Salomon, inquit,

Eccles. 3.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Nam his verbis loqui indulget, & ad tacendum frænum ori nostro imponit. Continua namque taciturnitas phantasticum est, verùm mutilo quiũ stultitiæ est argumentum. Probus, aut improbus, inquit Cicero, ex operibus agnoscitur: verùm stultus aut sapiens ex verbis, quæ loquitur, inclarescit. Quam prolixam parenthesin non alia sanè de causa institui, nisi vt ostenderem, quàm Filius Dei patiẽs

Christus in loquẽdo moderatus fuit

in tacendo, & moderatus in loquendo fuerit. Nũquam enim locutus est, nisi fructuosè se loqui sciret; neque vnquam tacuit, nisi loquelam suam infructuosam scandalosamque iudicaret. In illa

Ioann. 6.

verba, *Domine verba vitæ habes*, inquit Beda. Adeò parcus ac circumspectus in verbis Filius Dei fuit, vt nunquã os suũ aperuerit nisi ad prædicandum, & nunquã clauserit nisi ad orandũ. Vltrò inimici eius palàm fatebantur, *quod nunquam homõ sic locutus est*. Nunquam enim videbant quòd obmurmuraret cuiquam, aut iniuria quenquam notaret, tametsi infinitis ipse iniurijs notaretur.

O mitis Domine Iesu, inquit Bernardus, benè dixit propheta de te: *ignitum est eloquium tuum vehementer*. Omnia namque tua benedicta verba aut ad bonitatem, aut ad amorem, aut ad misericordiam homines traducebant, abducebant à malitia, aut conscientiam illustrabant, aut animum mitigabant. In die passionis suæ Dominus ad quatuor tribunalia raptabatur, nimirum Pilati, Herodis, summi Sacerdotis Cayphæ, ac sanctæ crucis coram Patre suo. Coram quo solus locutus est, cùm

est, cùm coram alijs omnibus tacuisset, non sine singulari vtique ac profundo mysterio. Coram prioribus duobus tribunalibus cumveluti malefactor accusaretur, nihil respondere voluit; at in arbore crucis statim invocem resolutus est & Aduocatum egit dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, adeò vt propter meam excusationem respondere ipse abnuerit. Quid autem hoc est, o Domine Iesu? quod te concernit ad hoc responsum non das, tametsi rogeris: quod verò me concernit etiam non rogatus loqueris. Propter mea peccata aduocatum agis, & neque vitæ memor es; licet anima tua in tuis tibi labijs fugitiua sessitet. Quis vnquã illos excusauit, qui accusarunt? atque illis patrocinatus est, qui se damnauerunt? ô mitis Domine Iesu, inquit Anselmus, *ô quam ignitum est eloquium tuum*, quandoquidem me nocentem in ligno crucis excusasti, teque mihi supposuisti nullius peccati macula deformẽ, tum vtique præstitum à te cum inflammatus caritate esses, & doloribus oneratus. Quòd si ergo petere aliquid, aut rogare omnino decreuisses, quare non rogas Patrem tuum vti tuos dolores imminuat, sicut rogas, vt nobis peccata ignoscat? Quamobrẽ tuis dilaceratis mẽbris non condoles, quemadmodum hostibus tuis condoles & misereris? cùm innocentes tueris, & peccatorum aduocatum agis, quare innocentis tuę carnis non misereris, vti grauissimorum meorum peccatorum misereris? *ô quàm vehementer ignitum est eloquium tuum:* quippe qui excusas nocentes, non rogatus rogas, ante satisfactionem peccata remittis, & pro illis moreris, qui te occiderunt? *Psalm. 118.*

Præcipit Mosaica lex, vt malefactor dentem

pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, oculum pro oculo, vitam pro vita det, quare tu das, ô magne Redemptor, manus ijs qui eas ligaturi: pedes ijs, qui clauis sint perfossuri: oculos ijs, qui illos obscuraturi sint? & denique vitam ijs, qui eam sint ablaturi? Cùm pro te vindictam sumi nō cupias propter illatas iniurias: cur iustitiæ non præcipis vt in hostes vindicatiuā iustitiā exerceat? Bernardus ait, ab illo tēpore quo Christus Dominus in horto captus est ac in crucem sublatus, operatus est multa, locutus pauca, ostendens, vt nos tempore persecutionis ac ærumnarum magis patientia quàm eloquentia armaremus.

Quid in primo verbo Christi aduertendum sit.

In hac prima oratione quam habuit ad Patrem suum, aduertendum ac expēdendum est, quis Pater sit, quid petat, à quo petat, quando petat, vbi petat, quomodo petat, & pro quibus petat. nam quo vna res grauior est altera, eò maiorem inconuenientiam secum trahit. Filius Dei est qui petit: à Patre petit: remissionem petit: in cruce petit: in agone mortis petit: pro suis inimicis petit: & multis cùm lacrymis petit: adeò vt eiusmodi petitio talibus circumstantijs definita ocyus exaudienda sit. Profectò mirabilis illa oratio est, *Pater ignosce illis*: nam ex vna parte Filius Dei
Ioan. 15. est ille, & quia ille expressè dicit, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*, admirandum esset Patrem filio non omnia quæ peteret dare: ex parte verò oratio ad Patrem misericordiarum ac Deum totius consolationis instituitur, qui sua nos omniporentia creauit, sua gubernauit sapientia, sua confecrat indies essentia, & sua nobis clementia noxas remittit. Filium qui eiusmo

di P.

di Patrem habeat, & Patrem qui eiusmodi filium habeat, vt posſibile eſt, non ſuæ orationis votique potentem fieri? Erat magna hæc oratio ſiue petitio propter locum in quo inſtituta erat, nempe in monte Caluariæ, & ligno crucis, in quo reconciliatus eſt Pater, benedictus eius filius occiſus, Diabolus ſuperatus, remiſſum peccatum vetus, ac vniuerſus mundus redemptus. Ambroſius inquit, Hebræi ſanctiſsimum templum prophanarunt; at Chriſtus montem Caluariæ cõſecrauit. Illi namque ex templo fecerunt ſpeluncam latronum, verùm Filius Dei ex ſpelunca latronum orationis domicilium fecit. O mitis Domine Ieſu, ô animæ meæ ſolatium, vbi modo locus eſt quem tu non perpurges, innoues ac ſanctifices, ſiquidem tu te in montem Caluariæ ad orandum recepiſti pro peccatoribus, quantumuis mós eiusmodi propter ſupplicio affectos maleficos inhoneſtus eſſet.

Caluariæ mons propter maleficos inhoneſtus.

Quòd verò filius Dei in graueolenti ac inhoneſto monte Caluariæ orauerit: facultatem vniuerſo mundo dedit, vt nos omni loco vbi & quomodo placuerit innocemus Dominum, atque ipſius miſericordiam inquiramus, ſiquidem perfectio orationis non ex conditione loci, ſed ex remiſſiore aut intenſiore deuotione, cum qua oratur, deſumitur. Ex illo quòd Samaritana Chriſto reſpondit, colligere eſt, nuſquam Iudæos alibi orare, quàm in templo ſolitos; at verò quo Dominus eos ab eiuſmodi errore auerteret, non legimus Chriſtum in templo oraſſe, ſed prædicaſſe. Quod benedictus Dominus non alia de cauſa fecit, quàm ne quis ſe excuſaret quod orare, aut deuotioni inſiſtere non poſſet clauſo templo. Vbertinus

Quare Chriſtus in mõte Caluariæ orauerit.

Ioan. 4.

tinus ait, in sterquilinio caluariæ non verecundatur palam orare Dei Filius, & tu homo domi tuæ priuatim orare verecundaris? o quàm excellens ac præstabilis res est oratio? quippe cùm Filius Dei non dicere neglexerit: *Pater ignosce illis.* Etenim tametsi corpus de cruce nudum penderet, reuinctæ essent manus, coronatum caput, transfixi clauis pedes, & os eius felle exacerbatum; nihilominus tamē corde hoc illis peccatum remisit, & ore Deum precatus est.

Quomodo Filius Dei Patri suo dicat, crucifigentes se, non inimicos sed amicos esse.

CAP. II.

Zachar. 13. QVID sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicit: *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me,* dicit Deus per Prophetam Zachariam. Profectò nouum omnino, inauditum, mysticumque quid est quòd Propheta dicat illum plagatum esse in domo se diligentium; atque ideò necessarium est accuratius hoc profundum mysterium indagare. Hęc quæstio & hoc responsum in ligno crucis instituta sunt Patrem inter æternum quærentem, & benedictum filium respondentem, cui non satis erat pro inimicis suis intercedere, dicens: *Pater ignosce illis:* sed etiam illos excusabat, dicens: *quia nesciunt quid faciunt.* Quærit ergo Pater dicens: *quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* ac si diceret: Cùm tu ô fili mi dicas, nullum Hebræorum reum mortis tuæ esse, dic mihi quis ergo adeò immanibus te vulneribus in medio delicatarum manu-

manuum tuarum notauit? *his plagauis sum in domo eorum qui diligebant me*, respondit Patri Dei filius, quasi diceret: hæc vulnera hasque plagas, quas in medio manuum mearum vides, in domo amicorum meorum excepi, & talia suscipere vel maximè gaudeo, modò quò ignoscere ijs ac condonare tibi complaceat. Nam tu, ô Pater mi, scis in hoc mundo pro iniuria illud non haberi, quod volente animo suscipitur. Cùm moriar, quia tu sic præcepisti, & sic expedit humano generi tibi, nimirú, obsequi debeo: quare ergo pro hostibus tuæ voluntatis ac præcepti exequutores haberem? Quapropter, ô Pater, permitte, vt carè mea mors vendatur, siquidem morior: permitte vt benè vitam meam, quam expendo, impendam: quam tum benè impensam iudico, quando tu mihi vitam eripientibus ignoscis, & quando te offendentium misereris. Quid enim iuuat si pro peccatoribus morerer, nec tu illis cõtractam noxam laxares? scis, ô æterne pater, mundi redemptionem tua remissione ac mea passione peragendam. Quòd si verò mors quam patior & vitam quam tibi offero, sufficiens non sit, tum alteram mihi vitam tibi offerendam largire, aliamque mortem denuo patiendam da, nulla alia de causa, quàm quò tu, ô Pater, reconcilieris omnino peccatoribus atque humano generi noxas remittas. O æternam bonitatem, ô immensam charitatẽ, ô inauditã misericordiã, quàm nobis mitis Dominus in hoc responso exhibet. Nam vocat illam domum amicorum, quæ arx erat inimicorum: illos excusat, quos meritò accusaret; illũ sibi conciliat; cuius iram accendere magis debuisset.

Sic

Christus nunquam inimici nomen vsurpauit.

Sic ferè loquitur Fulgentius ; Tametsi Filius Dei multos persequutores in hoc mundo habuerit, nunquam tamen inimici nomen ore suo vsurpauit. Nam cùm Pater illum quæreret, quis adeò illum vulneralsset, periphrasin quæsiuit ne nomen inimici vsurparet, sed facinus illud amicis potius imponere, quâ fateri quòd inimicos haberet, maluit. Cùm multi de more in Synagoga Viri sancti essent quos in amicis Deus haberet, noluit benedictus Dominus Iesus ad iniurias ac vulnera à præsentibus Hebræis inflicta attẽdere, sed ad merita ac obsequia à præcedentibus Patriarchis illi exhibita, voluit respectare. Bene ponderandum est, quòd filius in illa responsione quam Patri dabat dixerit, se sic vulneratum esse *in domo eorum, qui diligebant me*, non verò *in domo eorum, qui diligunt me*, & nihilominus non vocarit illos inimicos, sed dicat, opera illos amicorum præstitisse. Quid autem est hoc, ô Domine Iesu? tametsi domus Israël olim tua fuerit, non tamen illa tot tibi obsequia, quot tu illi gratias, præstitit. Respicis obsequia, quæ ante mille annos tibi patres exhibuêre, cur etiam vulnera illa non attendis, quæ ante vnam horam patrum illorum filij tibi inflixerũt? O mitis Domine Iesu, ô Redemtor animæ meæ, quis intellectus humanus, quod Angelicum iudicium sufficiens, vt intelligat, quamobrem obsequia patrum (quæ alij actutum obliuisci solent) magis attendas quàm recentes iniurias ac vulnera, vnde sanguis fluuij in morem pleno gurgite prorumpit?

Nota Christi immensã bonitatem.

Cum ergo suprà tractatum sit, quis orauerit? quem orauerit nempè Patrem: vbi orauerit nempè in cruce: modò tempus est, vt orationem ab illo fa-

lo factam & pro quibus facta sit monstremus. Etenim cùm filius Dei in tantis angustijs orationi incubuerit, sanè rem magni momenti à suo Patre petiuit. Vbertinus inquit: Postquam Verbi diuini caro crucifixa & pene mortua esset, nihilominus feruentissima caritate exarsit, vt sui factus prorsus sit immemor, suorum hostium verò memor. Et ideò oculos in cælum conuertit ac dixit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* ac si diceret: o æterne ac benedicte Pater, ad leuamen meũ, quod in mundum venerim, prædicarim tuo nomine, iram tuam fregerim, mundum tibi conciliarim, non aliud te oro, quàm vt peccata his facinorosis Hebræis ignoscas. Tametsi enim, ô Pater, me in horto orantem exaudire renueris, vt nimirum à me transiret calix iste, tamen iam nunc hoc contentus sum, si tantum pro ijs me orantem exaudias. Malo enim vt illi viuant secundum animam, quàm vt ego secundum corpus moriar. *Pater ignosce illis*: etenim quòd illi peccarint, ideò morior: & morior, vt illi viuant. In quo sanè grauissimo casu æquius est, vt pluris meam mortem quàm inueterata illorum peccata facias. *Pater ignosce illis*, quòd mortem illam, quæ per lignum irrupit, in ligno crucis ego suffixerim, vnde æquius est, vt pluris charitatem, cùm qua illorum caussa morior, quam illorum iniquitatem, cum qua me morti dedunt, æstimes. *Pater ignosce illis*. Etsi enim ex rigore iustitiæ vis Hebræos punire; vulgaris tamẽ pœna erit, licet æternæ illos dãnationi addicas: contrà verò si contrarium vis facere, tantò melius tua misericordia expenditur, quanto grauius hoc peccatum est. *Pater ignosce illis*: cùm mors mea sufficiens sit ad natos & non natos

quidem ego illorum causa non thymiama, sed crucifixum corpus meum adoleam?

Pater ignosce illis. Cum enim Hæbræi secundum exemplar tuum sint creaturæ, secundum legem tui subditi, secundum doctrinam tui discipuli, secundum sanguinem tuis discipulis cognati, quare ergo vt perderentur ac damnarentur, permitteres?

Quæde causa Christus in mundum venerit.

Pater ignosce illis. Non enim veni in mundum, vt tibi inimicos suscitarem, sed nouos amicos adderem, inueteratamque tuam iram tollerem: nam alias si per meam mortem hic populus in tua ira maneret, magis quòd mea mors te offenderet quàm placaret, offenderetur, & mea mors nisi te placet, quis te alias placare poterit? Cùm mihi, ô Pater, ex cælo abitum præciperes, mortemque in cruce sustinendam, non mihi spopondisti, nec pactus es iram tuam & vitam meam, at vitam meam ac iram tuam eadem hora esse desitura. *Pater ignosce illis;* & perfice quod mihi pactus es & da quod recepisti. Nã cũ pluris facias vitam meãquam iram tuam, sane cum gaudio, si modò iram tuam desinas, mori desidero. O benedicta oratio, ô sanctum votum, ô beatum desiderium, ò efficaces preces à te, ô Domine Iesu, in vltima hora tua effusæ, quibus omnia illa opera exhibuisti quæ prolixis verbis triennio prædicasti? Rogas enim pro te occidentibus, crucifigentibusque indulgentiam deprecaris. Prodeãt, prodeant modo preces oẽs vnquam in orbe dictæ, neque vllas orationi Christi comparandas esse, videbimus. Nemo enim illud intendit, quod intendit ille; nec orauit, quod ille; nec petiuit, quod ille: nec impetrauit, quod ille impetrauit,

petrauit. Patriarcha Iacob in coniugem sibi dari formosam Rachel à Laban patre petijt: Israelitinæ fœminæ à mulieribus AEgyptiacis argentũ ac aurum petiuere: Anna Helkanę vxor non aliud à Deo petijt in templo, quàm filium: Assa à patre suo Caleph, non aliud quàm cisternam ab illo sibi dandam rogauit. Mater filiorum Zebedæi à Christo Domino petiuit, vtduo filij eius inter maiores, mos cæli proceres locarentur. Verum ex his omnibus quis pro inimicis vt amicis suis orauit? quisque quod sibi fructuosum, petebat: quisque quod sibi placebat, quærebat. Verum nemo pro vicinis orabat, nemo erat inimici memor, nemo pro alijs personis intercedebat, neque alienis se aggrauabat peccatis: solum verbum Dei, solum Filius Dei in cœna pro amicis orauit dicens: *Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi*: & in cruce pro inimicis dicens: *Pater ignosce illis*: adeò vt veluti mitis Dominus defendat probos, & improbis ignoscat.

Ioan. 17.

Quomodo filius Dei meditatorem se Deum inter ac hominem statuerit, & quas gratias sequester ille in hoc tumultu retulerit.

CAP. III.

Ezech. cap. 22.

QVAEsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni, dicit magnus Deus Israelis, apud prophetam Ezechielem, volens in populum suum peccantem indignationem suam effundere. In quæ verba Aymo ait, ex eo quòd hic Dominus loquitur, discere habemus maximam in Synagoga Virorum bonorum penuriam fuisse, siquidem nullus inter illos inuentus, qui placando Domino ac populo iuuando esset idoneus.

neus. Multa possunt apud Dominum merita probo-
borum, vt etiam illorum causa ignoscat improbis. Idque ex hoc eluceſcit, quòd Sodomæ ob decem iustos voluerit ignoscere, & duodecim tribus Israel propter vnam. sed prò dolor ne in synagoga quidem vnus inueniri poterat, nedum decem in Sodomitis. Si veritatem autem dicere liber, non miror tum temporis eiusmodi Virum inueniri non potuisse, qualem Dominus reposcebat. Non enim infantilis iudicij Vir fuisset; Hebræus & non Gentilis; à Deo electus non à quoquam alio; Interceſſor integer ac mediator & non partialis, Deum inter & populum, debebat esse: primo quod maius est, eiusmodi meritis ornatus quæ Deum placare potuissent, non vero peccatis offendere.

D. Gregorius dicit, eiusmodi virum reperiri non potuisse talibus virtutibus instructum, nec inter cæleſtes hierachias, nec inter humanas creaturas. Etenim maior debebat esse homine & Domino Deo haud inæqualis. Abrahã, Isaac, Iacob, totaque veteris nouique testamenti series, nec Deo erant æquales, nec maiores hominibus. In peccatis enim nati sunt & sine peculiari reuelatione ne vnicum quidem diuinum mysterium sunt consecuti: solus Dei filius Deo æqualis erat: & verbum diuinum plus quàm purus homo. In illo namque proprietates inueniebantur Viri tales, qualem Dominus quæreret, & tales sancti conditiones, quæ Deum placarent. Primùm, quod Dominus reposceret, erat, vt Vir esset non puer prudentia, quod melius in Christo quàm quoquam alio impletum est. Ab illo nãque momento quo humanam carnem suscepit, diuinam

christus omnib⁹ præstitit.

essentiam vidit, & omnia quæ iam scit in gloria, illa sciuit. Quod in nullo aliorum hominum reperiri potuit. Nam tardiusculè educantur, & citius consenescunt. Deinde erat genere Hebræus Dei Filius, è principali Iudæ stemmate. Erat etiam natus ex Nazareth loco persancto, cognationeque sua illustris. Tertiò erat Filius Dei ante omnia electus ac dilectus suo Patri, nam de illo nulloque alio dixit: *hic est Filius meus dilectus*, ac si diceret, hic hæres meus vnicus, hic in quo solo gaudeam, hic, qui sufficientem satisfactionem mihi omnium exhibet. Quartò erat Filius Dei benè munitus murus, intorta bene sepes ac duplex paries se Deum inter ac populum collocās, dum in cruce se tolli sineret, & omnibus se mundi peccatis Deique ira grauaret. O præclaram sepem: ô felicem parietem: ô insuperabilem murum: ô diuinum mediatorem, ô Domine Iesu, quàm præstitisti? quippe qui mediator Deum inter & homines poni volueris, quo in te dirigeretur, ac exoneraretur omne peccatum in toto orbe patrandum, omnisque vindicta, à Domino sumenda.

Matth. 17.

D. Gregorius in Ezechielem dicit: solum Filium Dei Virum illum esse, quem Deus quæsiuit: murum illum, quem desiderauit: mediatorem illum, quem expetiit. Hic est sedator contentionum, hic mediator iræ diuinæ, hic peccati destructor. Hieronymus dicit, quis alius à Deo quæsitus fuit quàm Filius Dei viuentis ac Redemptor noster, qui vt insuperabilis murus se Deum inter & nos posuit, magna cum audacia dicens: *Pater ignosce illis*: quorum interuentu verborum admittere non voluit, vt peccata nostra Deo appropinquarent.

Christus murus insuperabilis.

quarent, nec eius ira aut vindicta nos comprehenderet.

Cum duo illi Synagogæ duces Moyses & Aaron viderent, vt Origenes super Matthæum dicit, quod Deus iram furoremque suum pararet effundere in populum, illicò se in tabernaculum receperunt, alter vt oraret, alter verò vt sacrificaret, quo mediatores Deum inter & populum essent. Ceteroquin enim nimium sæuiisset iratus Deus, & ingens Synagoga fuisset passa detrimentum. Quod illis duobus in deserto Viris sanctis accidit, id in monte Caluariæ Christo. Cùm namque moueri elementa videret & mortuos ad suam vlciscendam mortem populumque puniendum resurgere, medium inter illos se posuit, quò à mutua infestatione cohiberet, dicens: *Pater ignosce illis*, ac si diceret: ignosce illis o Pater. Nam nisi ijs ignoueris, grauius illorum damnationem quàm meam passionem sustinebo. Damascenus dicit: Quid dixissent cum temporis Hebræi, si Christus Patri suo non dixisset, *Pater ignosce illis?* & quid nos essemus, nisi dixisset: Pater parce illis.

Moyses & Aaron irã Dei placarunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bernardus dicit, Verbum illud, *Pater ignosce illis* pretiosissimum esse, quod nullus ore elabi nec memoria reuelli sineret. Nam in duobus Filius Dei magis suam misericordiam ostendit quàm in aliis; nimirum in venia illa, quam à Patre impetrauit, & in sanguine quem pro nobis effudit. S. Anselmus loquitur cum Christo sequenti modo: Quid clamas, quid desideras, quid petis, quid dicis Patri tuo, ô Domine Iesu, quid cum illo colloqueris? Respondet: O Pater mi, dico, vt illis ignoscas, non enim sciunt quid faciunt. Quamobrem peto vt tuam iram in meam carnem exo-

In quibus Dei misericordia maximè appareat.

neres: aliàs enim defectu laborare videretur noſtra redemptio, ſi in illis vel vnum peccatum adhuc redimendum maneret, & ſi apud te adhuc pœna quicquam expiandi in procinctu eſſet. O inflammatam charitatem, ò terrificum exemplum, ô quàm incredibilem patientiam exhibes, ô Domine Ieſu illis verbis, *Pater ignoſce illis!* quæ non ad tuos mitigandos dolores, ſed ad perſecutores iuuandos locutus es. O quàm immenſa hæc caritas? ô quàm inaudita miſericordia? ô quàm incomprehenſibilis charitas hodie in te, ô Domine Ieſu, apparet? ſi quidē tu te ligantes ſoluis, te calumniantiū aduocatū agis pro te accuſantibus oras, & te interficiētibus ignoſcis. Quid eſt autem hoc, o Domine Ieſu, quideſt hoc? illo tempore quo te inimici tui blaſphemarent, iniuriarentur ac ſubſannarent, orationem inchoas. In compenſam vulneris à lācea impoſiti, peccatum illis remittis. A quo homine vnquam auditum eſt, quòd homicidas ante confeſſionem abſoluerit, & ante contritionem pœnitentiamque pro illis orauerit? non volebāt in vrbem Iudæi regredi, niſi ante exſpiraſſes, & tu o Domine Ieſu, non ante volebas expirare, quàm illis ignouiſſes. Quis vnquam tale quid vidit aut audiuit, quòd remiſſio ante ex cuiuſquam pectore ſit profecta, quàm ſanguis ex venis largiter defluxiſſet? quem tu profundis, quo tuæ carni ſepulchrum præparare, & tuā miſericordiam te crucifigentibus communicare poſſis. O mitis Domine Ieſu, o gloria animæ meæ, tu ſolus fuiſti ille, qui animam, itemque, *ignoſce illis* in ore ſimul habuiſti. Ad defenſionem propriam os aperire nō potes, & ad hoſtiū, os claudere non potes. Solus Dei Filius fuit ille, qui

qui per illa verba, *Pater ignosce illis*, connexuit ac cõiugauit bonitatem cum immanitate, peccatum cum misericordia, iram cum patientia, cum caritate odium, & indulgentiam cum homicidio.

Hilarius dicit, æquè iustè dicere modò possumus: *Vbi sunt iræ tuæ antiquæ*, ac Propheta Dauid dicit: *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ*. Nam æquè certificati sumus nos ab illâ hora, qua Filius Dei in cruce mortuus, posse Deum vocare *Patrem misericordiarum*: ac Synagoga illum *Deum vltionum* vocabat. Nemo de misericordia Dei & Christi desperet, quantumuis facinorosus sit peccator. Cùm enim ijs ignouerit, qui hoc non petebant, multò citius ac libentius illis ignoscet, qui illum propterea sint rogaturi. O mitis Domine Iesu, quandoquidem tu illis vis mortem tuã ignoscere, quare ante tuam mortem illis ignosces? Te tuam offensionẽ ignoscere transit; verùm quare Matris tuæ afflictæ quasi mortẽ illis ignoscis, & mitissimi tui Patris iniurias absque vlla iniuriatæ partis citatione? Os tuum breui aceto ac felle ab hoc populo refocillandum erit, tuum latus lancea perfodiẽdum, tuũ corpus sepeliendũ, & nihil ominus pro hoc maledicto populo oras? Oras pro te crucifigentibus, neque secus crucẽflentiũ memor es? peccatum Synagogæ cùm misereris, cur nõ benedictę Matris tuæ lacrymas misereris?

Psalm. 88.

De misericordia Dei desperandum nõ est.

Cyprianus dicit: O mitis Domine Iesu, omnia cessant, omniaque in ligno crucis desinũt, excepta sola patiẽtia, qua illa tormẽta sustines & excepta caritate, qua inimicis ignoscis. Nã probla sphemis rogas, pro ex, pbratoribus intercedis, corã examinatoribus taces, accusatores excusas, & tibi renuẽtib. ignoscere, ignoscis. O quãta in corde Redẽptoris

Omnia in cruce patiẽtia & caritate excepta cessant.

mei ſedet miſericordia? Tametſi enim Hebræi vindictam de ſe ſumendi tibi facultatem dederint, cùm dicerent: *Sanguis eius ſuper nos*, non modò eiuſmodi facultate vſus non es: ſed magis illis eorum iniurias remiſiſti. O quàm ſibi aduerſantur illa verba, *Sanguis eius ſuper* nos; & *ignoſce illis*? Nam vno petebant ſui vindictam à Deo Hebræi, & altero Chriſtus à Patre vt illis ignoſceret, precabatur: adeò vt ſanguis Chriſti, quem in ſe venire optabant, Filius Dei petiuerit, vt veniret pro illis. Vbertinus inquit; Quid tibi negotij eſt, ô Domine Ieſu, cum Hebræis ac carnificibus? illi nituntur te condemnare, tu verò excuſare; illi Pilatum tui damnandi cauſa adeunt, tu verò Patrem tuum precibus adis, vt illis ignoſcat: illi clamant *crucifige eum, crucifige eum*: tu autem loqueris *ignoſce, ignoſce*. Cæterum Dei Filius cùm rogaret Patrem, & contra Hebræi rogarent Pilatum, qualem iuſtitiam inter ac miſericordiam Dei pugnam coortam eſſe putatis? Dicebat enim iuſtitia exaudiendam eſſe orationem illorum, *Sanguis eius ſit ſuper nos*: miſericordia verò, vt illud tantum *Pater ignoſce illis*, audiretur? Verùm ad extremum ſententia lata eſt, vt prævaleret miſericordia, ac inde ſe vindicans iuſtitia ſe moueret.

Qualis inter iuſtitiã & miſericordiã Dei fuerit pugna.

S. Bonauentura dicit: Quis non impenſe te diligeret, ô Domine Ieſu, cùm Patri dicas, *ignoſce illis*: & non *examina illos*: modoque ſine vlla oratione veniam des, ſine præmiſsis votis indulgeas, & ſine vlla illorum conuerſione ignoſcas. Quod Filius Dei, inquit Auguſtinus, iniuriam Iudæis remiſerit ex miſericordia, neque eum debita cum vindicta punierit: quodque oratio illa efficacior fuerit, *Pater ignoſce illis*; quam illa *ſanguis eius ſuper*

nos

nes; adeò magnum mysterium est, occultumque Sacramentum, quod recenseri quidem, non tamen intelligi possit.

De variis ac mirabilibus conditionibus, quæ in hac oratione Pater ignosce illis, comprehensæ sunt, & vt ad illas in nostris orationibus nos componamus.

CAP. IV.

CVM clamore & lacrymis, offerēs Deo preces & supplicationes, exauditus est, pro sua reuerentia, dicit Apostolus Paulus, ac si diceret: Pendens in arbore crucis Dei filius, Patrem suum cum clamore valido, ac multis lacrymis inuocauit, orauitque. Quæ oratio exaudita à cælesti Patre est, & à diuina clemētia acceptata, partim quòd persona orantis esset dignissima, partim etiam quod oratio illa, tum bonitate tum benignitate eius fundaretur. In veritate admirabiles conditiones in hac oratione ostendit Apostolus, quam filius Dei in arbore crucis perfecit, magna cùm industria quidem notandas; at maiore conatu exprimendas. Quarum si vel vna desit, magis murmuratio, quàm oratio habenda est. Quod Apostolus dicat, docet Theophilus, eodem clamore eodemque tono orasse in cruce filium Dei, significat, illum totum cor suum omnemque voluntatem cælesti Patri suo, nec cuiquam alij obtulisse. Nam vt vera loquamur, dico illum vario tono orare, cuius cor in multas partes dissectum est. Quod autem adijciat Apostolus, valido cùm clamore orasse Christum, significat ingentem illam Charitatem, quacum orauit, ingentemque deuotionem, qua orationem perfecit. Nihil enim tali

Hebræ. 5.

Christus cum ingenti deuotione orationē in cruce perfecit.

cum clamore petimus, quod non aut ex ardenti charitate, aut grauioribus ex doloribus vrgentibus nascatur.

Ad orationem duo vrgebant.

Duo vrgebant in cruce Christum valdè orare, nempe amor quem erga inimicos gerebat, & dolores, quos in artubus tolerabat. Apostolum dicere, inquit Theophylactus, Christum in cruce preces, supplicationesque obtulisse, nihil aliud significat, quàm illam orationem, *Pater ignosce illis* ad bonos se, malosque extendere; adeò vt pro inimicis suis orationes obtulerit, quò peccata illis remitterentur, & pro amicis, quò in fide stabilirentur. Vti Filius Dei, Dominus noster in omni, & mortuus pro omnibus est; ita quoque in cruce orauit pro omnibus. Etenim licet improbi eius indigi fuerint, vt in resurgendo illis præsto esset, nihilominus eius etiam indiguerunt probi, ne caderent. Anselmus dicit, Filium Dei non cōtentum fuisse quòd deuotè oraret, sed quòd talem orationem Deo offerret; significat enim se propter salutem totius mundi in compensam suos dolores, suam vitam in satisfactionem seipsum in præmium, sanguinem in prēcium, & animam in sacrificium obtulisse.

Luca 23.

Probi aquè ac improbi morte Christi erant indigi.

Ponderandum itidem est, Filium Dei sanctum illam orationem *Pater ignosce illis*, non sedendo, sed pedibus insistendo; non liberum, sed ligatum, non clam, sed palam; non ridendo, sed lachrymando perfeciſſe: immò quod amplius est, verborum orationis huius parum est, lacrymarum verò quibus ea tincta, affatim fuit. O mitis Domine Iesu; o dulcedo animæ meæ, o si quis dignus, qui pedibus crucis tuæ assisteret, vt, quomodo sanguis per spinas, & lacrymæ per genas de curre-

rent,

rerent, spectaret: quando eodem momento tu & terram lacrymis madefaceres, & cœlos gemitu tuo penetrares. O quam sanctum verbum, ô quam beata oratio, *Pater ignosce illis*. A Filio enim Dei composita est, in arbore crucis facta, ad missa Deo per gemitus est, eluta christi sanguine, & lacrymis Redemptoris est immolata. Et tametsi Dei filius rem grauissimam petiuerit, nempe, remissionem mortis suæ, nihilominus tantum lacrymarum profusarum, tantumque charitas, qua cũ orabat, erãt, vt si quid maius isto petiuisset, non tamen illi negasset Pater. O quam graue onus, inquit Basilius, peccatum est, siquidem illius remittẽdi ergo Patri offerre Christus preces supplicatiõesque, ac valida cum voce clamare debuit, & lacrymari, sudoque sanguinem dissipare: adeò vt tu ô Domine Iesu, in pondere ac mensura sanguinis lacrymarumque tuarum, mea debueris peccata redimere.

Christus modum orãdi in cruce ostendit.

Modum orandique formam, quomodo ad remissionem peccatorum impetrandum seruare par sit, satis Christus Dominus ostendit, quando in cruce pro suis inimicis orauit, nimirum, cum sanguinis effusione ex membris & lacrymarum diductione ex oculis. Lacrymatur in oratione Dei Filius pro inimicis instituta, & te, o homo, nõ cachinnari, garrireque, cùm pro peccatis suis oras pudet? Quandoquidẽ defectu lacrymarũ laboras, dic mihi, cur totinania deuoluis verba? Sane clarissime apparet, quòd ille Deũ suũ ludificet, quisquis orationi garritus nugasq; admiscet? Si enim tu ipse tuam orationem ita prophanando neglectui habes, nedum, profectò Deus tuis desideriis attendet?

Defe-

Thren. 2. *Defecerunt præ lacrymis oculi mei*, dicit Ieremias in suis lamentationibus, ac si diceret: Certè Iudaico populo admodum condolui, qui in Babylonicam captiuitatem abstrahebatur, vt præ copia lacrymarum, exoculatus ferè sim. Non maius charitaris, vt inquit in hæc verba Hugo, argumẽtum esse potest, quàm si quis aliorum hominum miseriæ necessitatique condoleat. Vnde est, citius infortunia iustorũ ab aliis, quàm ab illis metipsis deplãgis vti in cruce Christo accidit, quippe qui citius inimicorũ suorum peccata deplãxit, quàm illi ipsi sua propria lacrymis abolerẽt. Naturale electis est tã benè aliena quã propria peccata lacrymis prosequi. Id enim secum Christianę charitatis proprietas importat, vt talem de pereunte fratre concipiamus dolorem, quale in nostri salute concipimus gaudium.

Aliorũ miseriæ condolere, maximũ charitatis signum.

Charitatis Christiana proprietas quæ.

Inter eximia Iustorum priuilegia, nõ illud infimũ est, vt, quemadmodum propter gaudium ex ciuili Iustorum felicitate captum merentur apud Deum; sic etiam propter dolorem ex infelicitate iniustorum conceptum, mereantur eodèm vt vir iustus ex cuiusque conuersatione in proprium aliquid commodum traducat. Quis verò ambigit lacrymas Filij Dei in monte Caluariæ multo maiores fuisse Ieremiæ lacrymis in monte Sionis profusis? Ieremias enim pro suo solum populo lacrymas ex suis oculis profudit: Filius verò Dei & ex oculis fudit lacrymas, & sanguinem ex venis. Immò querebatur Ieremias, quòd præ nimiis lacrymis perdidisset oculos. Filius verò Dei non modò oculos, in cruce, sed etiam vitam suam perdidit. O mitis Domine Iesu, ô animæ meæ gaudium, cuius id

Christi lacryma Ieremiæ lacryma.

ius id dictamen iustitiæ est, quòd ego, qui peccaui, rideam; tu verò, qui non peccasti, lacrymeris? Non enim contentus es cum Ieremia ex oculis tuis riuos deriuare, nisi etiam è sanguine venarum tuarum fluuios deriuares. Cum tot ex corde tuo gemitus exeant, tot lacrymæ ex oculis fluant, tantum sanguinis ex venis defendere, quis petitionum tuarum te non poenitentem faceret, tuæque passioni compateretur? O vtinam cum Ieremia possem dicere, *defecerunt præ lacrymis oculi mei!* Non enim melior mihi sors obtingeret, quàm si depositione peccatorum meorum recuperarem meam animam, etsi per effusionem lacrymarum multarum visus deficeret. *Thren. 2.*

Quare Pater noluerit respondere Filio pro amicis sors rogauti, vbi admodum preciosa subtiliaque puncta intexuntur.

CAP. V.

VOS cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Egopascam vos & paruulos vestros. Posteaquam ab obitu Patriarchæ Iacob omnes eius filij potestati Iosephi relicti essent, metuebant sibi ne forsan pristinæ proditionis memor, vindictam reposceret; sed solabatur illos Ioseph, ac dicebat: Vos fratres mei, cogitastis quidem mihi malum imponere; verum magnum mihi beneficium præstitistis. Quòd enim me vendideritis, id gradum mihi ascensumque in hanc dignitatem strauit: adeò vt summa Dei benignitate fel vestrum in mel, venenum vestrũ in theriacam sit cõmutatum. Quapropter secludite metum, quasi vos vindicaturus essem, ac securi estote quòd pascere vos, paruulorumque vestro *Genes. 50.*

vestrorum curam suscipere velim.

Non necesse est hanc eximiam multis figurām exponere, vtpote quæ in miti Domino Iesu verbotenus implera sit. Sed nihilominus modicè eā pertractare decreui, quò quiuis, quā accuratè figuræ veritas respondeat, deprehendat; & quā spiritus cùm littera, opus cum prophetia, & contrà cum opere deinceps patrato, prophetia conueniat, internoscat. Nam quod omnes fratres exosi sint Iosephum, quid aliud significat, quam perinde omnes Hebræos exosos esse Christum? Nonne sic argenteis Christus est venditus, Hebræis ac Iosephus venditus est Ismaelitis? Non ne christus damnatus ad mortem est, quod conniuere peccatis synagogæ noluerit; & carceri mancipatis Iosephus, quod adulterium cum Domini coniuge admittere recusarit? Nonne Filius Dei suis inimicis ignouit, ac pro ijs supplicauit Patri: vti & Ioseph suis fratribus homicidium indulsit? sanè longè præclariorem indulgētiā erga suos inimicos, quàm Ioseph erga fratres suos vsurpauit. Maius enim scelus est, alicui vitam eripere, quam aliquem vendere. o quam rectè ad Hebræos illum occidētes Filius Dei dicere potest: *vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum?* Tametsi enim in cruce vitam eius terminandum putarent, ac potestatem in terris; nihilominus Christus ad irritationem illorum tertio die resurrexit, & (tanquam alter Ioseph) regnum cælorum terrarumque suscepit. Vos Hebræi cogitastis de me malum, cùm me occideretis, sed benedictus Pater meus vertit illud in bonum, vt quamprimum vita desineret, etiam synagoga sepeliretur atque Ecclesia fundaretur.

Comparatio figuræ Ioseph cum Christo.

Christus præclariorum quàm Ioseph indulgentiā vsurpauit.

Genes. 50.

Iuste

Iuste conuenienterque probi improbis, iniustis iusti dicere possunt, ac persecutoribus tyrannisque subditi, *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum*; dum enim illos præcipitatum ire se crederent, exaltarunt, atque ex incelebratis celebratos reddiderunt. Enimuerò longè meliorem rem tyrannus Herodes præstitit quòd innocentes iugulari, non verò educari præceperit. Nunquam sanè enorme in orbe admissum scelus est, quàm mors Christi: neque vnquam etiam maior vtilitas in orbe, quàm ex morte Christi suscepta est, nempe totius mundi Redemptio: adeò vt nunquam malum aliquod permittat, vnde non fructus aliquis nascatur. Quando diabolus tentat, inquit Cyprianus, & mundus te odit, *iacta cogitatum tuum in Domino*. Tametsi enim Tyranni ac impij *cogitēt malum de te*, fiduciam habe, quòd *Deus vertet illud in bonum*. Mali enim Christiani aduersis castigantur, non emēdantur: verùm boni ac virtute prēditi castigantur quoque, sed emendantur ac cōuertūtur. Impij Hebræi cogitabant de Christo malum cùm dicerent: *Vah, qui destruis templum Dei*; sed in melius id Filius Dei transtulit cùm diceret: *Pater ignosce illis*: adeò, vt illi mirifice Christum blasphemare cōtenderent; Christus illis benedicere, ac precibus prodesse niteretur.

Mortis Christi vilitas quæ.

Psal. 54.

Matth. 27.

Hic verò aduertendū ac proderādū est, cōserre illa nimirū quodpartim dicit Apostolus, Filiū à Patre *exauditum esse pro sua reuerentia*: partim verò quòd nullū Filio à Patre respōsum datū esse legamus. Indubitatū est Filiū Dei in cruce clarissima voce clamauisse *Pater ignosce illis*: cui⁹ hactenus certè respōsū *Ego ignosco* nō dū accepimus. Atq; ideò necesse est Salamū acuere, atq; scrupulosū hoc dubium ex-

Heb. 5.

Quare Pater in cruce pendente filio non responderit.

um eximere. Ad quem quoque scopum supponendum est, quòd, quãdo subinde Filius Dei pro aliquo rogatus erat, nec suffragari illius rogatui vellet, continuò responsionem subiecerit verbalẽ; at verò, quando rogationem opere ipso conficere vellet, nullam responsionẽ subiecit. Cuius exemplum in Filiis Zebedæi est, quibus quòd, quid peterent, ne scirent, respondit. Item cùm Ioannes Baptista interrogari eum sineret, num ille esset qui venturus esset, nullũ responsum dedit: sed continuò tam admirãda in cõspectu missorũ illorũ opera edidit, vnde facilè colligerent, quòd ille speratus Messias reuera esset. Cùm in Capharnaũ Publicani Christum quærerent, quare tributũ non daret, non respondit, sed Petrum ad mare captũ piscem misit, vt ex illo postulatũ tributũ solueret. Quod nostro vt accómodemus proposito, sciendũ est eandem magnificentiam, quam erga Ioannis discipulos ac Capharnaitas publicanos Christus exhibuit, Patrem quoque in ligno crucis erga Filium exhibuisse, dũ illis verbis: *Pater ignosce illis*, responsum nõ dat, sed effectu atque ipso opere respondet. Impiis enim ignouit delicta, si venienti tẽpore, contrionem doloremque verum de iis conceptum, ac syncerã pœnitentiam operaturi essent.

à Patre subitò exauditus est.

Beda in Lucã ait: Non vana, nec frustranea oratio in cruce erat. per illam enim exauditæ sunt ac exaudiuntur omnes orationes nostræ, atque ideò Apostolus dicit, quòd *offerebat orationes ac preces*. Nam omniũ nostrum nomine pro omnibus nobis orauit, ac lacrymatus est. O mitis Domine Iesu, inquit Bernardus, quid deest mihi, si tu mihi non desis, & quid non habeo si te habeo? Ha-

Habeo te ô Domine Iesu, habeo te: mediator enim in oratione es, partem mihi lacrymarum cessisti, depositum sum donorum tuorum, tuorū dolorum imitator, tuique sanguinis exasse hæres. *Exauditus est pro sua reuerentia*, inquit Damascenus. Nam per meritum verborum: *Pater ignosce illis*, ilicò dixit Centurio, *Vere hic erat Filius Dei*: & alter latronum: *Domine memento mei*. Fulgentius inquit, per virtutem efficaciamque illius orationis *Pater ignosce illis*, continuò aliqui percusserunt pectora sua, ac dixerunt: *Hic homo iustus erat*. Per meritum huius sanctissimæ orationis, Apostoli vno die tria millia hominum cōuerterunt, & vno dierū sequēti quinquēū millia. Cæterùm cum Dei Filius indulgentiā illam pro Synagoga obtinuerit, ideò baptizatus S. Stephanus est, conuersus S. Paulus, & ad Apostolatus fastigium Matthias vocatus. O quantum differimen est inter orationem in horto & in cruce factam! in altera enim sudauit sanguinem, in altera verò lacrymas sparsit: in altera amaritudinis calicē à se tolli orauit, in altera verò indulgentiam pro Synagoga petijt. Quidquid pro seipso rogauit, negatum illi est, quod verò pro aliis, id Dei consensu obtinuit, adeo, vt Pater maiorē cōmiserationē super hoc populo, quā super carne Filij sui habuerit. O immēsam charitatē, o bonitatē infinitam. Filius tuus in horto solus est, procūbit humi, exhaustus omnino est, vei extremo oleo perūctus, per poros sanguinem exsudat, & tertio pro se rogat, neque illū exaudire vis. Verum cum pro hostibus suis rogat, extemplo illum exaudis? Dic mihi, ô aliene pater, cur orationi eius nō annuis, siquidē in cruce orās pro hostibus suis te Patrē solūmodo nuncupat;

Hebr. 5.

Matth. 27.

Orationis in horto & cruce discrimen.

contrà vero in horto orans, te, *mi Pater*, compellat, quod suaue amantique Filio verbum est congruentissimum? Quid nobis fiet, inquit S. Hieronymus, nisi in dies Christus illa verba, in gloria sua coram Patre repeteret identidem, *Pater ignosce illis*: Tantum semel dixit *Pater ignosce illis*: pro hostib. suis, verùm centies milliesdicit inibi in cælo pro Christianis suis. Vti enim nō omittimus peccare, ita neque ille orare cessat. S. Stephanus non vidit Christū àdextris Patris sedentē, sed ſtātem. Quāprimū enim S. Stephanus genua sua ad orandū inflexit pro inimicis suis, perinde ita cōtinuò Christus ad intercedēdū apud Patrē pro inimicis suis surrexit, adeò vt oratio à Stephano perfecta, à miti Domino Iesu præsentata Patri illicò fuerit.

Nomen Patris amabile: Domini terribile.

Bene perpendendum est Christum non dicere: *Domine ignosce illis*, sed *Pater ignosce illis*. Nomen nāq; Domini terribile est, nomen verò Patris amabile. Vnde, quando vnus alterū Patrem nominat, per id obligatur illi amabiliter respondere, neque petitionem eius negare. Sæpiusculè in scriptura inuenitur, Deum accensum ac exulceratum in Hæbræos ordinariè dixisse: *Ego Dominus, qui & loquor vobis*: verùm quoties tanquam blandiri, amiceque loqui voluit: toties *Ego ero illis in Patrem* vsurpauit, id est, opus Patris, non seueri Domini illis exhibebo. Quotiescunque Pater Filium cōpellat, adesto Nobilis aut Domine, signum est, illum esse offensum illi: quoties verò dicit adesto mi Fili, aut sanguis meus; signum est, quòd illi paternè placeat: adeò vt verbum Pater secū charitatem asportet, verbum verò Dominus, timorem secum conuectet.

Quandocunque peculiarem aliquam orationem

nem Filius Dei fecit, aut peculiarem à Deo grā-
tiam postulauit, cœpit oratione hisce verbis *Pater*
aut *Pater mi*, aut *Pater iuste*, aut *Pater iuste*. Certus
enim erat, quòd quando Deum suum vocaret Pa-
trem, nihil ille vt Filio negare posset. Vbertinus
dicit: si Filius Dei orationem suam incepisset verbo
Domine & non *Pater*, ipsamet iustitiā ac po-
tentiam eius, & non voluntatem bonam, miseri-
cordiamque inuocasset; Adeò vt per verbum *Pa-*
ter, petierit ne Pater suus populum vt *Deus vltionū*,
sed vt Pater misericordiarum vindicaret. O alti-
tudo bonitatis tuæ! ô ineffabilis charitas! cùm
in orationis tuæ principio dulcissimum verbum
Pater vsurpes, quid, quæso, aliud significat, quàm
quòd inimicis tuis illum Patrem liberalidesma-
nu, qui tuus est naturalis Pater? Vbi vnquam in
mundo talis amor, qualis hic, auditus est? Tametsi
enim iratus ac læsus esses, nihilominus tamē tu
Patrem hostibus suis dedisti mitissimum; vbi ta-
men æquius multò seueriorem illis iudicē im-
posuisses. Sit ergo horum omniū conclusio, quòd
cùm Filius Dei Patri suo, *Pater ignosce illis* dixerit,
vnà quoque vt illorum peccata remitteret, atque
in filios adoptaret, rogauerit.

Christus quando verbo Patris in oratione vsus sit.

Quomodo Christus in cruce multo ardentius atque efficacius orauerit, quam in horto; quòd vna oratio conditionata esset, altera verò non.

CAP. VI.

SVPRA dorsum meū fabricauerūt: peccatores: prolōgauerūt iniquitatē suā, dicit Propheta Dauid in nomine filij Dei, ac si diceret: Nescio, ô Synagoga, quid cōmiserim, siue quoteo fecerim: siq; dē aliquē tute mea oppugnasti me, & à quo virilē ætatē ingressus sū, secuta es me gratissimoq; vitę tempore me

Psal. 128.

crucifixisti. Hæc autem omnia, ô Synagoga, nihil ad hoc sunt, quòd nempè tuos humeros meis peccatis onereris, cùm te nunquā læserim, neque vnquam te vlla ignominia notarim?

Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. suis enim peccatis onerauit me Adam, sua gula Eua. Cain fratricidio suo, Dauid adulterio, Hieroboā idolo latria, & vniuersa Synagoga sua malitia grauauit. Anne putas verũ esse, quòd *supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*, siquidem Hebræi isti peccato se impiarint, ego verò pœna illud expiare debui. Libēter Hebræi, vt Cassiodorus inquit, vtrũque humerum grauassent, nempè cùm pœna tum culpa: verum mitis Dominus in se pœnam, vt Redẽptor suscipiẽs, nullo modo se culpa, vt peccator, onerare voluit. Non conqueritur, inquit D. Augustꝰ. Filius Dei, quòd vtrumque humerũ onerauerint illi, sed tantum alterum. dicit enim, *supra dorsum*, tametsi inimici eius vtrũque libenter onerassent, dum nimirum occiderent humanitatem, diuinitatem verò obscurarent, famam ipsius perderent, ac doctrinā præpedirent. Verùm mitis Dominus Iesus tantum se grauari pœna, adimiq; vitam sibi permisit.

Christus pœna vt Redẽptor & nõ culpa vt peccator se onerauit.

Basilius inquit, in altero dorsi humero fabricãt peccatores, quãdo nulla alia virtute præditi sunt, nudumque solum nomen Christiani circũferunt: verùm in vtroq; dorso fabricãt iusti, quando non modo nominetenus, sed etiã re ac virtute Christiani sunt. Scito enim, mi frater, nõ satis esse Christianũ nomine exhibere, quem etiã opere illũ repræsentare oporteat. In altero humero fabricant peccatores, quãdo Deo nudis tantũ desiderijs inseruiũt, mundo verò omnib. viribus ancillantur,

Christianũ oportet esse nomine & opere.

quod

quod profectò magis viam ad dānationem quàm ad salutem signat: in Ecclesia quippe Dei ob bona sua desideria multi homines damnantur, nullus verò propter bona opera. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*, conqueritur Christus, propter detestandos hæreticos, qui vni Christi dorso solūmodo inædificant, cùm nudum illum hominē esse profitentur. Quæ sanè iniquitas magna ac impostura est. Nam & verus Deus & verus homo simul est, vtque verus homo, sic verus Deus. *Nemo propter opera bona damnatur.*

Querimonia Christi super Synagoga hîc non terminatur, sed amplius extenditur, cùm dicit: *Prolongauerunt iniquitatem suam*, ac si diceret, ô ingrata Synagoga, non tibi satis fuit, tuum mihi imputasse peccatum, ac grauasse me pœnatua, sed prolongasti iniquitatem tuam, dum perseueras in iniquitatē, vtrumque peccatum altero cumulas, vnam ex altera nectis malitiā, vnam inuidiā ex altera, atque vnam idololatriam cum altera coniungis. Tum impij Hebræi *prolongauerunt iniquitatem suam*, cùm non modo ob crucifixionē aliqua pœnitentia tangerentur, sed etiam cùm Christum à mortuis resurrexisse ægerrimè ferrēt. Bernardus dicit, iustam dicendi causam Christū habuisse, quòd suam Hebræi iniquitatem prolongauerunt. Nam quo magis tēpore passionis, ac melius exfatiare possent suū peruersum animū, magisque sanctissima Christi mēbra torquere, diem illū passionis proferri longius ac extrahi, libētius vidissent. Adeò insaturabile erat odium quod in Christū cōceperant, vt ex vna parte Christi morte anhelarent, ex altera verò blasphemiis se saturare nō possent, in tantum quidē, vt nō modò illū manib. crucifigerēt, sed etiā cordibus. Condolere *Hebræi quando prolongauerint iniquitatē suam.* *Hebræorū in Christum odium insatiabile.*

vel maximè Iudaico populo oportuit, quòd in
nem vsque mundi suam iniquitatem prológa
Nam (vt Apostolus testatur) non ante synago
omnino illuminabitur, quoad gentilissimus o
nino fuerit abolitus. Verùm nō modo de Iudæ
sed & Christianis hodie dicere possumus, qu
Prolongauerunt iniquitatem suam, qui loco emenda
quis quò maturiores, eo nequiores fiunt: adeò
similes sint hydropicis. Sicut enim illi tanto p
bibunt, quanto plus sitiunt; perinde & hi tan
maiorem ad peccandum inclinationem habe
quanto peccant frequentius.

Si ergo Christus appositè de Hebræis dic
quòd contra se prolongauerint iniquitatem s
possunt tamen illi æquè appositè de Christo d
re, quòd ipse prolongauerit misericordiā su
illos. Nam æquè ad remissionem obtinendā f
nabat, atque ad eius passionem. Anselmus di
quid me fiet, ô Domine Iesu, si, quēadmodum
dies peccata accumulo meāque prolongo ma
tiam: tu cōtra vnam alteri bonitatē addas, ac
sericordiā tuā super me prolonges? O mitis I
mine Iesu de te, neque de alio quoquā dicere
sumus quòd prolongasti iniquitatem tuā. N
in arbore crucis, & vitam tuam prolōgasti, &
micis tuis ignouisti. Tametsi ego in dies meā
quitatem prolongē, & tu in momēta singula
misericordiam extendas, penetrat tamē tua m
ricordia præ mea iniquitate, ceteroquin affl
mea anima iam diu rigorē iustitiæ tuæ exha
ret. Cyprianus dicit, Deū admodū suā prolōg
misericordiā. Nam in sua oratione nō dicit, *
si vis ignosce illis: sed absolutè, *ignosce illis*, non sub
ditione remissionē illā postulans, neque secu

i

iustitiæ rigorem, sed fauorem misericordiæ. Cõsidera ergo, ô anima mea, considera quãta maiore efficacia filius Dei in cruce pro te, quàm in horto pro se orauerit. Ibi enim dicit: *Pater si vis transfeat à me calix iste*. At in cruce, non dicit: Si vis ignosce illis, sed *Pater ignosce illis*, adeò vt quidẽ passionem suã voluntati Patris resignet, sed verò remissionẽ illico inimicis suis præstandam esse cupiat. Quid est hoc, ô Domine Iesu, quid est hoc? quantũ tuã mortem attinet, tu Patris illam consilio ac arbitrio omnino relinquis, dicens: *Pater si vis transfeat à me calix iste*, verum quantum remissionem illã inimicis tuis ac maledicto populo exhibendam cõcernit, non illi conciliandi tẽpus præbes, sed statim citraque omnem moram illis vis remitti.

Differentia orationis facta in cruce et in horto quæ sit. Matth. 26.

Gregorius dicit, quòd Filius Dei Patri dicat, *Pater ignosce illis*, & non, *Pater si vis ignosce illis*, volut indicare reconciliationẽ cum amicis nostris tam perfectè debere instituí, quò nunquã faciẽ ab ijs auertamus, nec illis mutuam familiaritatem negemus. Hugo de Arra animæ dicit; Se illum non posse in Christianis numerare, qui certa cum cõditione inimico noxã remittit, nẽ scilicet ille vllũ deinceps cum eodẽ verbũ misceat, nec ingrediatur domũ eius, nec in vicinia illius cõmoretur; quandoquidẽ Redẽptor noster in sua passiõe nullã conditionẽ exceperit. Vnde nobis peculiariter aduertendũ est, quòd filius Dei in cruce non dixerit *Pater ignosce illi*; sed, *ignosce illis*, id est, quòd remissionem illam nõ petierit in particulari, sed pro vniuerso mundo in generali. Vnde etiã colligere est, cùm pro omnibus oret, certè oẽs peccatis maculatos fuisse. Theophilus dicit, quòd Christus dixerit *Pater ignosce illis*, & nõ dona illis,

Christus in cruce pro omnibus orauit.

per magnum ſpei ſignum peccatoribus extul
omnibus remittendum eſſe, quandoquidem illi
remiſsionem redemptionemque nemo effuc
ret, nemo abijceret, nemoque excluderet: id
que ille Patrem rogauit, vt omnibus ignoſcer
ſingulisque partem ſuæ paſſionis cederet. Si
nim Filius Patri tantum dixiſſet, dona illis, co
mouiſſet totam Eccleſiam ſuam, totumque mu
dum turbauiſſet; vt ſcilicet diuinare nequiuiſſe
quis damnatus eſſet, & cui culpa remiſſa: ſolu
Filius Dei ille fuit, qui accuſari ſe ac damnari p
miſit: nullum verò ex omnibus reis mortis ſu
vt accuſaretur permiſit, ſed remiſit. Si Filius D
inquit Rabanus, in arbore crucis patri ſuo dix
ſet *Pater ignoſce illi*, non *Pater ignoſce illis*: non diſt
Etè ſciuiſſemus, num remiſiſſet Iudæ ſe proden
aut Herodi ſe exſibilanti, aut Pilato ſe conde
nanti, aut Petro ſe neganti, aut Cayphæ ſe bl
phemanti. cauſa verò, quamobrem Chriſtus
tri dixerit, *Pater ignoſce illis*, & non, *ignoſce illi*, f
illum Dominum adeò liberalem eſſe in danc
adeòque magnificum in remittendo, vt nu
quàm poſsit peccatori vnum peccatum ſolu
remittere, ſi adhuc alia in occultis apud eum
deant. Iracundi illi ac peruerſi homines quib
dam inimicorum ſuorum ſolent remittere, q
buſdam verò non: non ita Filius Dei, ſed om
bus omnino ignouit, omnesque redemit. S. Io
nes non dixit: *Ecce qui tollit peccatum mundi*, ſed
tollit peccata mundi: immò nedum ipſe Domi
Magdalenæ dicit remittitur tibi peccatum,
remittuntur tibi peccata tua, adeò vt quantum ad p
cata ipſa ſpectat, aut omnino ea Deus diſsimu
aut omnino remittat.

Quare Chriſtus in cruce ignoſce illis & non illi dixerit.

Ioan. 1.

Luce. 7. Deus peccata vel diſſimulat, aut omnino remittit.

N

Nunquam quis ex ore Filij Dei, inquit S. Hieronymus, audiuit, quòd dixerit: Ego remitto tibi ciusmodi peccatum, sed semper, *remittuntur tibi peccata tua*. Vnde est, quòd in cruce Patri non dixerit, *ignosce illi*: sed *ignosce illis*. Nam putabat, cùm sanguis eius effusus adeò pretiosus esset, paucos adfuturos homines pro quib. moreretur, tametsi æquè pro absentib. ac præsentibus viuis ac mortuis, præteritis ac futuris, pro peccatorib. ac iustis moreretur: & tametsi vna sanguinis gutta, aliquot mundi miliones redimere potuisset. Quæ cum ita sint, quare sanguinem in vno expendisset solo siquidem quod residuum fuit toti mundo redimendo satis erat. Filius Dei non contentionem vllam ac litè cum Patre instituit, nũparũ aut multum sanguinis illi ad redemptionem mundi daret. Voluit enim nos illo docere, quòd remissio quam Pater suus in peccatores exerceret, satis carè solueretur; quippe omnia peccata totius mundi numerari taxariq́ue possunt: cùm tamen valori ac pretio sanguinis Christi, nulla taxa possit constitui. ô mitis Domine Iesu, ô animæ meæ solatium, cùm in magnorum peccatorum gratiam dixeris: *Pater ignosce illis*, cur in mei vnius non dicis, *Pater ignosce illi?* si tibi Hebræi ingrati fuerunt propter miracula in illis exercita: multo tamen me ingratiorem erga te propter multiplices mihi collatas gratias exhibui. Cùm ores pro Israelitis te semel tantum occidentibus, cur non etiam pro me te quotidie occidente precaris? Reuera quotidie te occido, imò horis singulis. Nam quoties te crucifigo, quoties pecco. Quare cùm hinc & inde sparsa peccata in me vno collecta fuerint, quare non dicis, Pater ignosce illi, atque di-

Matth. 9.

Peccata mihi numerabilia.

Sanguis Christi inæstimabilis.

Peccando Christũ denuò crucifigimus.

xisti, *Pater ignoſce illis?* Dic ergo, ô Domine Ie
dic Patri tuo: Pater condona huic peccato
tantò enim in me magis tua eluceſcet miſe
ricordia, quantò omnibus meis peccatis illa m
ior eſt.

Quomodo Chriſtus clementior modo ſit quàm ante fuerit, quare Chriſtus cùm Patrem pro inimicis oraret, non æquè dixerit, vt illis remitteret.

CAP. VII.

Ezech. 7. PONAM *contra te omnes abominationes tuas, non parcet oculus meus ſuper te,* dicit Domin
per Prophetam, ac ſi diceret: O Synag
ga adeò tibi infenſa ſum, ac toties tibi ignoui,
modò decreuerim explicare tuas abomination
& iniquitates, neque vllum peccatum impun
tum relinquere. Nam ſicuti conuerſionem exc
pit miſericordia, ita obſtinationem iuſtitia inſ
quitur. Priuſquam filius Dei humanam carnẽ ſ
ſciperet, multò ſolennior erat Patri eius iuſtiti
quàm miſericordia: quippe qui toto veteris leg
tempore frequenter puniret, rarò vero pecca
remitteret.

Deus in Veteri lege frequenter puniuit.

Verùm ſi accuratius de hac re loqui libet, à
ab ipſis mundi incunabulis repetere: quæſo t
dic mihi, annon grauiorẽ pœnam in primũ par
tem Adam eiuſque coniugem Euam, nulla alia
cauſa, quàm quòd vetito fructu veſcerentur, e
ercuit? Nonne ipſum Cain propter commiſſu
Genes. 4. homicidium puniuit, vt perpetim *vagus & fugus ſuper terram* erraret? Quis dubitat diluuiu
Deum propter incontinentiam, deſtinaſſe: S
domitas propter peccatum Sodomiticum co

C

cremasse : Dathan & Abiron absorberi à terra ob inuidiam permisisse? Nonne Hebræus ille, qui in Iericho auream regulam subduxerat, & ille Israelita in Sabbatho manipulos colligens ex præcepto Dei ante castra lapidati sunt? Cùm Phinees Hebræum Madianitidi commixtum obtruncaret, nonne Deus præceperat omnes Principes populi illicò contra solem in patibulis suspendi, quia gentiles fœminas cum Hebræis conuersari contra Dei præceptum permiserant? Ieremias Babylonicam captiuitatem deflere satis non poterat, de qua dixerat quòd *destruxit & non pepercit*: id est, quòd Deus vniuersum regnum perdendi, nulliq́ue homini parcendi mandatum dedisset. *Thren. 2.*

Cùm Dominus Sauli Regi præciperet, regnum Amalec occupare, præcepit vt à Rege in throno sedente ad pecus vsque in pascuis viuens non abstineret, sed vniuersim iugularet omnia. Apud Prophetam Ezechielem loquitur Dominus sequentia verba Angelo percutienti, *Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres, interficite vsque ad internecionem: & à sanctuario meo incipite*, ac si diceret: vade in ciuitatem Ierusalem omnesq́ue plateas eius, ac in ore gladij percute senes & iuuenes, virgines, pueros, & ne quisquam sanctificatum locum sibi subsidio futurum putet, velo vt pœnam à Sacerdotibus templi mei inchoes. *Cap. 9.*

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, dicit Psalmista, ac si diceret: tu magne Deus Israel adeò cupidus es vindicandæ iniuriæ, & exequendæ pœnæ, quòd vtrumq́ue tuum brachium

arma-

armatum intuear ambasque tuas manus sangu
nantes: adeò vt non modò à sinistris tuis mil
cæsos, sed etiam à dextris decies mille iugulat
conspiciam. Perinde cùm æternus Pater viden
Filium suum dilectissimum interfici, proniorq
in pœnam quàm indulgentiam esset, obscur
solem, tremere terram, scindi velum templi,
periri sepulchra, exire inde mortuos, vt vinc
ctam de viuis sumerent, permisit. Cùm ergo
lius Dei aduerteret tumultum hunc sui causa
scitari, & in mortis eius vltionem vniuersu
Pater orbem disperdere pararet, oculos in c
lum conuertit, ac lachrymabili voce dixit, *Pa*
ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, ac si diceret:
æterne ac benedicte Pater, ignoscas huic misc
bili populo, quod pluris facere sanguinem n
um illius causa profusum, quàm peccatum in
commissum, debeas. Non est modò tempus,
cadant à latere tuo mille, & decem millia à dextris tu
Nam ego cùm medius illorum sim, non est æq
vt cadãt illi, sed resurgãt: non vt punias illos
ignoscas. ô quàm nobile tempus, quàm accep
bilem diem catholica Ecclesia habet, in qua i
iuria notatus in placatum conuertitur, iudex
aduocatum, accusator in defensorem, & qui a
tea nos territabat iustitia, modò sua nobis mi
ricordia blandiatur? quomodo auderet mo
Rex Dauid dicere: *Cadent à latere tuo mille, & dec*
millia à dextris tuis: siquidem Filius in cruce dix
Pater ignosce illis. In lege gratiæ & iugo Christi n
est errandi tempus, sed attingendi: non pereu
di, sed saluandi, nõ puniendi, sed remittendi; n
adendi sed resurgendi.

Legis gratiæ tempus qualesit.

Pon

Ponderandum est Filium Dei non præcepisse vt quisquam caderet, sed magis vt resurgeret iniunxisse, vti apud S. Matthæum videre est, vbi, dicit: *Surge & tolle grabatum tuum*: & alio loco, *puella Surge*: & adolescenti in Naim, *adolescens tibi dico surge*: & ad discipulos in horto, surgite, eamus. Diaboli munus est hominibus casum suadere & apparare, vti in deserto Christo suasit inquiens: *hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*. ac si diceret; si tantum coram me in terram prosterneris, te Dominum totius orbis constituam. ò benedicte Domine Iesu, quam tecum concupisco viuere! Nam tu præcipis vt resurgam: non verò cum Diabolo, qui suadet casum. cupidissimus enim est præcipitandi mei; verùm tu, & nemo alius, mei restituendi potens es. Quare cum Diabolo viuere cuperem, qui mille artibus me decipere machinatur? quare cum mundo viuere vellem, qui mille me periculis exponit? quare viuere cum carne auerem, quæ mille à me voluptatum genera exigat? ô redemptor animæ meæ, ô dulcedo vitæ meæ! tecum & non cum quoquam alio viuere iuxta ac mori desidero. Si enim æger sum, sanitati me reddis: si mœstus, confirmas: si lapsabundus, sim restituis; si lapsus, me erigis: & si peccauerim, ignoscis. Discipulus Diaboli est ille quisquam circumuenire fratrem; & filius Christi est ille, quisquis proximum erigere contendit. Non enim maius beneficium in hac vita cuiquam exhibere possumus, quàm si illius honorē conseruemus, & ad salutem promouemus.

Mare. 2. *Matth. 9.* *Ibid.* *Matth. 27.* *Diaboli munus quod sit.* *Matth. 4.* *Quis sit Filius Christi & Diaboli discipulos*

Cùm Filius Dei in arbore crucis dicere, *Pater ignosce illis*: dico per illa intendere voluit, atque à Patre suo obtinere, inimicorum, vt in corpore illo non

los non tanquam homicidas, nec in anima t
quam proditores puniret. ô immensam boni
tem, ô inauditam misericordiam! tu cum ma
factoribus conniues, ignoscis homicidis, ex
sas proditores, defendis facinorosos, ac pecca
ribus patrocinaris? ô quàm parum dixi te def
dere ac patrocinari peccatoribus. Nã dum illi
ta patrocinaris, æquè benè proillis moreris. Q
est causa, o Domine Iesu, quæ est causa, quòd
trem tuum roges vt illis ignoscat, neque dicas
tuo nomine illis ignoscat? Cùm dicas Patri t
Pater ignosce illis, cur non dicis? Ego ignosco il
cùm tu sis iniuria notatus, & ego illator iniur
quare remissionem iniuriæ in alio instituis
quàm sublime mysterium, ô quàm profund
Sacramentum est, quòd Filius Dei non dixerit
illis ignosco, sed Patri suo dixerit, *Pater ignosce illis*
deò vt pluris faciat iniuriam Patri ab illis irro
tam, quàm mortem sibi ipsi illatam. Quod Fil
Dei dicere non voluerit, *Ego illis ignoscam*; tam
ipse offensus esset, haud dubio significauit sui
cisores non inter inimicos, sed inter carissim
fratres ac benè de mundo meritos numerand
adeò vt magis vtilitatem redemptioni mu
proficuam respiceret, quàm malum quod ad
serant, dum mortis illi causa essent. Cùm Fil
Dei ad Patrem diceret: *Pater ignosce illis*, tantũd
est ac si dixisset: tu ille es Pater, qui remittere
beas. nam tuam ipsi violârunt legem, tuam
strinam labefactauerunt, tuum inhonorârũt te
plum, tuum filium trucidarunt, & licet mihi,
illis ignoscam præcipias, nihil tamen quod ig
scam habeo. Nam mortem meam, inter bene c
locata numero; & vitam meam inter non m

Christus suos occisores vt fratres habuit.

exp

expensa, vna namque causa est, quod ipsius merito tam mundus viuat quam cœli omnibus referentur.

S. Augustinus dicit; Si filius Dei Hebræos æquè hostes iudicasset, vti illum Hebræi hostem suum iudicabant, in ipsius potestate vtiq; fuisset relinquere illos, & ad gentes prædicando cõuerti: verum cùm illos secundum sanguinem cognatos, secundum naturâ affines, secundùm legẽ fratres, secundùm doctrinâ discipulos iudicaret, nõ necesse fuit, illum in cruce dicere, ego ipsi signoſco, in illos enim neque inimicitiâ vllam, neque odium vllum susceperat. Illi certè, qui in Christum odium susceperãt, erant; non verò Christus in illos, quæ causa fuit, quòd Christus, tametsi multis blasphemiis aciniuriis notaretur, à prædicatione nunquam nec miraculis destiterit. Potuissentne Christum suum hostem dicere iustè illorum mortuos excitantem, expellentem dæmones, instruentem paruulos, sanantem cognatos, ac peccata illorum remittentem? Cùm Filius Dei amici illis opera exhiberet, qamobrem in cruce non potuisset dicere: *Ego illis ignoſco*, quandoquidem neminem inimicum sibi ducebat? Quanquam verò Filius malè cum illis cõueniret, non tamen illud ab iniuriis illi factis profectum est; sed ab offensione illa, quam in Patrem suum admittebant, vtpote grauissimam: palàm protestans ex sua parte nulla se ab illis iniuria affectum fuisse.

Iudæi in Christum odium susceperant, non Christus illos.

O mitis Domine Iesu, ô animæ meæ Redemptor, vt dicere potes ab illis te nulla iniuria affectum, cum eorum manibus sis crucifixus? Cùm ideò nec queraris, nec vlciscaris te, dic mihi, ô Redem-

Bonitas filij Dei erga crucifixores suos immensa.

Redemptor mundi, quare te excusas? Erat, in
Bernardus, amor Filij Dei tantus, adeoque in
cifixores suos bonitas eius immēsa, vt nullo
do illis culpam imponere posset, quippe, qu
ipsum adeò pœna aggrauasset. Cyprianus d
Cùm Christus verus mediator pacificatorq
ter Patrem suum ac mundum esset, malè aud
set sanè, si quem illorum inimicum eius di
potuissent. Et cùm nullum inimicum inibi
sentem se habere fateretur, non fuit necessa
illum dicere: *Ego ignosco illis*. Chrysostom
Matthæum dicit: si Filius Dei in cruce dixi
Pater ego ignosco illis, ostendisset certè pluris fi
rogata tormenta, quàm Patri iniurias illat
facere. Id verò ita non fuit. sic cum fieri po
hodierno tempore mallet Filius Dei in mu
moriturus descendere, quàm denuò patri
gari iniurias, videre. Quis ò Domine Iesu, a
ret modo vlcisci illatas tibi iniurias, cùm ip
adeò tuas vilipendere iniurias, videamus?
pendis penetrantes caput tuum spinas, & e
num asperius à proximo verbum mihi dic
magni facerem? Auderemne dicere me inim
habere, cùm crucifixores tu tractes vt fr
tuos? sanè peregrinum, planeque hospes del

Amicitia Christi perditur, habēdo fratrem proinimico.

Christiano hoc verbum inimicus, quam pr
enim fratrem quis pro inimico habet, amici
Christi perdit.

Sanguis Christi quā sit pretiosus

Bene considerandum ac perpendendu
quòd Christus sua Patri nō dicat, se illis post
tem suam velle ignoscere, sed statim in cōtin
Docebat enim suum adeò pretiosum ac effi
esse sanguinem vt eodem momento, effundi
peret, cōtinuò etiam operaretur ac prodesse

b

banus dicit, non voluisse Redemptorē mundi vt nos inimicitiā cum Patre, aut quoquā alio aleremus. Veniēs namque primū in mundū air, *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* & egrediens ex mūdo, *Pater ignosce illis.* Cassiodorus in psalmos, aic: Filius Dei non ita, vt Filij mundi huius, affectus est, qui modicus suis filijs opes, cū frequētibus tamē multisque litibus relinquunt. Enimuerò illis verbis *Pater ignosce illis* redemit nos suo sanguine, suis lachrymis baptizauit, vnxit suo sudore, instruxit sua doctrina, liberauit à Diabolo, & recōciliauit Patri. Omitis Domine Iesu, inquit Simō de Cassia, quantopere tibi obligati sumus, quòd Patri tuo non dixeris, vt inimicis tuis omnibus à morte ignosceret; sed ante, priusquam illa cruda tui corporis vulnera exarescerent. O quid vniuerso fieret humano genere, si Filius Dei cum displicentia aliqua in illud mortuus fuisset? *Luce 2.*

Cæterum cum in vltimo sao sermone diceret; *Pacem meam do vobis,* quid aliud significat, quàm quòd reconciliatos nos Patri relinqueret, & nos secum vnitos assumeret. Anselmus dicit: Quomodo æternus Pater Filio remissionem hostibus suis exhibendam potuisset negare; quippe qui rogaret illum adeò amanti pectore, constanti gemitu, & penè doloribus infinitis? fit ergo huius clausula capitis, quòd cùm Filius Dei diceret Patri, vt populo in continenti ac illico ignosceret, ille nobis indicare voluerit, nos ante extremum discessum ex hac vita, omnes debere iniurias remittere. Alias enim in altero mundo satis quod desiderant habituri sunt, qui hic recusarunt alijs ignoscere. *Ioann. 14.*

In hac vitā iniuriæ sunt remittēdæ.

Quarationerationes Filius Dei cum Synagoga ineat, propter quinque immanitates in eius morte exercitas.

CAP. VIII.

1. Reg. 24. SIT *Dominus Iudex & iudicet inter me & te:* dicit Dauid ad Regem Saulem; ac si diceret: O magne Deus Israelis inter te & me, non alium quenquam iudicem statuam, quàm magnum illum cœlorum Deum, cui perspectum est, quàm fideliter tibi seruiam, & quam inhumanè tu mecum agas. Profectò in magna æstimatione fuit, inquit Origenes, Dauid apud Deum, quòd illum iudicem omnium suorum verborum, omniumque quas haberet cogitationum, omniũ quæ faceret operum, omnium quas sustineret inimicitiarum, omnium quas ipse sequeretur cognationum constitueret. Aymo dicit, Nõ potuisse magis meliorare negotium suum Dauidem, quàm quòd Dei manibus suam iustitiam quasi imponeret, qui adeò quoad se iustus est, adeò in iudicio syncerus, vt prece placari, nec minis territari, nec muneribus corrumpi, nec verbis seduci omnino potuerit. Cùm improbum Saulem probus Dauid ad Dei iudicium euocaret, Saul speluncam ad leuandam aluum intrauit, adeò vt Dauid, si voluisset, facilè fauces illi præcidisset, vti orã chlamydis eius præciderat. Verùm facere nõ voluit, pluris amicitiam Dei, quàm inimicitiam Saulis faciẽs. Capitalis hostis Dauidis Regis Rex Saul erat, vt ob illã caussã Dauid regione sua exire, cognatos deserere, spoliari diuitiis, proscribi aula, separari ab vxore, fugere ex regno suo, & præconis voce pro publico hoste denunciari debuerit. Quibus omnibus non attentis potuisset nihil-

Dens iudex iustus.

Saul capitalis hostis Dauidis.

nihilominus Dauid sæpe vindictam sumere de Saule, si modo placuisset, quando scyphum capiti eius subduxit, oramque chlamydis eius præcidit. Quod mitis Rex ille non modo non fecit, quòd etiam acerbius illos tractárit, qui sibi id sua fissent. Nulla alia de caussa, dicit Origenes, quam quod ab Israele vnctus esset iudicauit aquum esse Dauid, vt illum missum facerent, illique parcerentur; imò, qui dignus esset cui à quouis seruiretur, nõ verò qui læderetur. Meliore profectò oleo nos, ac Saul, inuncti sumus. Oleo namque olivarum delibutus ille fuit, nos verò oleo sanguinis Christi perunctí. atque ideo, qui quis Christianũ persequitur, is quoque Christum persequatur, necesse est. Non attendebat mitis Dauid, quàm malèina regia vnctione Saul vteretur, sed quòd à bono spiritu vnctus esset, considerabat, adeo vt si in illo vindicare se cupiuisset, non respexisset ipsum Saulis iniquitatem, sed quòd Rex à Deo electus ac constitutus esset. Ad exemplum Dauidis, inquit Ambrosius, non respicias malitiam, qua te iniuitus tuus exercet, sed vnctionem illam, per quam Christianus facti est. Sit verò Christianus ille suæ non sit, nõ tamen te iudicé esse conuenit illius sed tui ipsius. Illius enim Deus est iudex, qui iniuriã aut illi à te, aut tibi ab illo irrogatã iudicaturus est.

Christianũ persequẽdo persequatur Christum.

Quod vt accõmodé proposito iueo, dico, verba illa à Dauide Sauli regi dicta, etiã à Dei filio synagogæ dici potuisse, omnibusq; eius posteris, quo dominus solus iudex esset inter illos, tã benefactorum quæ à Christo illis exhibita; quàm malefactorum quæ ab illis Christo irrogata. Quis enim Angelus, etsi è cœlo descenderet, quis homo etsi

Beneficia Christi erga Iudæos innumerabilia.

Synagogam collata posset percensere, tormentaque illi in cruce illata? *Sit Dominus Iudex & iudicet inter me & te.* Nam Deus & nemo alius potest esse iudex, an maior fuerit charitas, qua te redimebã: an verò maiora tormenta, quæ pro te sustinebam: immò multò maius contra me quod gerebas odium erat, quàm tormenta, quæ tuipse mihi irrogabas. Quamobrem ad tribunal Dei te euoco, o Synagoga, non quidem vt te puniat Deus, sed iudicet inter me ac te, qua ratione ego nullam erga te misericordiam præstare neglexerim: neque tu vlla tormentorum genera in me conquirere intermiseris.

Verum vt magis propriè de hoc negotio loquamur, iudico æquius esse ostendere, quid Hebræi egerint, & quid in Christo designarint, quò digni fierent remissione peccatorum, quidque Christum ad eiusmodi remissionem impulerit. Dubitare namque nequaquam debemus, tantò remissionem aliquam præstabiliorem esse, quantò eius perficiendæ minor causa suppetit. Quinque principales inprimis iniurias irrogarũt Christo Hebræi in morte, quarum vel minima vt æterna damnatione puniretur erat dignissima. Hilarius dicit; Quæ potuisset, amabo, excogitari pœna, ab illis contracta ac merita, qui datori vitæ vitam ademissent?

Quinque iniuriæ principales irrogatæ Christo.

Prima principalis iniuria.

Prima iniuria irrogata Christo erat, quòd illum ex malitia crucifigerent, licet nullam in eo culpam inuenissent, inde apparẽs satis, cùm Barrabam latronem absoluissent, Filium verò Dei condemnassent; adeò vt latronem multò meliorem probioremque iudicarent occidendum viuos, quàm Prophetam suũ mortuos suscitantem.

Eleemo-

Eleemosynarius erat Christus, fur verò Barrabas: Christus pacis inquisitor, Barrabas seditionum concitator erat: Christus insignis prædicator, Barrabas verò insignis prædator: Christus erat Magister omnium bonorum, Barrabas vero signifer omnium nebulonum: Et nihilominus tamen Christum quo citius morereretur, condemnant, Barrabam quo domum suam se conferre posset Pascha celebraturus, dimittunt. Anselmus dicit: O quàm iniqua petitio, ô quàm preces à vobis peruersæ, ô Hebræi, instituuntur, quippe qui petitis, vt occisor viuorum viuat, & suscitator mortuorum, moriatur. Quis quæso, in vrbe vestra residuus manet, qui infirmitates sanare vestras, aut suscitare mortuos possit, si hunc Prophetam interimatis? Odium quod in Filium Dei gerebant, adeò grande erat vt tristarentur, si quando nomẽ Christi inaudirent, contrà verò audito Barrabæ nomine lætarentur. Quod inde colligere est, quia voce clarissima à Pilato, vt dimitteret Barrabam, Christum vero crucifigeret, obtestabantur. O quàm beatus essem ego, si adeo magnus meus in te amor esset, quàm odium in te Hebræorum fuit. Vt enim illi, quod Barrabam eligerent, errauerunt; ita ego certè, quod te pro me eligerem, scopum attingerem. Si Pilatus optionem dedisset Hebræis ex duobus latronibus, aut furibus, aut alias obscuris hominibus, non mirum fuisset, in optione errauissent: verùm illis cùm inter prædonem, sanctumque Prophetam optionem daret, & nihilominus illi malum elegerint, iniuriamque bono fecerint, aut ab Hebræis illud ex defectu prudentiæ, aut ex si perfida malitia factum est.

Barrabas qualis fuerit.

Secunda principalis Christi irrogata iniuria.

Altera iniuria erat, quòd, si Christum in remotè sito pago quopiam interfeciſſent, non adeò ignominioſum fuiſſet; verùm quo hi malitioſi Hebræi ſe tanto magis de illo vindicare poſſent, magiſque illum violare, in amplißima ciuitatum illum interfecêre Ieruſalem, in qua tum notus per prædicationem eſſet, tum ſpectabiles amicos haberet. Quæ potuiſſet quæſo maior ignominia irrogari, quòd eundem Chriſtum per plateã educerent in montem Caluariæ, per quam identidẽ in templum ingreſſus ad prædicandum erat? Generoſi ac verecundi viri, teſte Seneca, iniquius ipſa morte ferunt, ſi in tali loco dehonorentur, atque impetantur cõuitijs, in quo honorati prius atque exaltati fuerant: non enim ignominiã modo illam dehonorationemq; ſentiunt, verùm etiam illamet ipſa, quæ inimici de illis verba profundunt. Dùm Filius Dei adeò potens in operibus, adeo facie ſpecioſus, adeo doctrina fructuoſus, adeo in commune bonum pronus eſſet, à plurimis amabatur, perplures vero odio illum proſecuti ſunt, quamobrem adeo illam publicam infamiam acriter, illamque palàm irrogatam mortem perſenſit. Et cur non perſenſiſſet, quippe qui ſe palam ad mortem educi crucis, ab amicis ſuis complorari, ab inimicis verò ſubſannari videret?

Tertia principalisima iniuria.

Tertia iniuria erat, quod licet priuatim Chriſtum domi ſuæ potuiſſent occidere, aut obſcura nocte, id tamen non fecerint, ſed prima hora illum ceperint, tertia damnauerint, ſexta crucifixerint, & nona occiderint. Non ſanè ex defectu induſtriæ, ſed malitiæ exceſſu nona hora Chriſtum occiderunt, qua ſol ſplendidiſſi-

mus

mus est, plateæque vel maximè à populo teruntur. Non voluere Hebræi, teste Chrysostomo, mane Christum occidere, quod nondum omnes exsurrexissent; neque etiam nocte, quiuis enim tum quieti se tradidisset: neque vesperi mactare extremo supplicio statuerunt, quod quisque se tum subtraxisset; sed tertia aut quarta diei hora, quando spatiandi causa singuli porticus capessunt. Inueterata illa Synagogæ lues ac pestis fuit, quod in iustorum virorum sanguinem immaniter sæuiret. nunquid per medium sectus Isaias, nunquid in lacu præfocatus Ieremias, lapidibus morti deditus est Zacharias, carceribus ac pedore eius Ezechiel? Et quo dicta Patrum à tum viuentibus verificarentur, & Christo vitam eripere, eiusque honorem collutulare decreuerunt.

Quare Iudæi sexta hora crucifixerint Christū

Damascenus dicit, Hebræos Christum crucifigentes serenum ad id, non obscurum autem nebulosumque diem delegisse, quo ab omnibus videri ille, & à nemine non nosci posset; adeo namque ipsius tam infamiam industriè quàm eius mortem quæsiuere. Cùm Euangelista dicat in morte ipsius obscuratum fuisse Solem, indubitatum atque infallibile signum est diem prorsus sudum serenumque fuisse, quandoquidem ex improuiso statim sol deliquium est passus: adeo vt illo ipso suo deliquio atque vmbra voluerit tegere illud, quod pro publica infamia Hebræi proponebant. Non satis erat Iudæis, teste Cypriano, vt ad occidendū Christum diem purum deligerent, sed bene longum diem, vt quinac vigesimus Martij, quod ideò fecerūt, quò eadem illum die & accusandi, condemnandi ac

Christus quo die crucifixus fit.

crucifigendi occasionem haberent.

Quarta iniuria Christo à Iudæis irrogata.

Quarta iniuria fuit, quòd solum illum potuissent occidere, sed tamen facere, nisi comites aliquot haberet, recusarunt. Verum comitatus assignatus illi non bonorum erat, sed palmarium prædonum, ac latronum. Hic aduertendum est, Hebræos Christo & nunquam & nusquam, præterquam in cruce ac patibulo primas detulisse, in quo latrones ad latera, Christum in medio crucifixere, vti latronum principem ac sicariorum. Vti signiferum, ducemque Latronum, docente Alberto Magno, crucifixerunt mitem Dominum Iesum, mediũ inter duos suspẽdiarios, quo bipedum pessimũ hunc Prophetham esse, demonstrabant, quandoquidẽ latrones illius comparatione inculpatam vitam duxissent. D. Hieronymus dicit Tametsi falsa testimonia omnia, quæ Christo opprobrabant, testibusque suis confirmabant, vera fuissent, non tamen tali modo puniri Christus neque inter latrones suspẽdi, meruisset. Cæsareæ nãque leges præcipiunt, illos solos debere in tormentis esse socios, qui socij ac complices admissorum scelerum extitissent. Quòd Filius Dei iuxta se peccatores pateretur, non ea mente fiebat quasi peccare eos iuuaret, sed vt haberet illos moueretque ad honestè viuẽdum, adeò vt sancta ipsius societate non peruerterentur, sed conuerterentur.

Quare Christus in commutatu iuxta se peccatores passus sit.

Quinta principalis iniuria.

Quinta iniuria erat, quòd alia eum morte, nõ adeò auditu scandalosa, neque adeò crudeli toleratu, affiĕre potuissent, quàm illa morte crucis; sed volunt vt tam probrosa ac maledicta morte moreretur, atque adeò inhumanè vitâ exiret.

Mors crucis

Mors crucis omnium difficillima toleratu erat,

adeò

atque immanissima, immo ignominiosissima. Quæ causa erat, quòd nullum nisi inemendabilem legis diuinæ transgressorem ea punirent, ac Regum proditorem. Anne illum transgressorem legis fuisse putas, qui apertè dicit, *non veni soluere legem sed adimplere?* Anne Regum illum proditoré putas, qui palàm dixit: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo?* Illi & non Filius Dei præuaricatores legis fuere, proditores Regum, concitatores populi, ac violatores sacrificiorum, furesque fuêre: adeò vt peccatores contra omnia iura ac leges veræ iustitiæ sanctum occiderint, fidelem proditores, nocentes innocentem, & fures Iudicem. Apud veteres Iudices moris erat, vt Iudices sententiam ferentes, & non accusans populus pœnam aut mortem nominarent, quàm tolerare transgressor debebat: verùm contrarium exercuere Hebræi; non enim mortem Christi Pilati arbitrio reliquere, sed præuenerunt illum atque statim ipsi elegerunt statueruntque mortem, quàm Christus sustineret. Sed, amabo, dic mihi quænam erat mors, quàm Christo imponebant? quod erat tormenti genus Christo constitutum? O miserabilem ruinam, ô durum iter, quomodo possibile est digitos meos id cóscribere, nisi vultus meus in lacrymis meus quasi balneetur? Barrabas vnanimi omnium voce ac voluntate dimittitur. Cùm namque Pilatus ab eis quæreret, quid facere de Iesu Nazareno deberet, vnanimi omnes respondebant clamore: *crucifige eum, crucifige eum, quia reus est mortis.* Paucis verbis condemnabant Christum ad immanes multas ac sanguinarias res, id est, vt moreretur statim, dicebant enim eum mortem esse meritum: item vt in cruce

immanissima.

Matth. 5.

Matth. 22.

Iudæi non Iudices mortem statuerunt.

morereturꝛ. clamabant enim, *crucifige eum*: item vt secundo crucifigeretur, iterabant quippe illud, *crucifige eum, crucifige eum*. Quantum ad primum spectat, à Pilato vt Christum interficeret, petebant: quibus respondet Pilatus se nullam in eo causſam inuenire, reum illum mortis faciens, sed ad extremum plus importunitas Iudæorum potuit, quàm repugnantia Pilati posſet. Ambrosius dicit, Hebræos à Pilato non vt illum castigaret, petijsſe, aut mulctaret exilio, aut aliquibus grauioribus inceſſeret ludibrijs, sed vt illum in continenti occideret. cuius causſa fuit, quòd intaminata doctrina Christi ac sancta, cum taminata ac profana Iudæorum vita conspirare non posſet. Quod ad alterum spectat, non erant contenti Iudæi vt à Pilato trucidationem Christi peterent ad libitum Pilati, quomodo & quando illi libuiſſet, sed vt illicò illum crucifigeret, quod genus supplicij in veteri lege tantum magnis transgreſſoribus irrogabatur. Non erat satis, testante Augustino, Hebræis semel dicere Pilato, *crucifige eum*, sed illud ipsum secundo repetebant verbum, *crucifige eum, crucifige eum*. Ostendentes eo, illorum esſe voluntatem, vt simul honor eius ac persona crucifigerentur. Origenes dicit, quòd iteratò Hebræi Pilato dixerint *crucifige eum, crucifige eum*, tantundem erat, ac si dixiſſent & suasiſſent, vt ille quidem illum manibus suis crucifigeret, se verò eundem cordibus esſe crucifixuros. Qui tum illum crucifixerunt cordibus, cùm corde eum odiſſent, dehonorarẽt personam eius, atque honorem ipsius violarent, adeò vt sine causſa bis dixerint *crucifige eum, crucifige eum*. simul enim ademerunt ei vitam ac obscurarunt nomen ipsius.

Doctrina Christi Iudæorumque vita non conspirant.

Quomodo Iudæi cordibus Christũ crucifixerunt.

ipsius. Tametsi Pilatus alijs vijs constituisset Christum tollere, nempe decollando, mergendo, suspendendo, quæ mortis genera mitiora, neque tam inhonesta quam crucis sunt; non tamen illi canes Israelitici Pilato voluntatem suam permisere, ideò ne in modo aut forma occisionis aliqua ipse misericordia vteretur. Quando in S. Scriptura verba repetuntur, signum maximi amoris aut odij est. Nam cùm Christus diceret *desiderio desideraui*: Cùm diceret *Martha Martha*, voluit amorem quem in discipulos ferebat ostendere, atque in suam hospitam Martham propensionem. Perinde etiam Hebræi maximum odium ostenderunt, cùm iteratò clamarent *crucifige eum, crucifige eum*: significabant quàm acriter illum odissent, ac seriò interficerent. Intellexistis ergo hisce opera Iudæorum, quæ in Christum exercuere, quæ illi obsequia obtulere, quibus nihilominus neglectis omnibus Christus dixit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.*

Misericordia Christi maior malitia Synagogæ fuit, quandoquidem ipsi ignouerit, ipsa autem noluerit acceptare.

CAP. IX.

FRONS mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es, dicit Deus per Prophetam Ieremiam, ac si diceret: O miserande populè Israelitice, ô infelix Iudaica natio, adeò magna peccata tua sunt, adeò tua præsumptio grandis, vt veluti vulgare prostibulum te nullius peccati pudor tangat. Verum ô peccaminosa Ierusalem, conuertere ad me, & Ierem. 3.

me, & ô Synapoga misera desiste à peccatis tuis. quamprimum enim à me tãquam à Patre aliquid petieueris, huius te tãquam filium compotem faciam. In hæc verba D. Hieronymus inquit: O quàm immensa bonitas ac misericordia Domini mei ac Dei est. Licet enim impudicam meretricem vocet Ierusalem, nihilominus vt Patrem se vocet, quasi imperat. At vulgaris si te meretricis Patrem esse glorieris, quis dubitaret, se quãtumuis impius sit in filium à te adoptãdum non esse? Si proculcatas, ac effrontes animas in cõsortium assciscas, quis non speraret in tuã domũ inuiolatas, & pudicas esse inducendas? Cùm adeò in peccatrices ac impudentes animas exarserit, quis peccator maior ac impudentior, maiorque lupa hac mea peccatrice anima facta est? Etenim salus anima tantũ in hoc consistit, vt te Patrem nominem: quòd si verò amplius à me poscas, nempe vt me ad te conuertam: tum, ô Domine Iesu, illico me volo ad te conuertere, omniumque meorum peccatorum remissionem petere. Atq; ideo cum me ad te conuertam, tanquam Dominum meum, meque maximum peccatorem agnoscam, demissimè rogo, *ne proijcias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum no auferas à me.* Quo enim magis tua à me elongatur gratia, eò anima mea magis in meretricis vitam moresque ingreditur.

Psalm. 50.

Iudæi præsumptuosi ac impudentes

Benè considerandum est, quòd Deus non conqueratur de Hebræis tanquam superbis, inuidis, siue iracundis siue gulosis, sed tanquam præsumtuosis ac impudentibus, quod peculiare mysterium complectitur. Non enim in orbe signum vllum agnoscendi profligatam conscientiam est certius, quàm cùm omnem peccandi pudorem posuit.

posuit. S. Augustinus dicit: Magnam spem de peccatore occultius delinquente ac pudorem induente, concipio quòd aliquando se conuersum erit; non tamen talem spem de peccante ac facilè concipio: is enim aut rarò aut nunquā se cōuertet, quisquis illam sine omni conscientia consuetudinem peccandi frequentat. Quod meo vt proposito accommodem, dico iure merito Deum synagogam impudētem ac facilem meretriculam vocauisse: siquidem illa in morte benedicti sui Filij non modò suam malitiam, sed etiam impudentiam reddidit spectabilem, quod medio die omni cruto compassionis affectu illum occiderit. Sciebat bene Christus quidnā suo Patri dixisset, quid Hebræis promisisset, nimirum, quòd licet illum vocaturi inter peccandū essent Patrem, ille contrà tanquam filijs illis remissurus esses. Atque ideò Christus suam orationem illo, *Pater ignosce illis* orsus est, ostendens vtique quòd cùm eum vt Patrem inuocaret, ille tanquam filius exaudiretur. Hebræos nullam caussam habuisse, dicit S. Ambrosius, occidendi Deum ac Dominum suū: multo minus verò ille aliquam contritionem aut dolorem in ijs deprehendit. propter quæ illis ignoscere. Et sanè quid in hoc casu dicam amplius nisi quòd non adeò illam indulgentiam mirer; quam circūstantias, quibus cum facta est, obstupescam. In multis suam malitiam satis manifestabant Hebræi, in multis vero plus suam bonitatem ac misericordiam prodebat Filius Dei. Non enim potest quis tam magnum in hac vita peccatum, quo non longè maior sit misericordia Christi, committere.

Christi misericordia omnia superat peccata

Primum verò in quo Christus bonitatem suam

ac

ac misericordiâ ostendit, erat quod in arbore crucis indulgentiam peccatorum hostibus suis à Patre exoraret: adeò, vt suos hostes benedictæ Matri suæ antepoſuerit, quæ illum pepererat: discipulis suis charissimis, qui illum secuti erant; & Magdalenæ, quæ tantopere illum ardebat. O quantam charitatem, dicit Remigius, putas in dinis viſceribus exarſiſſe, ſiquidem ille in extremo momento diſceſſus ſui, magis ſaluandorum hostium ſuorum, quàm conſolandorum amicorum eſſet memor. O quàm manifeſtum & manibus ferè tractabile eſt, Filium Dei hæc verba *Pater ignoſce illis*, ex corde dixiſſe, quandoquidem tali tempore, adeoque tempeſtiuo dixerit. Si enim à patre ſuo deinceps aliam gratiam pro ſeipſo, aut aliquo amicorum petiturus eſſet, hoc ſtatim reſponſum ferret, quòd illam ipſam indulgentiam inimicis dandam iam accepiſſet. Quid eſt autem hoc, ô Domine Ieſu, quid eſt hoc? palàm certè ſignificaste magis blaſphemantium, quam ſecus crucem ſtantium & te plorantium memorem eſſe. O immenſam charitatem, ô abundantem bonitatem, quod cor præſtare illud, quod præſtitiſti, poſſet? nimirum, quod miſereris citius illorum, qui te blaſphemijs cooperiant, quàm qui te lacrymis proſequantur. Copioſiſsimè gemitus ex cordibus fidelium exibant, fluebant ex oculis Matris lacrymæ, ſanguisque ex tuis venis largiter decurrebat, & blaſphemiæ ex ore Iudæorū vomebātur; verùm mitis ac manſuetus Dominus Ieſus maluit prius remittere inimicis, quam lacrymas remunerari.

Chriſtus citius miſertus eſt ſe blaſphemātiū quā deplorantium.

Anſelmus dicit, ô mitis Domine Ieſu, ô Redemptor animæ meæ, cum dicas *Pater ignoſce illis*: Cur non dicis, Pater abſterge lacrymas ex oculis Matris

tris meæ cur non sanguinem venarum mearum fi-
lijs: cur vulnera carnis meæ non sanas, & fideli-
bus his mulieribus misereris, quæ mei causſa la-
crymantur? Vti in cœna dixisti, inquit Cyprianus,
Mandatū nouum do vobis, ità modo in cruce dicere po-
tes: *Exemplum nouum do vobis*. Nullus namque ante *Ioan. 13.*
tetam efficax dogma diligendi, nec tam illustre
exemplum ignoscendi dedit. Noua inquit Vbertī-
nus, ratio bonitatis erat illa, quam benedictus Do
minus Iesus indicabat, quum primus ipse, qui pro
crucifixoribus suis oraret esset, non verò pro se se-
quentibus, Matrēque suam comitantibus. Maiorē
enim inde concipiebat dolorem, quòd animas ini-
micorum suorum perdi videret, quàm lacrymas
Matris oculos effundere. Quamobrem nemo mi-
retur, quòd benedictus Dominus Iesus prius po-
puli se trucidantis meminisſet, quàm Matris, quæ
se genuisſet. Non enim ideo in mundum venit, vt
oculos à lacrimis cohiberet, sed vt animas ne per-
derentur seruaret.

*Christus pri-
mus qui pro
crucifixorī-
bus oranit,*

Deinde secundum in quo bonitatem ac miseri-
cordiam suam ostendit, erat, dum adeò blandis ac
suauibus pro inimicis suis verbis oraret. nimirum
illum, non Deum, non Dominum, non Creato-
rem, sed nudè Patrem compellans. Quod sanè
nomen maximè cum bonitate ac misericordia
conspirat, contra vero nomen Domini, vel Dei,
iustitiæ eius index est. Si Christus non dixisſet,
Pater ignosce illis, sed *Domine ignosce illis*, appareret
Christū voluisſe, vt indulgētia inimicis suis præstā
da secundū rigorē iustitiæ fieret, quæ hic locū ha-
bitura esset vel nō esset. Nā in eiusmodi casu si mo-
do ipse petiuisſet & voluisſet Pater, extra omne du-
biū se terra aperuisſet & viuos illos oēs deuoraſſet.

Quoties-

Semper orationē suam à verbo Pater inchoauit.

Quotiescunque à Patre suo quidquam Filius petijt, inchoauit semper suam orationem illo verbo *Pater*, videlicet, cùm dicerer: *Confiteor tibi Pater:* Item, Pater *in manus tuas cōmendo spiritum meum.* Quid est autem hoc, ô Redemptor animæ meæ, quid est hoc? Adeone se tua misericordia prolatauit, adeoque se compleuit, vt ijsdem verbis, quibus pro propria causa intercedis, etiam pro inimicis tuis intercedas? Chrysostomus inquit, Hebræos semper modum cum Christo loquendi commutasse, semel enim dixerant, *Benedictus, qui venit in nomine domini.* quibus illicò subdebant: *Vah, qui destruis templum Dei.* Vti verò Filius Dei intaminati sanctique erat pectoris, ita exteriora eius verba intaminata erant ac sancta. Anne putas eius verba sancta, & eius purum fuisse pectus, cùm diceret, *Pater ignosce illis.* Lingua enim orabat, remittebat verò corde. S. Bernardus dicit: ô mitis Domine Iesu, ô animæ meæ Redēptor, quid pro inimicis tuis facere amplius siue potuisses, siue voluisses, quando quidem illis ex toto corde remisisti, tamq; efficacibus pro illis verbis orauisti.

Matth. 21.

Tertio ostendit Christus suam bonitatem, cùm Patrem in præsentia Matris suæ misericordiam poscerer, suique quem diligebat discipuli, ac gratissimæ Magdalenæ, omniùque sororum suarum, adeò vt voluerit non modo singulos redimi, sed etiam singulis ignosci. Vbertinus dicit: In morte quam passus es, & in remissione, qua vius es erga inimicos tuos, non modo ô Domine Iesu linguam vsurpasti, sed etiam omnino cor tuum. Lingua enim petijsti a Patre vt condoleret, corde rogabas Matrem vt ipsa illis ignosceret. Rabanus inquit, non sine magno mysterio voluit Dei filius vt mor-

Quare voluit Christus Matrē ac cognatos mortis sua assistere.

ve morti illius Mater & cognati assisterēt. Ideò verò vt perinde remissionis illius testes essent, atque passionis erant. Nam benedictus Dominus Iesus maluit suum sanguinem vtilitati inimicorum suorum inferuire, quàm vt illius vltionem cognati ab eisdem exigerent. Anselmus quærit: Quare ô Domine Iesu, quare afflictam Matrem tuam, ac desolatam cognationem tuam adcrucem tecum eduxisti, nisi vt illa, quemadmodum tu in carne pateretis, pateretur in corde; & vt tu inimicis tuis mortem ignosceres, perinde illa ignosceret, remitteretque iniurias. S. Bonauentura docet quod sicuti Filius Dei dixit: *Pater ignosce illis* palàm; perinde etiam clàm dixisset, *Mater ignosce illis*: adeò vt carnifices quidem cruciarent Filium, filius verò Matrē torqueret, obligaretque illam quo mortem suam deflereț, nō verò vt vindicaret illam permittebat. O mitis Domine Iesu, ô medicina animæ meæ, te deprecor humillimè, vt sicuti apud Patrem Matremque peccatorum remissionem obtinuisti pro inimicis, perinde quoque pro me velles meorum peccatorum indulgentiam obtinere, dicendo *Pater ignosce illi*, & *Mater ignosce illi*. Patri namque inuisus propter peccata, quæ committo sum, atque ingratus erga Matrem propter beneficia, quæ ab illa accepi. O quàm sancta dies, ô quàm beata fuit illa dies, in qua tu mortuus es! Illa namque Pater suas iniurias oblitus est ac ignouit, ignouit Filius mortem suam, ignouit Mater sua tormenta. S. Ioannes Sannas ignouit, suas tribulationes Magdalena, tres mulieres suam vindictam ignouere, latronique demum latrocinij reatus remissi sunt. Vt possibile fuit, non omnia æternum Patrem peccata remittere, atque ignoscere, cùm videret eodem die, eademque

demque hora omnes dicere, *Pater ignosce illis*, Filium quidem sanguinem ex venis fundendo, Matrem, lacrymas ex oculis mittendo, totamque cognationem singultibus suis cœlos ipsos penetrando.

Cùm munus Filij Dei, inquit Cyprianus, esset integrare quod fractum erat, & vnire quod dissolutum, noluit antè mundo hoc exire, nisi prius vniti conciliatique inimici essent; quamobrem Patrem rogauit vt illis ignosceret, Matrem ne accusaret. AEquè enim iustè Mater vitam Filio ablatam poterat reposcere, atque iniustæ mortis rationes pater poterat exigere Filio irrogatæ. Atque ideo rogauit mitissimus Dominus ac Redemptor noster patrem ne illos damnationi addiceret æternæ, Matremque vrsit, ne ad iustitiæ tribunal illos citaret. Cæterum quare ad iustitiæ portum horum malefactorum caussa Mater confugeret, cùm videret illis peccata à Filio suo remissa esse? Postquam in cruce, dicit Anselmus, iam exspirasset Dominus Iesus, non mortem vllam Matri vlciscendam, non iniuriam reliquit ignoscendam; sed passionem suam deplorandam, quæ sanè passio sufficiens ad sauciandum cor illius, exprimendasque lacrymas, erat.

Christus in cruce inimicis suis dedit, quod non petierunt.

Quartò ostendit suam bonitatem Dominus, cùm illud suis inimicis daret, quod non petebant; & se crucifigentibus id permitteret, quod recusarent habere. An possibile fuit, eos veniam remissionemque petiuisse, qui nullius se culpæ reos agnoscerent? Et quomodo se reos culpæ agnoscerent, qui inculpato culpas omnes imposuere? Adeò immanes, adeò exacerbati sangui

guini Christi inhiabant, vt remissionem suorum peccatorũ non modo nõ peterent & procurarent, sed magis aduertarentur ei, illamque abnuerent; immò de illatis Christo malis gauderent, & quod non plus illi malorum irrogare possent, dolerẽt. Deducentes verò ad crucifigendum innocentissimum agnum vociferabantur alta voce: *Vah qui destruis templum Dei*: Pilato verò moras ad crucifigendum, occidendumque eum nectente, pleni illi furoris ac desperationis verba obtrudebant, dicẽtes: *Si hunc dimittis nõ es amicus Cæsaris*, adeò vt licet contritionem doloreḿque aliquem ostenderent, non tamen id ob iniuriam quam deprehẽdebant, sed quòd Christo sic vita extenderetur, fiebat.

Matth. 27.

Ibid.

Fulgentius dicit non eo desisse malitiam Hebræorum, quòd delictorum suorum non peterent veniam, sed publicam etiam vindictam petebant, cùm clamarent: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, adeò vt istis terribilibus verbis à Deo vindicari se peterent, nec remissionem criminis admissi desiderarent. O excommunicata synagoga, ô maledictum verbum, ô quàm immanis vox, ô quam arrogans postulatum est hoc: *Sanguis eius super nos & super filios nostros*? Dic mihi, ô synagoga, quare petis ac desideras vt sanguis ille, quem Dei Filius ad tuam redemptionem profudit, in tuam damnationem conuertatur? Filius Dei appellat à verbis istis iterumque à contractu hoc appellat quem Hebræi inierunt cum Pilato, adaltiorem iudicem: non enim admittere vult, vt eius profusus sanguis sit contra illos, sed eorum fructui vel maximè inseruiat: & inde est, cum dicerent *Sanguis eius sit super nos*, quod æquè Christus dixerit, *Pater ignosce illis*.

Iudæi vindictã à Christo petiuere

Remigius dicit, ô iniusta Synagoga, ô infelix Israel, quis adeò te dementauit vt sanguinem illum, quem Sacerdotes tui in templo ex vaccis vitulisque profundunt pluris faceres, quam sanguinem à Christo in monte Caluariæ profusum? D. Hieronymus dicit, In ligno crucis completam Simeonis prophetiam fuisse, cùm Christum in mundum veniſſe diceret, ad vnius ruinam atque resurrectionem alterius. Nos enim Christiani rogamus illum, vt eius sanguis pro remissione peccatorum nostrorum faciat: Hebræi verò rogant, vt ad suum suorumque liberorum interitum operetur.

Christus ad vnius ruinã & alterius resurrecti onemin mũdum venit.

Indies videmus interdum vnum inimicum alteri non nocere, item probum Christianũ suorum admissorum malorum dolorem concipere: item quosdam, suos quoque inimicos diligere; verum nunquam aut vidimus aut audiuimus hactenus, illi quempiam ignouisse, qui ignoſci sibi recusauit, excepto Christo, qui id præstitit. Quis dicere potest illos petiuisse remissionem qui absoluerunt Barrabam, Christum condemnarunt? Quam illi contritionem poterant sentire, qui à Pilato vt Dei maledictio in se suosque veniret, petiuerunt? ô inauditam charitatẽ, ô infinitam bonitatẽ: cedo, anne cum rege Dauid dixerunt: Tibi soli peccaui, aut cum latrone, *Domine memento mei*, quo illis diceretur, *misereatur vestri*? ô quam perfecta misericordia, ô quàm sublimis bonitas est, quòd tu, ô mitis Domine Iesu, illi verbo *sanguis eius*; responderis, *ignosce illis!* Quis id intellectus comprehendat! quænam id ingenij vires attingent? ô dilectissime Domine Iesu, ô vnicum animæ meæ amuletum, quis se inimicum habere modò dicere audeat,

Solus ignouit ignoſci sibi recusantibus.

Psal. 50.

deat, quippe qui te mundantem, immunditiam suam amplexantes, videt, qui te liberantem libertatem detestantes; soluentem vincula amantes, contempletur; qui te onera sibi imponentes, exonerantem: principaliter ignoscentem qui ignosci sibi refugiant conspiciat? Quod si ergo illis qui te refugiant ignoscere, etiamnum ignoscis, haud dubio multo illi libentius ignosces, qui dolorem contritionemque in peccata suscipiat, & qui ex animo, ideò quòd te offenderit, contristatur.

S. Augustinus dicit, Cùm in horto Gethsemani illos amicè complexus sit, ad capiendum se egressos, cur non amplecti illum ac succollare qui ad seruiendum illi prodeat, concupiscceret? Qui adulteræ, tametsi ab illo non rogaretur, patrocinatus est, & qui maledicto populo, tametsi ab illo non sollicitaretur, ignouit: anne illum eundem perinde putas peccatori conuertere se desiderantem, multisque lacrymis id obtestanti, patrocinaturum ac ignoturum esse?

Quomodo Christo cor nostrum conformandum sit, quò illum amare, syncereque illi seruire possimus.

CAPVT X.

NVnquid est cor tuum rectum, *sicut cor meum cum corde tuo*? Narratur in quarto libro Regum quòd Rex Israel ex Samaria ad filios Regis Achab, sacrificulosque Baal profectus sit; in itinere illi iudex quidam nomine Ionadab occurrit, cui illa verba dixit, num cor illius rectum cum corde suo esset. *Et ait Ionadab, est. Si est inquit Rex Israel, da manum tuam: qui dedit ei manum suam: ille leuauit eum ad se in currum: dixitque ad eum, Veni & vide zelum meum pro Domino*, atq; de grauissimis 4. Reg. 10.

negotijs ad inuicem conferamus ac consultemus. In veritate mirabilis hæc figura est, dignissima vtique quæ consideretur ac perpendatur. In illa enim demonstrat nobis Deus, quàm mirabilia pro nobis operetur, & ad quæ faciēda nos illius causſa obligemur. Quis Rex Iehu est ex Iudæa in Samariam proficiscens ad puniendum maleficos, alius, quàm ipse Filius Dei, qui ex cœlo ad abolendum peccatum descendit?

Infernus solum malos continet.

Augustinus dicit: Labora ne peccata in mundo sint, tum te securabo neque vllum in mundo malitiosum hominem futurum. Vti in cœlo, teste Fulgentio, non tolerantur peccatores, ita neque quispiam malus in illo degere permittitur: contrà verò vt in Inferno non nisi peccata sunt, ita etiam non nisi mali in illo reperiuntur. Magis nos Domino nostro Christo, quàm Samaritani illi Regi suo Iehu, obligati sumus. Ille namque Rex solum ciuitatem Samariam mundabat à malis, Christus verò vniuersum terrarum orbem à peccatis perpurgauit. Quid filij Achab ab Iehu interfecti, illique Baalim mystæ sunt aliud quam idololatria quam adimebat Christus gentilibus, & Mosaica lex, quam Hebræis subducebat? Quid currus ille, in quo Filius Dei tā admiranda opera patrauit, est aliud, quam ipsamet crux in qua benedictus Dominus Iesus, tam multas, tāque eximias victorias reportauit? Considerandum hic est, Regem Iehu Ionadab non interrogasse an conformes in habitu, aut victu essent, sed an in amore conspirarent. Docemur enim magis Dominum attendere amori, quo in eum ferimur, quam obsequijs, quæ illi exhibemus.

Psal. 15. In illa verba Prophetæ, *bonorum meorum non eges*, dicit

dicit Basilius: Video ô Domine Iesu, video, quod quanto magis ego tui egeo, tanto minus tu mei eges. Licet enim tu prodas, quod aliquid à me petas, non illa tamen bona fortunæ sunt, sed amor meæ animæ.

Aduertendum autem est, neminem præter Ionadab, Regem Iehu manus immisisse, quo in currum illum leuaret. Significatur enim nobis hoc mysterio, quòd solus Dei Filius, & nemo alius Sanctorum sufficiens sit ad conferendam gratiam, illum diligendi, neque ad vires dandas illum sequendi (*potens sit satis*). O Redemptor Mundi, quis ad amandum te sufficiens, & quis accommodum robur te sequendi habet? Quis, amabo, sufficiens ad cognoscendum tuum illum currum, in quo triumphas; crucemque in qua moreris, nisi manum ad ascendendum præbeas nobis ne lapsaremus? Quomodo possibile fuisset, Magdalenam à sua turpitudine potuisse resurgere, ab vsura Matthæum fœnoreque desistere; à sua persecutione Paulum, ab agendis prædis latronem, nisi Filius Dei illis manum porrexisset, & attraxisset ad crucem suam?

Solus Christus gratiâ illum diligendi confert.

Cùm in S. Scriptura bona proposita intelligantur per pedes, & bona opera per manus, quid designat Iehu Ionadab pedes nō porrexisse, sed manus ad conscendendum currum, aliud, quàm Dominum Deum citius ad bona opera quæ facimus, manus extendere, quàm bona desideria quæ habemus? Gregorius dicit: Si cum Iudice Ionadab ascendere in arborem crucis vis, nō lingua debes ascendere, quæ bona verba sunt, neque pedibus, quæ bona sunt desideria; sed manibus, per quas bona opera accipimus. Non enim dicit Ioannes

Apoca.14. *verba eorum*, nec *desideria eorum*, sed *opera eorum sequuntur illos.*

Ita quoque considerandum accurratè est, non voluisse Iehu Regem vt Ionadab iudex ante currum non ascenderet, quàm certificatus esset illum suum amicum esse: adeò vt antè vnirent colligarentque cor, & deinde manus sibi mutuo porrigerent. Si quis in Ecclesia, referente Basilio, laborare conetur, atque amoris obliuiscatur, de illo dicere possumus, ipsius laborem obsequiumque non modo gratum fuisse, quin magis vt etiam ille pro importuno turbulentoque habeatur: non enim Dominus ministeria à coactis facta, sed à voluntarijs in lege sua, acceptat.

Voluntaria non coacta, ministeria Deo grata sunt.

Denique in hoc casu aduertendum est, Regem Iehu contentum non fuisse, vt à Ionadab solum cor poscceret, sed voluit vt rectum, sanum, fideleque cor sibi præberet. Quod etiam Christus à nobis requirit. Quisquis enim hominum curuum, sinistrum, spuriumque cor habet, illum nunquam Dei Filius in filium adoptabit. Quis est verò, qui sanum syncerumque cor habeat, alius, quam ille seruus Domini, qui nihil aliud in hoc mundo, quàm Dominum Iesum requirat? Quis est, qui curuum sinistrumque cor habet alius, quàm ille perdaniminis homo, qui neque Christum, neque seipsum curat, sed quo diutius, eo amplius peccatis immergatur? Hoc bene regius Propheta Dauid intelligebat cùm diceret, *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*: ac si diceret: O magne Deus Israel, ô magne Domine domus Iacob, obsecro, atque inuoco te, vt in me nouum crees cor rectumque Spiritum

Psal. 5.

in

in meis viſceribus noues. Non enim cor illud, quod ex aluo materna mecum aſportaui, tibi præſentare audeo, nedum oſtendere, quippe quod oneratum peccatis ſit, ac curis deformatum. O mitis Domine Ieſu, ô ſpes animæ meæ, quî poſſem ſublimiore cum oratione coram te apparere? & quod poſtulatum iuſtius à te poſſem exigere, quam cum dico, *Cor mundum crea in me Deus*, vt nimirum mihi dare velis cor mundum, quo te collaudare, & ſpiritum nouum quo te adamare poſſim? Da mihi, ô Domine Ieſu, da mihi Spiritum nouum: nam inueteratus ac rubiginoſus eſt Spiritus. Da mihi purum caſtumque cor. Illud namque meum impurum ac putridum eſt, alias enim neque orationes meæ tibi acceptæ, neque opera mea coram te meritoria eſſe poſſunt. Non ſufficiebat Dauidi, dicente Caſſiodoro, quòd ſanguine nobilis, munere Propheta, conditione Rex eſſet, quin præterea cor mundum quoque à Deo peteret. Nam dedit nobis intelligi, parum è re noſtra eſſe ſi mundo accepti ſimus, & nihilominus diuinæ ingratiæ ſimus obnoxij: cui tum ſumus obnoxij, quando immundum cor poſſidemus ac peccatis grauati ſumus. Tum autem multiplices Spiritus habemus, quando aliis hominibus velificari atque inſeruire magis, quàm Deo deligimus. Propheta autem non mandat, ſed petit à Deo vt cor mundum in ſe creet, quo & credere poſſit, & ſpiritum rectum, quò illi inſeruiat, habere queat. Quamobrem, ô anima mea, cur amplius quid, quam cor tale deideras, quippe quæ nihil prorſus præter Chriſtum

Immundum cor poſſidentes diuinæ ingratiæ ſunt obnoxij.

ſtum amare habeas? Et cur plus, quàm rectum ſyncerumque Spiritum petis, ſiquidem malignus hoſtis ille eſt, qui vni corpori infundat multos ſpiritus, cùm Deus tuus, pro omnibus, quos nouit ſuos, non niſi vnum Spiritum habeat. Si cum Chriſto in crucem eniti vis, inquit Bernardus, neceſſarium eſt, vt cum corde noſtro ſic faciamus, vti cum ſuo Chriſtus fecit, qui cum corde diuino humanum cor vniuit, & cum corde ſpiritali carneum coniunxit: immò cum altiſſimo corde humile connexuit, vindictæque percupidum, benigno mitique corde temperauit. Si ergo Deus nouum cor ſuſcepit ex cœlo, quando in mundum deſcendebat, quare non renouares tu cor tuum, quo ex mundo in cœlum enaderes?

Finis primi Verbi.

D. PE-

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA ALTERIVS VERBI, QVOD DOMINVS AC Saluator noster Christus in cruce locutus est,

PROLOGVS.

NE reputes mihi Domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui. Agnosco enim seruus tuus peccatũ meũ. 2. Reg. 19. Postquam potentissimus ille militiæ Princeps Ioab persuasisset Dauidi vt lugubria poneret, mortisque sui Filij Absalonis oblitisceretur, ac prodiret, quò à subditis suis videretur, inter rebelles multos venit & Semei, atque ante Regem procubuit, dixitque: *Ne reputes*, &c. Eodem prorsus modo eorum, qui Christum in Regem iudicemque susceperant, fuit etiam non vltimus, Latro ad dexteram Christi crucifixus. Hic multis indubiè Deũ offenderat; quippe qui totũ suæ vitæ tẽpus, prædatione, raptu, aliisque malis transegerat. Verum vti satis fuit Semei quòd sua confiteretur peccata; ita nullius præterea hic latro eguit, nisi, vt ad misericordiam Dei confugeret. Discrimen inter vnum, alterumque fuit, quòd vti Dauid dixit Semei non morieris; ita quoque Christus latroni, *Hodie mecum eris in Paradiso*, sanctè recepit: Dauid in mandatis dedit Filio vt illum occideret, sed Filius Dei, vt latro in gloriam transferretur, constituit. Pluris namque vnum sibi delatum facit obsequium, quam vt vlla irrogata offenderetur iniuria. *Pro Daniele posuit cor, vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret illum*, dicit Scriptura, ac si diceret: Tametsi profligati accusatores, qui fidelem Danielem accusarẽt, multi essent, illius tamen peculia- Daniel. 6.

Iiarem Rex Darius curam suscepit, vt erueret illum, & quoad sol occumberet, laborauit, vt vitam illius tueretur. Profectò grauissima tum latronis animo obuersata fuerunt facinora, quæ illum in desperationem potuissent deducere, & quæ malignus Spiritus præsentabat Deo, quò negandam sibi eorum remissionem latro putaret. Verùm Christus adeò negotium hoc cordi sumpsit, vt illum multosque alios vna peccatores saluos fecerit. Verùm vt hoc melius intelligatur, quod inter fauorem hominum, Deique gratiam discrimen sit, sciendum est, tametsi Daniel iustus Regique in obsequiis esset, non tamen leonum specum euadere potuit: & tametsi hic latro iniustus esset, adeò tamen societatem Christi in suum commodum conuertit, vt primus ex ore ipsius audierit illam vocem, *Hodie mecum eris in Paradiso. Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga eius,* dicit Scriptura, ac si diceret: Cùm videret Elisæus, quòd dominus suus ac Pater Elias igneo curru in cœlum raperetur, alta voce clamauit & dixit Pater mi.

4. Reg. 2.

Crederem, hîc me non adeò incongruè locuturũ est, si dicerem igneum currum, in quo raptus in cœlum Elias est, nihil aliud esse, quàm victoriosum illud ac triumphale lignum crucis, in quo Christus amore exardescens propter nos mortuus est: Immò, quod etiam per Helisæum bonus latro intelligatur, dico, qui alta voce clamauit ac dixit: *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum*. Vti enim Elisæus Eliam à Galgatis vsque in Bethel deduxit, ita quoque latro ille Christum in mõtem Caluariæ, ab Ierusalem est comitatus. Et vti Elisæus cum Elia à Bethel vsque in Iericho perrexit; ita quoque latro cũ Christo à monte Caluariæ in crucem vsque ascendit: & vti ex Iericho erat Elisæus, & cum Elia Iordanem transgressus est: ita quoq; latro ille lateri Christi in mortem crucis, ac demum in gloriam, adhæsit.

sit. *Perge quò cupis, & ero tecum vbicumque volueris,* dicit puer Ionathæ, ac si diceret: domine non est necesse vt multis mecum agas, ac loquaris, sed perge quolibet, meque in societatem tuam quolibet, assciscere; promptus enim sum ire, facere omnia ac omittere ad tuum placitum. Etsi consilium illud quod Ionathas præ se ferebat, graue esset, nihilominus affectio ac voluntas illi seruiendi & gratitudo tam magna erat, quòd in comitē se assciuisset, vt negare illi non posset, licet præsentissimum periculum immineret. 1. Reg. 14.

Tametsi Christus condemnatus fuerit à gentilibus, à carnificibus supplicio affectus, delusus ab Hebræis, ab Apostolis derelictus, atque ab vniuerso mundo contemptus, non tamen id sufficiebat vt latronem bonum auocaret, quò minus illi se cōmendaret Domino qui tam fideli illum tum gratia, tum patrocinio adiuuaret. Legimus in lib. Reg. quòd, posteaquam tam bellum Absalonis omnino sopitū esset, vir quidam Berzellay nomine Galaadites, vrbe sua Galaad exiuerit, adieritque regem Dauid, quò illi de relata victoria gratularetur. Cum enim Dauid omni commeatu destitutus esset, atque in campestribus obtraret, hic omni eum commeatu, quàm optimè instruxit: atque ideo gratitudinis ergò vrgebat, rogabatque eum Dauid sequentibus verbis: *vt mecum vt requiescas securus in Ierusalem*: ac si diceret, Amice mi Berzellay, quādoquidem adeò te misericordem in me exhibuisti, atque esurientem me pauisti ac fessum debilitatum que roborasti, obtestor te veni mecum in Ierusalem, illic enim tibi de sustētatione prouidebo. quò residuum vitæ tuæ pacificè transigas, ac securus inuidorum sis. Tametsi verò hic latro tempore vitæ suę insignis prædo, impiusque fuerit; nihilominus tamen, quia in tali loco reperius est, ac amicum insuper se exhibet, licet omnes ei inimici essent, Filius in compensam amicitiæ 2. Reg. 19.

illius

illius ac fidelitatis, non modò illi tum promisit cœlum; sed etiam in agone mortis (vti Rex Dauid Berzellay senem trans Iordanem duxit) in gloriam suã trãsportauit, adeò vt de hoc latrone dici possit, quod
2. Mach. 5. scriptum est, nempe: *Qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur*, id est, Ille à quo omnino Deus manum suam subtraxit, & cui omnino frenum esset laxatum, vt seipsum regeret secundum apperitus suos, faceretque id quod sensualitati suæ conforme esset; eundem, dico, adeò in gratiam receptum esse, vt cum magno honore, glorioso que triumpho sit exaltatus. Profectò profligatus, effrenis, atque impius homo fuit hic latro, quippe, qui totam vitam suam furtis, rapinis, prædis, ac latrociniis transmisisset; nihilominus tamẽ tempore mortis suæ adeò se correxit, conuertitque, vt ex dilecto fidelique Diaboli amico, factus sit dilectus fidelis que amicus ac seruus Christi: adeò vt pro eo, quo in cruce Diabolus illum donaturus inferno esset, ille primus meritus sit ea verba Christi audire: *Hodie mecum eris in Paradiso*, ac si diceret, hodie mihi consociaberis, hodie meus comes eris, hodie te in paradiso constitutum cernes, in huiusmodi quidem paradiso, quem ipse inhabitem & qui meus sit. Pro ratione exactæ vitæ latronis huiusce, sic forsitan quisquam ratiocinaretur: satisfactum illi fuisse, si modo pauliſper in paradiso terrestri, aut alio peramœno loco mansisset. Nomen enim paradisi nihil aliud
Genes. 13. significat, quàm hortum peramœnum. *Sicut paradisus Domini*, dicit Scriptura, ac si diceret: Cum Loth à suo fratre Abraham se separaret, domicilium sum propter Iordanem fixit, regione adeò peramœna ac delectabili, atque si paradisus Domini fuisset, quòd paradisus verus non fuerit, inde apparet, quia paucos post dies Loth illam ipsam regionem deseruit.
Ezech. 28. *Fuisti in deliciis Paradisi Dei*, dicit Ezechiel, ac si diceret

cerer: Tu Rex Tyri fuisti in deliciis paradisi Dei in Edem: verùm illum cum Christo habitasse non credo, siquidem hic Prophera defleri hunc paradisum præcepit. In paradiso Dominus primos nostros parentes constituit, sed cùm soli essent, diu incolere illum nequiuerunt. Ex quo manifestissimè sequitur, quòd verus Paradisus, ac præcipua cœlorum gloria sit, si quis cum Christo sit, eoque fruatur. *Vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei, coram Dauid patre meo, & sustinuisti labores in omnibus, in quibus laborauit Pater meus*: dicit Salomon ad Sacerdotem Abiathar, ac si diceret: Quandoquidem in obsequiis Adoniæ contra me fuisti, & quia omnes vires, ad hoc, vt regnum ipse capesseret, contulisti, aliaque non parua malefacta patrasti, reus esses mortis: verùm quia coram Rege Dauid arcam tulisti, omniumque miseriarum patris mei pars fuisti, modò tibi vitam tuam seruabo. 3. Reg. 2

In veritate, ijsdem prorsus verbis posset æternus Pater excipere latronem bonum ac dicere, *Vir mortis es*: quippe qui tempus tuum rapinis prædationibusque distraxeris; sed *hodie te non interficiam*, quandoquidem Filius meus omnes tibi culpas ignouit. *Vir mortis es*, nam ex omnibus tuis bonis raptis, nullam mihi satisfactionem obtulisti: verum *hodie te non interficiam*, siquidem meus Filius hanc culpam, & hoc onus in se transtulit. *Vir mortis es*, quippe qui in meta vitæ tuæ primum te conuertas gloriamque meam effl agites, *sed te non interficiam*, siquidem salutem conductum à Filio meo tibi factum, ostentas. *Vir mortis es*, quandoquidem talem te esse mundus decernit: *sed te non interficiam*, siquidem tu, cum quisque negaret Filium meum ac pessundaret, illum in susceptorem delegeris; & quia tuus esse aduocatus constituerit; atque ideo dicotibi, quod hodie mecum in paradiso futurus sis.

EXPLI-

EXPLICATIO SECVNDI

Verbi, quod Christus Dominus in cruce locutus est, cum latroni bono ignoscereț, dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.*

CAP. XI.

De conuersione Latronis boni, magnisque miraculis, quæ illius causa Dominus hîc patrauit.

Lucæ 23. DOMINE *memento mei cùm veneris in regnum tuum*: dicit Latro cum Christo loquens, ac si diceret: O rerum creator omnium, ô Redemptor Creaturarum omnium, obsecro te, vt quemadmodum tibi gratiosissimè placuit me comitem crucis assciscere; ita quoque tibi placeat mei in regno tuo meminisse. Quàm si penficulatius orationè peruestigare libet, nullam sanè inueniemus tot sublimes circumstãtias complecti, atque hanc ipsam. Etenim latro est, qui orat in cruce: crucifixus est, quem orat: & regnum est, propter quod orat: immò quòd amplius est, semianimis erat, cùm oraret; adeò vt eodem quo moriebatur tempore oraret Christum pro regno. Ad huius explicationem occurrit mihi illud Boetij dicentis, quòd nihil ab omni parte beatum: ac si diceret: Nihil in hoc mundo tã perfectum est, cui non desit aliquid, ac in aliquo deficiat. Adeò quidem vt in aliquibus forfice opus sit ad resecãdum superfluũ: in aliquibus verò acu ac digitali opus sit, vt ea, quæ desunt affuantur. Seneca dicit centum ac duos annos fluxisse, quòd Cordubæ in Hispania natus sit, & 68. anni sunt, quòd

Nihil ab omni parte beatum est.

Nota Senecæ dictum.

quòd in aula Romana viuam, quibus nunquã rem adeò perfectam vidi, quæ omnino in mensurádo non ab vlna, in ponderando à pondere, oculorũque satietate non discreparet, quæ neque oculos, si videretur satiaret, neque cor, si possideretur, pacaret. Nihil ex omni parte beatum esse inde satis liquet, quod nullus adeò in mũdo fuerit vnquam Princeps tam subtilis, nullus adeò sapiens Philosophus, nullus adeò Dux strenuus, nullusque homo adeò celebris, cui non aliquid ad laudẽ deesset, & superesset ad vituperium. Quis dubitat, quod nihil sit ex omni parte beatum? Nunquam enim quisquam hominum fuit in mundo, quinon fleuerit, errauerit, peccauerit, gemuerit & persecutionem passus sit. Quomodo illum possumus ex omni parte beatũ dicere, qui mille pœnitenda admittit, & ne vnũ quidẽ, quod laudandum facit? Solus Dei filius & nemo alius ex omni parte beatus est. De illo namque & non alio dicit Prophetа: *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum.* ac si diceret: Iustus est Dominus quoad se, & iustus est, ac rectus in omnibus ijs, quæ operatur. Sinè modicus honor esset, de Deo dicere, iustũ illum esse, nisi adiectum quoque fuisset, quod iustitiã exerceret. Et parum itidẽ si dictum fuisset eum exercere iustitiã, nisi appositum foret, quod præterea iustus sit. Multi namque hominum inueniuntur, qui recti iusti sunt, non vero iustificantes: contrà etiã multi iustificantes inueniuntur, non verò iusti.

Quis sit ab omni parte beatus.

Psal. 118.

Dicit S. Augustinus præclarũ omnino ac heroicum quid esse in omnibus assequi quod vis, & non aberrare, vt Deus sibi soli id reseruarit, ac tantummodo Filio ac Matri communicarit. Irenæus dicit parum esse si tantum dicatur Dominum iustum esse: nam

se: nam ipsamet est iustitia. Et parũ est, etsi dicatur rectus: nam ipsamet rectitudo ille est. Et parum est, licet dicatur quòd sanctus sit: cũ ipsa ille sanctitas sit. Et nulla est rectitudo, quam nonhabeat, & nulla sanctitas, quam non largiatur. Quis tam cœcus qui non videat, quòd *iustus es Domine, & rectum iudiciũ tuũ?* Nõ enim alia bonitas in prõptu est quã illius personæ propria; & nulla alia iustitia, quam quæ in ipsius domo exerceatur. Hieronymus dicit, quis adeò iustus est, in suis operibus, & quis adeò in iudicando iustus, ac tu es, ô magne Deus Israel? in tuo enim iudicio non est ignorãtia quæ te seducat, nulla munera, quæ te corrumpant, nullæ minæ, quæ te territent.

Quod sic proposito meo accommodo. Cùm verum sit, quod *iustus es Domine & rectum iudiciũ tuum*, quomodo conueniunt illa, nimirũ quòd Iudam ex consortio tuo in Infernũ deturbes, latronem verò à cruce tecum in paradisum adducas? Sit fur quispiã, siue non sit; peccator, non peccator; ingratus, non ingratus: tamen ita humanus iudicat intellectus, Filium Dei perinde regnum suũ, immò melius dedisse Iudæ triẽnio illi adhærẽti, quàm Latroni tantũ trihorio. Cùm Deus Cain primogenita auferret, daretque ea Abel: cùm Ismaeli, & daret ea Isaac; cùm ab Esau, daretque ea Iacob, tolleret: cùm à Ruben, ac daret Iudæ: cùm à Saule, daretque Dauidi: cùm ab Hely, daretque ea Samueli, causa erat quòd apud vnum plura demerita inueniret, ob quæ meritò illorũ iacturam faceret; apud alterum verò plura merita, ob quæ ijs dignus esset. Si regnum Christus peruerso homini sustulisset, dedissetque bono, iustissimũ esset, sed cùm illud furi sustulerit, quo alteri furi daret,

Cur Deus primogenita subinde in alios transtulerit.

id ad-

id admirabile inprimis est. Nihil enim peius, quã quòd immerito ac indigno datur, collocatur. Nõ putas vnum adeò magnum furẽ atq; alterum fuisse altero namque in cõpitis ac plateis pallia furante, alter in domo Christo eleemosynas subducebat. Quibus omnibus rẽ põdeo, nec in hoc nec in alio casu Deum arguendum esse, nec benedictum Dominũ Iesum carpendum. Magna enim cum æquitate ac iure misit in Infernum Iudã, alterum in cœlos assumpsit. Alter enim vt cõfessor erat meritus; alter verò, quia proditor erat demeritus. Non perscrutemur, inquit Cyrillus, arcana Dei opera, nedum ideo irascamur, quòd Dominus statuit. Nos quippe homines ex habitu corporis alios iudicamus, Deus autem ex meritis ac habitu cordis. In alto illo tribunali Christi nemini iniuria fit, nemini negatur iustitia, in neminẽ malè affecti sumus, neminẽ contra æquitatẽ gratiamus. Inibi, n. iustitiæ baculus non incuruatur. *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti Domine*, dicit Sapiens de diuina gubernatione, differẽs, ac si diceret: O magne Deus Israelis, ô magne Deus domus Iacob, iustus es in operib. tuis ac rectus in iudicio. Omnia enim quæ facis appẽdis in mẽsura, quæque largiris, in abundantia largiris, quòd mẽsurentur affluenter. Tũ verò omnia in pondere ac mẽsura facit Dominus, teste Ambrosio, quãdo valorẽ nostri baculo metitur iustitiæ, suoque põdere misericordiæ dat id quod promeremur.

Iudas & Latro ambo fures fuere.

Sapient. 11.

Gregorius dicit, si Deus vni ignoscit, alteri nõ; vnũ castigat, nõ alterũ; vnum exaltat, humiliat alterũ, tũ dicitur omnia in pondere facere ac mensura. Nã licet id nobis peregrinũ, atque mirabile

Deus errare non potest.

esse videatur, non tamen dicere possumus errare Deũ, sed intellectum nostrum assequi nõ posse. Libenter vidisset Abrahã, Deum continuò sibi dare promissionis terrã; verùm primum illi trecentos post annos dedit. Expectaret enim, quoad prorsus immergerẽtur peccatis Chananæi, illãque omnino Hebræi mererentur. Interim dum Saul offensam Dei incurrit, atque in Regẽ Israel eligeretur Dauid, fluxerunt anni facile 40. priusquã alter sceptrum poneret, & alter soliũ conscenderet. Quo tẽpore identidẽ expectauit Dominus quoad perverteretur Saul, Dauid verò conuerteretur. Nullam rẽ Anselmus se mirari dicit, quam facit Dominus, neque propter vllam rem, quàm permittit, terreri. Licet enim ignotum sit apud me, sua tamen causa ac consideratione in Deo nõ vacat. Tametsi Deus, teste Hilario, decreuerit suscipere oblationem Abelis, non verò ad fratris Cain sacrificium respicere: & tametsi diligere Nabucho donosorem, contra verò Pharaonem in sua duritie relinquere voluerit: & tametsi damnari Iudã, latronem verò saluari permiserit; non tamen horum ab illo rationẽ reposcere conemur: quam tametsi daret, quis cõprehendere posset? Apud Danielẽ legimus, quòd cùm Deus Balthasar Regi adimere regnũ vellet, primum libræ illius imposuit delicta, ac dein merita Chaldæorũ; tandẽ æquum iudicauit, vt regnum Chaldæi mererẽtur, Balthasar verò tum regno, tum vita simul deijceretur. Cùm in domo Domini, vt inquit Chrysost. semper pondus ac mensura præsto sint, (omnia.n. in põdere ac mensura fecit) quomodo administrari illã malè est possibile? Ideo si Deus immittat nobis ærumnas ac calamitates, has ad exercendum

nos,

nos, immittit: si verò quietè ac tranquillitatè largitur, ad laudandum vtique se largitur: sin egesta te premat, ideò fit quo meriti nobis materia suppetat. Immittit abundantiâ ideo, vt melius illum colamus. Denique si castiget, ideo fit, vt nos cõcitemus, adeò vt data omnia sint vel mensurata ad eius iustitiâ, vel ad misericordiâ ponderata. Tametsi enim Iudâ in Infernũ deiecerit, non tamen temere fecit, nedũ iniustè. Permagna nãque peccata Iudæ erant, nec contrà leuia sceleralatronis. Et ne quisquã putet incassum loqui Deum, & cõtra suâ iustitiam facere, sequẽti capitulo summatim tractabo, quàm iustè damnatus sit Iudas, & quàm iustè latroni sit facta remissio.

Deus castigat ad emẽdationem.

Quod Iudas Iscariotes fur fuerit, & quid furatus sit, & qua de caussa ab Apostolatu ceciderit.

CAP. XII.

NON *quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat & loculos habens*, dicit Euangelista, ac si diceret: In sancto Christi collegio erat discipulus Iudas Iscariotes nomine, officio fur, quod fur quia loculos habebat, nec egenorũ curam agebat. Propter hæc verba accusat scriptura Iudã grauissimè ac iam pũblici criminis. Nam manifestariũ furem eum appellat, atque ideo gestasse loculos, quo ijs occuleret furta sua; neque curã egenorum vllam suscepisse dicit. quòd improbus sit quispiã, præsertim si solus agat, error est: quòd verò improbus sit in malorum consortio, humana fragilitas est: at quòd quis improbus in societate bonorũ sit, est mera malitia. Multò. n. cõformius æquitati est, vnũ sequi multos, quàm multos vnũ. Non fuit quippe Iudæ occasio, nec caussa vlla peccatis adhærendi, nec furandi. Enimuerò clarè apparet

Ioan. 12.

domum in qua habitaret, pauperem fuisse; societatē in qua degebat esse patientē; Matrem cui seruiebat, humilē esse, ac in Domino suo charitatē regnare nouerat. O quàm rectè dicit Apostolus,

1. Cor. 10. *qui stat, videat ne cadat*, siquidē Iudas in domo sanctitatis in adeò graue crimen incidit. Estne possibile illū qui in cōsortio Christi malus fuit, vt bonus in societate diaboli sit? Cùm Iudas fur sit, prodicor, ac auarus, tametsi in domo ac societate tot bonorum sit quid non obuersatur animo tuo, mi frater, totflagitiosis hominib. circūscripto? Irenęus dicit, statim Iudam apostasiā illam fabricasse, ac apostolatu donatus est. Atque ideo erga illum magis bonitas Christi apparuit, quo diutius illū toleraret: cōtra verò magis se malitia Iudæ extulit, quod nunquā se vellet conuertere, nec à furto suo absistere.

Accusatio prima, quam in Iudam scriptura instituit, est hęc, quòd murmurator, atq; calūniator

Matth. 25 fuerit. *Vt quid perditio hæc? potuit enim (vnguētum) istud venundari multo & dari pauperibus.* ac si diceret: Cùm Christus Magister meus se adeò virum bonū ferat, totiq́ue mundo paupertatem mirifice cōmendet, & cùm bonorum suorum prodigos maximè castiget, decētius vtique fuisset illi, ex illo vnguēto conflare pecuniam pauperibus erogandam. In veritate multiplex murmur hic Iudas cōmiscuit.

Iudas ob quæ murmurauerit. Murmurabat enim ob effusum vnguentum; murmurabat ob idem malè impensum; murmurabat ob Magdalenam vnguētum fundentē: & murmurabat ob benedictum Dominum Iesum, in quem effusum erat. Item cùm detestandus Iudas & detestandum hoc verbū diceret, *vt quid perditio hæc?* alios Apostolos quod murmurando se non iuua-

rent,

rent,notauit iniuria:scandalizauit Simonem leprosum,qui talia à præceptore suo verba excipere; Magdalenam item , quod adeò pretiosum vnguentum effunderet,culpauit;benedictumque Dominum Iesum confudit, dum curiositatis illũ ac prodigalitatis inculsauit.

Dic mihi,ô Iuda,si illa vnguenti effusio in Magistrum tuum,bonum opus est, cur nó collaudas illã ac approbas,prout alij illam Apostoli approbarunt? Contra verò si illa inunctio mala ac scãdalosa sit,nunquid &D.Petrus te senior accubat, qui possit reprehendere: & S. Ioannes,qui multo charior est Domino acceptiorq; te, vt admoneat illum atque ab hoc opere auocet? O malitiose Iuda in qua lege scriptum est,æquumesse Christum argenteis vendere,& iniquum esse,eum oleo vnguentove inungere? Tuæ ipsius conscientiæ scrupulum inijcis ideo,quod tenella Christi caro inungatur,& non ideo quòd eleemosynas tu sufurreris. O S. Magdalena,o beata mulier! vtinã præsens tecum ista benedicta hora Domino potuissem assistere, qua tu illum vnguentis ac oleo perfundis,mihique licitum fuisset illum meis lacrymis abluere.Non enim tantopere miror nequitiam Iudæ, quàm Magdalenæ patiẽtiam:quò enim acrius insistebat murmuri Iudas, tanto celerius ac ardentius vnctionem Magdalena peragebat.

O quot murmuratores,inquit Hieronymus,dicunt hodie cum Iuda,*Vt quid perditio hæc*, qui murmurant,quiritantur,omniaq; quæ displicẽt illis, aspernãtur, adeò vt nihil bonũ tales iudicẽt, nisi ad eorum palatum faciat. Multi murmuratores murmurant , ac queruntur de pretiosis templi donarijs, deque Sacrariorum opibus , cum Iu-

da dicentes, *vt quid perditio hæc.* Verùm licet ideò plerique murmurent, querantur ac ferociant, non tamen propterea hoc faciunt, quod ea in templo videant, sed quia in domibus suis non habeant. Cum filius Dei omnes sanctos præditosque virtute viros repræsentet, quid est, quod Magdalenæ præcipiat inungere se, ac recreare corpus suum, aliud quàm illi vel maximè placere, si sanctis religiosisque viris inseruiamus? Quare, ô murmurator murmuras, si fratrem tuum nonnihil liberatum à continuis vexationibus ac laboribus videas? Cum nequissimo Iuda ille murmurat in Christum, quisquis proximi sui laxamentum malè explicat. Non enim perfectio virorum sanctorum in hoc sita est, vt eorum corpora frangantur ac exhauriantur, sed vt cor mundum possideant. Tametsi, inquit Chrysostomus, hæc vnctio iniqua fuisset, nihilominus multò grauius peccasset Iudas murmurando, quàm Magdalena faciendo, & quam Christus illam admittendo. Bernardus Roberto Abbati scribit, Nemo suum proximum iudicet, nemo propter aliena opera murmuret; nam adeò abominabilia Deo sunt murmura, vt non rarò murmurans propter opus alterius grauius peccet, quàm ipsemet operis patrator.

Magdalena inunctio quid sit.

In quo sanctorum perfectio consistat.

Altera accusatio quam aduersus Iudam instituit Scriptura est, quòd dicat illum furem & magnum quidem famosumque furem fuisse, quod crimen à Deo sanè grauiter prohibetur grauique pœna mulctatur. *Ea, quæ mittebantur, portabat Iudas,* dicit S. Ioannes, ac si diceret: Officium Iudæ Iscariotæ in domo Christi ac familia erat, vt omnes eleemosynas, quæ Christo Domino miſ-

Ioan. 12.

Iudæ officium quale fuerit.

sæ e-

ſæ erant ab hominibus pijs ſuſciperet, ſeruaret, ac diſpenſaret, quò Chriſtus victui neceſſaria, ac ſuſtentationi Apoſtoli haberent. Gloſſa hoc ferè modo diſcurrit. Bene aduertenda ac ponderanda verba Ioannis ſunt, quòd Iudas ea, quæ mittebantur portaret. Eiuſmodi enim verbis ſumma perfectio Chriſti, eiuſque collegij denotatur, nihil quippe oſtiatim corrogabant, ſed ab eleemoſynis domum allatis viuebant. Filius Dei, teſte D. Damaſceno, eiusque collegium non erat in numero eorũ pauperum, qui hominibus importuni ac moleſti ſunt: magis enim concionibus, quàm mendicationibus inſiſtebant. Etſi illæ domum non ferrentur eleemoſynæ, aut vellebant ſpicas agrorum, aut campeſtribus herbis veſcebantur.

Chriſtus & Apoſtoli ex eleemoſynis viuebant.

In Euangelio toto non legimus Chriſtum Iudæ aliud commendare niſi eleemoſynas, atque vnà curam aliquam temporalium: adeò vt omnia Chriſto miſſa colligeret, ac diſpenſaret, & ex ijs optima quæque ſuffuraretur. Chryſoſtomus dicit Chriſtum ſuam ſanctam animam Deo commendaſſe, ſuam benedictam Matrem Ioanni, ſuam Eccleſiam Petro, ſuum ſanctum corpus Nicodemo, & ſua bona qualiaqualia huius mũdi Iudæ, adeò vt bona huius mundi peſsimo nequiſſimoque crediderit. Nemo hoc inter meliora ſigna referat, quòd Deus vni ſuperflua in hoc mundo bona tradet, quandoquidem plus eorum ſolus nequam Iudas, quàm reliqui omnes ſimul Apoſtoli poſſederunt. Multos diuites ac præclaros viros noui, inquit Remigius, in quorum domibus frequentes conuentus non emptionis cauſſa facti ſunt, ſed multæ poſſeſsionis. Et inde

est, quod in collegio Christi tantum valere multum ac bene viuere contendebant omnes; verum apud perfidum Iudam, tantum possidere multum ac habere locum habebat

Considerandum est, quòd cũ Dominus Christus nullas vineas, neque campi iugera possideret, nec redditus annuos, sed solum eleemosynas, quæ darentur, certè non statuendum est, multum fuisse, quod furabatur Iudas. Cum ergo manifestum sit, illud ipsum, quod Christus habuit modicum, & quod Iudas abstulit vile fuisse, quare scriptura Iudam simpliciter furem nominat? Sanè fur & magnus fur erat Iudas. quicquid enim furabatur sanctum erat, erant sanctæ eleemosynæ, in domo sancta fiebat, & à sancta persona fiebat, adeò, vt ex decreto diuinæ legis non modicum furtum esset, quod admitteretur in loco sacro. S. Augustinus dicit: Vti Domino gratiora duo minuta erant quæ vidua illa in templo offerebat, quàm totius populi thesauri; perinde grauius Dominus offenditur propter modicum quod è templo subducis, quàm propter multum, quod mundo aufers. S. Bonauentura dicit, non ideo magis damnatum Iudam, quod tantum furatus sit, sed quòd in loco sacro id fecerit. Atque inde, mi frater monache, est, quòd grauius delinquas, si quid suffureris monasterio, quàm si mundanus aliquid pretiosi in foro rapiat. Iudas vitam Christi pecunia vendidit, famam honoremque eius impijs oppignerabat, opesque Christi, qualesquales, loculis immittebat: adeò vt si plus bonorum Christus habuisset, hic fur indubiè plura illi abstulisset. ¡O mitis, Domine Iesu, ô Redemptor animæ meæ, si ego fuissem

Iudas fur magnus & quid furatus sit.

Iudas,

Iudas, aut Iudas fuisset ille, qui ego, nunquam tuam oppignorassem famã, nec vendidissem vitam, nec bona tua furatus fuissem; sed humilitatem furatus fuissem, qua viuis; patientiam, quacum loquebaris: charitatem, qua ignoscebas: & zelum, quo cum prædicabas. ô quam beatus fuissem fur, si has omnes tibi subduxissem virtutes, ô Domine Iesu! nam propter huius restitutionem prædæ, haud dubiè portæ cælorum mihi reserarentur.

Tertia accusatio S. Scripturæ, quam aduersus Iudam instituit, erat, *quod loculos haberet*: in quibus suffuratam pecuniam occultaret. Callidi ac auari homines solent in vno loculorum sinu alias reponere in alio ducatos, tertio daleros, in quarto plebeiam minutamque monetam, quo tanto citius faciliusque sua inueniant, tantoque minus quod numerent, habeant. Seneca dicit, in eo felicitatem auarorum tantum consistere, vt indies loculos suos inspiciant, ac in horas numerent suam pecuniam; ac vsquequaque aliquid corradãt, atque ordinarias expensas imminuant. Aymo fatetur non dicere scripturã Iudam multos loculos habuisse; vnde paupertas Christi summa, ac conuentus eius dignoscitur. Omnia enim quæ furabatur Iudas exigua moneta erat, quæ modicis loculis cõtineri posset. Cyprianus dicit, Pecuniam illam, quam domestici Christi habebant, adeò modicam, exiguamque fuisse, vt minimos loculos etiam explere potuisset; nedum magnos ac capaces. Quod ergo scriptura dicit Iudam loculos tulisse, significat, illum ex vnis ordinarias ac quotidianas expensas fecisse, alios verò clancularios loculos ad furandum adhuc tulisse. O

Auarorum facilitas in quo consistat.

præcla-

præclara tempora, ô aurea primitiua Ecclesia, in qua nihil præter vnos loculos, inuenire erat. Verùm nunc, prodolor non solum apud Mundanos sed etiam Ecclesiasticos nullum inuenire est, qui non cum Iuda loculos gestet, quibus propriam ferat pecuniam.

Amplius dicit Cyprianus: Dic mihi, ô periure Monache, ô irreligiose proprietarie, quod discrimen inter te est, redditus monasterij furantem, & inter periurum Iudam ac proditorem eleemosynas Christe alienantem? Scias omnes illos, qui in mundo socij fuerunt Iudæ in furtis, perinde illius in æternis pœnis futuros esse socios. Quia omnes viri perfecti, inquit Anselmus, magis ad vitam strictam, quàm mundani obligati sint: tum dico illum cum nequissimo Iuda gestare loculos occultos, quisquis in interiore cella superfluos appetitus recondit. D. Basilius dicit: Quandoquidem maior perfectio est, cùm propria se voluntate exuit religiosus, quàm quãdo pecunia se destituit, dicere possumus multò damnabilius esse, cùm quis Prælatis resistit, quam cùm loculos pecunia turgentes circumfert. Scito ergo, mi frater monache, quòd Iudas non ideo damnatus sit, quia loculos portaret, sed quia faceret ea, quæ vellet. Non est bonum loculos portare, verum multo peius est propriam portare voluntatem. Perinde non est bonum portare turgentes pecunia loculos, sed multò tamen omnes suos appetitus exsatiare Monachum peius est. Etenim nullum in inferno peccatum magis ardebit, quàm peccatum propriæ voluntatis.

Monachi Prælatis resistere non debent,

In

In hoc Capite recensentur grauissima Iudæ peccata, & quam proditionem in Christum designarit.

CAP. XIII.

IVSTIficationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque: dicit Propheta Dauid, ac si diceret: O magne Deus Israel, ô magne Deus Iacob, te rogo quam demississimè, quòd, quandoquidem me obligo seruare tua præcepta toto de cursu vitæ meæ, non me derelinquas quoad demoriar. Profectò ardens hæc oratio, ac votum vehemés est. perinde se res habet ferè, ac si Deus cum Propheta expostularet, ac Propheta rursum cum illo, vt ille seruiret Deo, Deus verò eius peculiarem custodiam gereret. Casiodorus dicit, Omnino considerandum esse, non solum Prophetam Domino dicere, *non me derelinquas*; sed *non me derelinquas vsquequaque*. id est, vt non modo non deserat eum dum viueret, sed vt illum deducat in omnibus actibus suis ad mortem vsque. S. Bernardus dicit, ô mitis Domine Iesu, ô animæ solatium, obsecro te, tametsi me derelinquas sub inde, vt in aliqua peccata incidam; non tamen me derelinquis vsquequaque, quòd non omnia committam; nisi enim tua me manu deduxeris, non aliò, nisi in pœnas infernales descendam? Multos homines manu sua deduxit Deus, nimirum Cain, Heli, Saul, Manassē: verùm nō deduxit eos vsquequaque nec custodiuit ad finem vsque. Vnus. n. fratrem suū occidit; alter destituebatur sacerdotio, tertius deijciebatur regno, & quartus vti ethnicus concedebat fatis. Derelinquebat Dominus Aaron, cùm vitulum aureum erexisset; Dauidem cùm adulterio se polluueret, S. Petrum cùm

Psal. 118.

Deus suos nō derelinquit vsquequaque.

cum pernegaret Christum, S. Paulum cùm persequeretur eum, sed non vsquequaque in mortem vsque dereliquit. Etenim ex errantibus peccatoribus in electos Viros conuersi sunt. Basilius dicit: ô quantam gratiam illis exhibet Dominus in hac vita, quos vsquequaque non derelinquit! Quod solemniter quoque facit cum suis amicis. Licet enim illos malè tractari permittat, magis tamen id fit vt exerceãtur, quàm derelinquãtur. Miser ac afflictus Iudas ac infelix Iudas nõ potest commodè dicere Domino: *non me derelinquas vsquequaque*: quandoquidem Feria quarta Dominum suum vendidit, ac magistrum, atque insequente Parasceues die se ex arbore suspendit. *Nõ me derelinquas*, ô mitis Domine Iesu, *non me derelinquas vsquequaque*: & si mei aliquantisper obliuisci vis, nec tua me potenti dextera conseruare: non tamen id diutius in me, quam sancto Petro fecisti, facias: quoad scilicet, fleuit ille: verum non obliuiscere mei, vt oblitus es Iudæ, quoad ille se suspendit.

Accusat ergo scriptura peruersum Iudã, *quod non esset ei cura de egenis*, perinde ac cura illi furtorum suorum erat ex eleemosynis Christo datis, & quòd in minimis commiserationẽ erga pauperes poneret. Suspirabam, ligatus non catenis ferreis, sed mea praua voluntate. velle enim tenebat inimicus, & ex meo velle, faciebat nolle, dicit S. Augustinus in Confessionibus, ac si diceret: O quoties penetraui meo gemitu cælos, quoties irrigaui meis lacrymis campos, quòd adeò me ligatum repererim. O quàm bene loquitur, ô quàm iustè flet hic benedictus vir, quia voluntatem nostram damus Diabolo, qui ex nostra vo-

luntã-

luntate nolle facit. Si namque huic hosti nostro semel aditum in anima nostra aperiamus, illicò ia ea propugnaculum erigit. Ante omnia Iudas illi suã voluntatem tradidit, qui loco voluntatis suæ, cõtinuo murmurare eũ docuit, gestare locu los, vẽdere, furari, atq; ex auaritia Christũ. Quod ergo Propheta dicat, *Abyssus Abyssum inuocat*, quid aliud significat, quàm vnum peccatum, alterum ad se traducere. Optimè ergo loquitur Propheta Dauid *Abyssus Abyssum inuocat*. Ex otio enim visio nascitur, ex visione verò desiderium, ex desiderio consensus, ex consensu opus ipsum, ex ope ipso eiusdẽ pertinacia sequitur, ex pertinacia denique damnatio: adeò vt veluti per postam ab vno peccato ad aliud trãsuolemus, quoad in Inferno euigilauerimus.

Abyssus Abyssũ inuocat quid significet.

Iucundus homo, qui miseratur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non cõmouebitur: dicit Propheta Dauid, ac si diceret: O quã beatus ô quàm iucundus, ô quã gratiosus est homo ille, qui miseretur infirmorũ, cõmodatque eleemosynas pauperi, & qui cautus in loquendo est; tametsi enim talis tentetur, non tamẽ vt superetur, Deus permittit. In quæ verba Hieronymus inquit: In tota scriptura nemo vocatur iucũdus nisi misericordiæ opera exercens, ac libenter eleemosynas tribuẽs, suaq; verba mensurans, priusquã ea ore efferat; talis enim amatur, atq; ab hominib. honoratur. Quis vnquã in hac vita fratri suo misericordiæ opus præstitit, cui non Deus maius opus misericordiæ præstiterit in altera? Quis in pauperes bona sua dedit, cui Deus gloriã suã non dederit? Quis in hac vita cohibuit linguã suã, cuius nõ magni ęstimata persona fuerit?

Psalm. 111.

Quis dicatur iucundus.

Quod

Quod posset ille, qui misericordiam exercet, & de bonis suis eleemosynas facit, neminéque lingua sua lædit, maius præmium ac delectationem desiderare, quàm quod Propheta illi promittit, quia *non commouebitur in æternum*, id est, quantumuis tentationum infesteturprocellis, nunquam tamẽ cum suo consensu à statu mentis deturbabitur? Bernardus dicit, ô mitis Domine Iesu, ô solatiũ animæ meæ, cùm securatum cor meum sit quòd in æternum non commouebitur: quid curo tametsi superbia me adoriatur, alteret ira, molestet inuidia, atque caro ipsam et exagitet.

Tametsi Dominus à nobis misericordiam postulet, vt eleemosynarij simus, ac in verbis tẽperantes, exiguum tamen postulatum est, si ad præmium ab illo sanctè nobis promissum cõferatur. Si namque certificatum sit cor alicuius, neque in aduersis neque prosperis in æternum cõmouendum esse; non potest illud satis ab eodẽ lacrymarum precio coemi, neque heroicis actibus promereri. Contrarium planè in Iuda nequissimo apparet, qui non misericors, sed immanis erat, quòd nullam egenorum curam susceperisset: locoque eleemosynarum dandarum alienasset Christi pecuniam: & loco continentiæ linguæ Deum suum ac synagogæ Dominum vendidisset. Ambrosius dicit, vt potuit cõpati pauperibus Iudas, quippe qui ipsemet mendicaret, illeque esset, qui Christi eleemosynas alienaret?

Egeno quicquam subducere sacrilegiũ est.

Quandoquidem peccatum est, vt Aymo ait, diuiti aliquid suffurari superflua habẽti multa, cur peccatum non esset, si quis pauperi ac egeno aliquid subducat? huiusmodi verò non modò peccatum est, sed etiam execrabile sacrilegiũ Christi colle-

collegium certè cum spicas velleret atque ederet, multo libentius similagineo pane fuisset vsum si ad emendum illum pecuniæ suppetissent. Si vero Christus deprehendisset Iudã ex eleemosynis, quas in Apostolos dispensabat, etiam nonnihil in pauperes dispensare; non modo iudicasset id Christus bonum, sed etiam illi hoc nomine gratias egisset. Omnia enim misericordiæ opera in hac vita laudantur, in altera vero remunerationem habent. Fures pauperibus inimicos esse certissimum est. Nullus namque furum se ad eum solet recipere, quem putat à se aliquid petiturum esse, sed cui clepere quid ac suffurari potest. Si Iudas, teste Fulgentio, suo magistro fidelis fuisset, in pauperes misericors, erga Apostolos comis, moribus verecundus, neque in bona aliena auarus, nunquam illum reliquisset. O Iuda quid caussauit aliud quod cecideris in hoc abominabile factum, nisi tua magna immisericordia, ac tenacitas.

Iudæ tenacitas prodi-tionis caussa

Scripturam ergo accusare Iudã, quòd nulla ei cura de egenis esset; terribile certè beneque considerandum est. In conspectu enim Dei multò sunt gratiores eleemosynæ, quas pauperibus damus, quàm omnes oblationes nostræ ac thymiamata. *Ecce manus tradentis mei mecum est in mensa*: dicit illa suprema nocte Deus, ac si diceret: O dilecti mei discipuli, ô filij mei vnici ac socij; Amen amen dico vobis, quòd vnus in hoc cænaculo præsens me tradet, & quòd maius est, eiusdem etiam mensæ ac patinæ communione gaudens mecum. Quòd conqueratur de Iuda ideo, quòd illum synagogæ vendiderit, atque eadẽ secum mensa accubarit, quòd vna tantum manu comederit, ne-

Luc. 22.

que vllius effrontem puduerit, mira myſteria cõplectitur ac ſecreta. *Confundimini ac erubeſcite ſuper vijs veſtris, ô domus Iſrael!* dicit Deus per Prophetã ac ſi diceret: O domus Iſrael, ô Iudaice populę, intrate vosmetipſos tandem aliquando, veſtrorumque abominabilium operum vos pudeat, quæ facitis, ac viarum, quas calcatis. Magis enim offendor, quod me derideatis, quàm quod tam enormia peccata patretis. Si quiſpiam honeſtus ac cordatus Vir ab alio læſus ſit, ac verberatus conuitijs, non adeò factam iniuriam ſentit, quã quòd inimicum illum indies domum ſuam tranſire videat. Ille namque congreſſus ex ira factus eſt, ſed illa domus tranſitio quotidiana, ex mera nequitia procedit. Grauiſsimas cauſas, teſte Gregorio, habuit Dominus, conquerendi de domo Iſrael, ac regno Iuda non prõpter peccata modo quæ committebat, ſed etiam propter impudentiam, cum qua illa committebat. Nam raro, tardè aut nunquam ſe ille conuertit, quem non pudet illius, quod peccarit.

Ezech. 36.

Conſiderandum eſt, Prophetam dicere, *erubeſcite de vijs veſtris.* Multæ namque viæ ad carnem mundumque nos deducentes ſunt, nimirum vanitates: verum ad viam cœlorum, vnica tantum via, nimirum Charitatis eſt. Quid aliud ſunt viæ noſtrę, quã inordinati noſtri appetitus ac deſideria mala? Quo aliò nos deſideria noſtra deducunt, niſi ad peccata, & à peccatis ad Inferni abyſſum? Quamobrem erubeſcite ac confundimini peccare ac peccaſſe: prima enim pœnitentiæ ſcala eſt, ſi quem peccati pudor tangat.

Cum Filius Dei diceret, *Ecce manus tradentis me*, quid aliud ſignificare voluit, quam: videte, ac intuemini Iudam proditorẽ, cui nõ ſatis eſt, me vẽdi-

di

didisse synagogæ, sed etiam omni posito pudore mēsæ mecū accubat. Non potuisset sanè Dei filius maiore iniuria notare Iudam, quàm proditorem vocando. Nam quāprimum quis conatur proximum suum prodere, parum ab ipso boni exspectari potest, multo minus credi illi potest. Proditor erat Iudas: siquidē Christum capitalibus suis hostibus prodebat, qui emebant illū, nō propter obsequia quę illis impēdere deberet, sed propter vindictā, quam de illo sumerēt. Proditor erat Iudas, qui adeò vili precio vendebat Christū: adeò enim sanus ac bene dispositus iuuenis vti Christus erat, pluris væniisset, tametsi in seruum mancipiūque assumptus tātum fuisset. Proditor erat Iudas, cùm ipse non appreciāret merces suas, sed id arbitrio relinqueret emptorū: in quo maximā suam nequitiā, atque immanē inordinatāque ostendit auaritiam: continuò namque cum hostibus Christi pepigit conuenitque sine vlla replicatione, sine vlla licitatione. Proditor erat Iudas, quod instinctu proprio ac voluntate iret venditum Christū, tametsi à nemine ob id rogatus aut quæsitus. Vbi sanè suā execrabilē proditionē, ac maledictā auaritiādetexit. Tanto nāque maiorac pœna dignior est culpa aliqua, quāto minor causa ad eam faciendam est. Proditor erat Iudas, eò quòd mensæ illius accubaret, ac si in minimo eū nō læsisset: in quo profligatā suā conscientiā, impudentiamque extremam ostēdit. Cùm.n. illam pecuniā pro qua Christū vēdiderat secū in loculis haberet, vtique nōerat dignus exeadē cū Christo patina cœnare. O quot referēte Remigio, potest Christus hodierno tēpore dicere, *Ecce manus tradētis me mecū est in mēsa*, qui perinde ac Iudas, aut

vsura, aut Simonia Christū vendere conātur, atq; inde cum illo ex patina eadem vescuntur, profanantes ac dissipantes bona Ecclesiastica, quasi nihilo à Christo comparata essent? In mensa cænaculi, dicit Augustinus, tantum vnus cum Christo proditor cænauit; verùm in meusa Ecclesiæ hodie innumeri penè proditores cænant, qui sine vlla vtilitate Ecclesiæ Catholicæ, omnia illa sympofijs, libidinibus, ac commessationibus absumunt, quæ suo precioso sanguine Christus coemit. Dic mihi frater Prælate, dic mihi mi frater Monache: quod discrimen est inter te, qui Deum tuum vendis peccatis tuis; & Iudam qui argenteis Christum vendidit? Anne longè enormius peccatum esset Christum enormibus peccatis vēdere, quàm triginta argenteis appreciare existimas? Discrimen, quod inuenio est, inter te ac proditorem Iudam, quod Iudas eum tantum semel vendiderit, tu verò in dies, immò horas singulas. Atque ideo illudeiusmodi enormi peccato respōdebit, quòd sicuti maior tua fuit proditio, tanto maior etiam tua damnatio sit futura.

In Ecclesia hodie multi proditores, vt qui.

Denique pro clausula singulariter hic perpendendū est, Christū non dicere Iudā ambabus manib. cum illo cænauisse; sed tantū vna: dicit enim *Ecce manus tradentis me*, quod peculiare mysterium habet. D. Hieronymus ait; Quisquis Iudam in cænaculo vidisset, is etiam vidisset, quomodo cor suum Diabolo, corpus mundo, verbo synagogæ tradidisset, læuā in loculis haberet, ac dexterā manū cænaret. Illecū proditore Iuda comedit in mēsa Christi vna manu, quisquis in monasterio degit, nō eo fine vt illum sequatur, sed vt à mūdi periculis tueatur, bonisq; monasticis vētri famuletur. Tū, vt Bonauent, scribit, religiosus

Quis comedat vna manu cum Iuda in mensa Christi.

cum proditore Iuda cænat in mensa Christi, vna manu, quando in monasterio coactè manet, non spontaneè: adeò vt corpus in cella sit, animus verò in mũdo discurrat. His cõmemorata satisfunt grauissima crimina, quæ proditor Iudas patrarat: deincepsde illa excellẽtia loqui propositum est, quàm latro habuit, qui cum Christo mortuus felicissime est, quem Christus secum in cœlestem illam Patriam asportauit.

De magnis virtutibus, quas latro habuit, qui cum Christo mortuus est, & quid Propheta Ieremias hisce conformiter vaticinetur.

CAPVT XIV.

TONDE capillum tuũ & proijce, & sume in directũ planctũ: quia periit fides & ablata est de ore eorum: Ierem. 7.

dicit Propheta, ac si diceret: O Ieremia amice mi ac Propheta tonde capillũ &c. In Scriptura moris non est tondere capillum, scindere vestem lacrymasque fundere, nisi propter infelicẽ statũ, acluctuosum casum: vti mors filiorũ Iob erat, qui vitæ ac fortunarum omniũ simul iacturam faciebat. quamobrem totondit caput, scidit vestimenta ac planctum instituit.

Ante omnia aduertendũ est, quod cũ Scriptura dicit, *Anima quæ peccauerit in seipsa castigabitur*, quæ caussa sit, quamobrem Deus Prophetæ iubeat vt capillum reuellat propter peccata, eaque plangat? Tametsi Israel peccauerit acin peccatũ idolo latriç eciderit, cur Propheta Ieremias illiusreus est, vt illi capillos abscindere eosq; terrę affligere Deus præcipiat? Anne quisque satis habet vt sua peccata defleat? quare ergo fatigaretur alienorũ hominum peccata plangere, atque ærumnas lamentari? Ad hanc ancipitem quæstionem respõ-

Iustis naturale est impiorũ peccata plangere.

det Hugo de S. Victore, in verba illa: *defecerunt præ lacrymis oculi mei*, & dicit: Nihil iustis naturalius est, quàm impiorum peccata plangere. Amor verò horum adeò magnus est, præsumtioque aliorum adeò abundans, vt iusti multi citius defleãt peccatores, quàm peccatores seipsos defleant. O quot hodierno tempore in mundo inueniuntur peccatores qui gaudent lętanturque de illis peccatis, propter quæ se castigationibus ac lacrymis iusti consecrant. Vtinam sic disponeret Deus, vt cor peccatoris tantum dolorẽ sentiret, quantum iustus illum peccantem conspiciens persentiscit, nunquã sanè adeo profũdè immergeretur peccatorũ somno, neque vnquã sine gratia euigilaret.

Cyrillus in Leuiticum dicit: nũ dies aliqua sit, in qua non se iustus melior fiat, & an sit hora aliqua, aut etiã momentum, quibus non plus meretur? Nam sequitur malos in operibus, quæ designant animo committuntque, & deflet illos propter mala, quæ perficiunt. Dauid plangebat mortẽ Absalonis, non quòd filius esset dilectissimus, sed quod in adeò lamentabili statu decederet. Filius Dei deflebat ciuitatem Ierusalẽ, non quod inibi occidendus esset, sed quia nunquam à sua recessuri essent malitia. Defleuit & quidem magnopere defleuit Ieremias captiuitatẽ Israelitici populi, nõ quod captiuus duceretur in Babylonẽ, sed quod ille seposita etiã hac castigatione, non esset idololatriã desiturus. Fleuit dux Iosue cùm vniuersis populi principibus eundem, non quod sequenti die vitã esset amissurus, sed quia videbant, quam ingrata eius se erga Deum exhibitura synagoga esset. Fleuit Propheta Samuel, cùm Saul Rex domũ à pugna cum Amalech

Quare Dauid deflerit Absalonis mortẽ.

inita rediret, non ideò quòd Deus Saulem regno exuisset, sed quia in tam enorme peccatũ incidisset. Cùm ergo Ieremias dixit, *defecerunt præ lacrymis oculi mei*: & Dauid, *exitus aquarum deduxerunt oculi mei*: quid aliud significàrunt, quàm quòd alter penè excæcatus sit propter deplorationẽ miseriarum quas populus sustinebat: alter verò riuos aquarum ex oculis fuderit propter iniquitatẽ quam viderat in Israel. O mitis Domine Iesu, ô bone Domine, quid fiet anima mea, nisi illiviri iusti suis me sanctissimis precibus adiuuarent, & nisi viri sancti suis complorationibus mea peccata prosequerentur? O quàm charitatẽ infinitã, ô quàm inauditam bonitatẽ, inquit S. Hieronymus, mitis Dominus Iesus in synagogã exhibuit, & iã nunc nostris miseris animabus exhibet, siquidẽ ita præcipit Ieremiæ deflere illius peccata, atque si ipsemet illa cõmisisset? Quare putas Deum cõmendare iustis vt nostra peccata deflean, nisi quia optimè nouit præ nobis habere qui dẽ nos potestatẽ incidendi in peccata, sed nequaquam sine ipsius gratia ac indulgentia resurgẽdi. In veritate nemo potens est consequendæ gratiæ, nisi qui est in statu gratiæ.

Quare iusti nostra peccata deflean.

Quod ergo Deus Prophetæ præcipiat omnino abscindere capillũ, ac in terrã proijcere, ac demũ flere; magnũ mysteriũ sanè cõplectitur. Quid superflui in capite capilli aliud sunt, quã vanæ inanes q; cogitatiões in anima hærẽtes? Quid significat, quod quo magis quis tõderi capillos sinit, eò amplius crescãt, aliud, q̃ tãto magis vanas in nos insurrecturas esse cogitatiões, quãto magis eas opprimimus. Quid significat, Deũ Ieremiæ nõ præcipere vt euellat capillos suos; sed tantũ vt detõ-

Capilli in capite superflui quid sint.

Detondere capillos quid significet.

deat, aliud, quã quod malis cogitationibus possimus resistere, nõ verò radicitus illas extirpare? Radices capillorũ semper in capite remanent, & radices vanarum cogitationum semper in anima radicantur; quod tametsi Deus permittat, fit tamen vt nos exercendi materiam habeamus, meritiq́ue causſam adipiscamur. Glossa in Ieremiam dicit: quòd tum tonderi sinamus malas cogitationes, si ex corde nostro illas eijcicimus: tum pedibus proculcemus, si in eas nõ recidimus: tũ toto corde defleamus, si dolorẽ contritionẽq́ue quòd in eas cõsenserimus, habemus. O quam beatus essem, si superfluas cogitationes cordis mei tonderi ac resecari sinerem, quotidianaq́ue animæ meæ peccata pedibus proculcarẽ, atque expensum male tempus iugiter deplorarẽ? Nam in extrema hora nostra, adeò exactam à nobis rationem repetent temporis malè expẽsi, quàm malorum commissorum.

Verùm vt propius rem ipsam ingrediamur: cùm Prophetæ præcipiat, vt se tanquam stultum tonderi sinat, ac detonsos capillos pedibus proculcari, ac lacrymas desperati instar fundere; æquum est, vt consideremus, num hæc omnia fieri propter peccatum ab ipso Propheta, an verò à populo Iudaico commissum, præcipiat. Quis flẽtem vnquam, aut flere præcipientem propter Iudaicum populũ sine causſa Christum vidit? Causſa fletus Ieremiæ erat, quia ablata est fides de ore ipsorum, id est, quod nulla amplius in domo Iacob præsto sit, & quod probitas ac veritas ex regno Israel iam euanuerint. Aduerte diligenterq́ue attende, inquit Rupertus, in hęc verba, quòd non præcipiat sibi offerri sacrificia, nec dari de-

Christus sine causſa nũquam fleuit.

timas, non frangi ieiunia, nō, ne auaritiæ nimiū nos dedamus, non, ne carnales voracesq; simus cauere: (ad hęc enim à natura propendemus, atq; propter humanam fragilitatem excusamur) sed quamobrem conqueratur Deus est, quòd in cordibus infidelitatem ac idololatriam Iudæi foueant, atque ex ore eorum mera mendacia procedant, quæ duo vitia difficilimam salutis viā faciunt, vt emendatu sunt difficilima.

Tametsi, teste Cypriano, Apostolus dicat, quòd *fides sine operibus mortua sit*, malo tamen peccaminosa opera facere, vti fidelis Christianus, quam virtuosa opera, tanquam infidelis. Multo citius enim credēret Dominus illuminat quod ille præcipit, quàm illum, illiusque Ecclesiā proscindentem. Si tu voluisti, ô Domine Iesu, permittere vt tentarer, rogo te ne illud fiat iccircò, quòd bonum vel malū sit, dicit Anselmus, Christianum esse aut Iudæum; ego enim mecū statuo, Deum omnes Christianos ad finem vsque in vera fide perseuerātes non damnari nec perdi permissurum esse. Damascenus dicit, nunquā ausum fuisse Diabolum hominem fortiter adoriri, nisi ipsum tepidum aut frigidum inuenerit in fide; quam fidem apud illum posteaquam inuenit frigidam, aliis eū peccatis inuadere desinit. Nā pluris æstimat Diabolus, si quispiam in fide dubitet, quàm si omnia alia peccata admittat. Dic mihi, ô anima mea, quare tantopere vigilat Diabolus, quo aliquem fidei in Christū scrupulum tibi immittat? Quid habes si verā fidēnon habes? Quid deest tibi, si vera fides deest? O mitis Domine Iesu, ô lux animæ, te rogo, te obtestor, ne me tua fide despolies, neque ex tua eijcias Ecclesia, nec à

Tepidos in fide Diabolus adoritur.

Non habens veram fidē nihil habet.

tua gratia separes, nec à tua misericordia exhæredes. Etenim si à tua sancta fide excidere nõ sinas, perpetim mihi spes constantissima salutis comes assistet. Quare vt ad principale redeam propositum, quid quod se suspenderit Iudas caussauit, ac bonus latro se seruauerit, quàm fides vni insita, atque infidelitas alteri? Cùm Iudas Christũ Saluatorem mundi non crederet & latro illum crederet Redẽptorem, eo Iudas vt Christũ venderet prolapsus est, latro vero eò vt in Christũ crederet, processit: adeò vt propter fidẽ modicã, exilẽque subinde cognitionẽ, cadere soleant homines in peccata grauissima. Dicit S. Gregorius, tanto magis fidem Christiani esse meritoriam, quanto pauciora argumenta, ac rationes credendi habet. Non enim meritum in ijs, quæ oculis vsurpamus consistit, sed in ijs, quæ corde credimus.

Latronis fides superauit fidem veterum Patrum.

Quod si fidẽ latronis boni cum fide veterum Patrum conferre libet, inueniemus sanè, tanto eum magis vera illos superasse fide, quanto magis illi eundem integritate vitæ superarint. Quare non in Deum Adamus crederet, cùm Dominus Deus locutus illi sit, atque cum illo, vt fideli cũ homine, conuersatus sit ac amico? Verùm maior fides huius latronis erat, quam Adami. Christus enim non citius vllum cum illo verbum miscuit, nedum eundem in cœlo vidit, quàm cum iuxta se de cruce penderet. Credebat in Deum Isaias cùm in throno sedentem illũ videret multis Seraphinorum millionibus stipatum: at fides latronis huius multo erat melior, quippe non alia qui specie Christum videret, quàm crucifixum ac latronibus constipatum? Credidit quoque Moyses cùm Deum Israelis videret secum colloqui ex igneo rubo: maiorem nihilominus fidem latro

habuit, qui videret Christū oneratum sentib. iocosè exardescentibus, at caput eius seriò penetrā tibus. Credidit Petrus cum Christum vidit ambulantē super aquas: verum superabat latronis fides. nō enim calcantē aquas Christū, sed in suo sanguine à vertice ad plantas vsque se balneantē vidit. Credidit Magdalena cùm Christum fratrē suū suscitantē vidit; at latro bonus nō vidit, quòd Christus suscitaret mortuos, sed exspiraret in cruce. Credidit Euangelista Ioannes, cùm in pectore Christi soporaretur: verùm maior huius latronis fides fuit. non. n. in Filiū credidit soporatus in eius pectore, sed à latere crucifixus. Credidit S. Iacobus cùm transfiguratū in monte Thabor vidit Christum, ac veteris Testamenti Patres illū adorantē: sed maior fuit fides latronis. non enim trāsfiguratū sed defiguratū Dei Filium vidit; nec coruscantē Filij Dei faciē, sed discerptū omnino corpus vidit. O felix latro, ô excellens prædo! tu ille es, qui canā illam veterēque synagogæ fidem abstulisti: tu ille es, qui Christum furatus es, in quē synagoga non credidit. Partire ergo mecum ô bone latro, partire fidē illam, quam subduxisti synagogæ, illumque Christum partire, quem in Caluariæ mōte exspoliasti. tametsi socius passionis tuæ nō fuerim, socius tamē fidei tuę esse volo. Quod verò mecū partiaris sunt, fides, quā habes; sactissima verba, quę loqueris; copiosus quē, pfundis sanguis; syncera cōfessio, quā corā Deo instituis; ac Christiana charitas, qua cōplicē tuū latronē alterū corripuisti. O quā beata hęc hæreditas, ô q̄ præclara ac opulēta hęc primogenita? Vti. n. per furtū huius mūdi patibulū quis meretur, ita per furtū spoliūq; crucis æternā gloriā adipiscimur.

Latronis fides magna fuit & eximia.

Chry-

Chryſoſtomus dicit, O Domine Ieſu, apu
minem alium fides tui integra ac inuiolata
ſit, quàm apud afflictam tuam Matrem, qu
cus crucem flebat, & apud latronem ſanc
qui patiebatur in cruce. Bernardus dicit: O r
Domine Ieſu, ô Redemptor animæ meæ, o
no in cruce nudatus ab amicis fuiſti, omnin
hoſtibus circumſeptus. non erant tum temp
plures apud te, niſi duo abſoluti Chriſtiani, n
rum Mater tua corde in te credens, ac bonu
tro, ore te confitens.

Bonus latro Chriſtianus fuit.

Cum Chriſtianũ eſſe nihil ſit aliud, quã in C
ſtum credere ac ſeruire Chriſto, omnino cre
dum latronem Chriſtianũ fuiſſe, atque vt Ch
ſtianum mort uumeſſe. Niſi enim fuiſſet Ch
ſtianus, non commendaſſet ſe Chriſto: & qua
ſe cõmendaſſet, niſi illum Filium Dei eſſe cre
diſſet? Iſychius in Leuiticum ait: Hunc latron
baptizatum fuiſſe dubium non eſt, at quomo
& quando baptizatus ſit ignoramus: tantum v
rò ſcimus, quòd tametſi in cruce illi aqua defu
rit baptiſmatis, nõ tamẽ regenerationis ſangu

Idem latro baptizatus fuit.

defuerit. In tẽplo Hieroſolymitano vnicum tã
tum lauacrum ad ſanandum erat; at in mont
Caluariæ tria ad luſtrandum baptiſteria eran
vnum affluebat lacrymis Matris, alterum ex late
re Chriſti replebatur, & tertiũ plenum ſangui
nis erat ex corpore eiuſdẽ prorumpentis. Et qua
re non baptizaretur hic latro, quandoquidem to
ad baptizandum aderant paramenta? O anima
mea, cor meum, cur non tingis peccata tua,
cur nõ in lacrymis Matris abluis iniquitates tuas
ac diducti lateris lymphis & ſanguine Filij preci
oſo! *Ecce nũc in iniquitatibus conceptus ſum, & in pec-*

Pſal. 50.

catis

cuit concepit me mater mea. quòd verò hæreditare peccatum, quàm patrare malitiam potes, quę nō Matris lacrymis ablueretur, & sanguine Filij mū daretur? Non amplius exnunc cum Iudith ad fōtem Modiæ descendere aueo; nec cum Naaman in Iordane, vt lauet, nec cum paralytico in piscinam vt saner; sed ad baptisteria sanctissimi Calvariæ Montis aduolabo, vt baptizer; plena vtiq; sanguinis à Deo meo profusi, ac aquæ ex latere descendentis. Coronidis demum loco adijcio, in baptismo Christi neminem nisi Ioannem præsentem fuisse; cæterum in baptismo huius latronis præsentes erant Christus ac Mater eius, S. Ioannes ac Magdalena: adeò vt in domo Domini maior honor probis furibus, quàm Cæsaribus improbis deferatur.

Qua ratione bonus latro magis in suum cōmodum illud tribarium in cruce conuerterit, quam Iudas triennium, quo Christum sequebatur; & qua ratione alij fures ad patibulum vsque furari consueuerint, hic verò in ipso etiam patibulo furatus fuerit.

CAP. XV.

ET nunc Domine Deus dabis seruo tuo cor docile, vt populū tuū iudicare possit, & discernere inter bonũ et malum, dicit Rex Salomō Deo, ac si diceret: O magne Deus Israelis, ô magne Domine domus Iacob, obsecro te, huiusmodi mihi cor elargiri velis, quo cūcta quę præcipis queā perficere, omniq; cōsilio mihi à te dato credere & adhærere. *Quis enim poterit populum iudicare istū, populum tuū hunc multū?* Sanè acceptissima Deo hæc Salomonis oratio fuit cum ampliora nulla regna cōcupiscēret, vt se locupletaret, nec maiores diuitias vt se oblectaret: 3. Reg. 3.

nec

nec numerosiores annos, quò diutius viuere
maiorem fauorem, ac vires, quò se de hos
suis vindicaret. Multū possidere, diu viuere
ni æstimari, sunt res eiusmodi, quas maxi
hoc mundo procuramus, & propter quas
mus maximè atq; ingemiscimus. Quod Sal
à Deo cor sapiens intelligensque peteret, ta
dem erat, ac si cor tale, quod ab hominibus
entibus duci formarique cuperet, petiuisset
quod prudentium consilia admitteret. Quæ
gratia à paucis, eò quòd se prudentem satis i
cet quiuis, petitur, neque alieni consilijegent

Salomō nihil excellētius à Deo petere potuit quàm cor sapiens

Quid potuisset hic Rex excellentius præclar
que à Deo petere, quàm cor quod se patereturu
intelligentibus dirigi ac condoceri? Diuinus
Plato in Timæo dicit, nunquam se errantē que
piam vidisse, qui aliorum se libenter attem
raret consilijs: plurimos verò vidisse pereunt
qui proprij cerebri commenta sequerentur. F
ctus, teste Seneca, dantis cōsilium, illudq; seq
tis est, quòd si succedat conatus, omnis in hūc
nor redundet: sin minus, omnis prorsus in cō
torem culpa vertatur. Nōne Christus cùm pas
re populum vellet consilium cum Philippo in
inter Apostolos minimo? Apostolus Paulus
discipulum suum Philemonem scribens, *sine*
consilio, inquit, *nihil voluí facere*: nimirū vt vel pr
ficiscar Romam, vel in Asia ad prædicandum r
maneam. Maior erat Dauid Propheta, quàm N
than: nihilominus consuluit illum, num temp
ipse Dominoan verò filius posituruesset. Si erg
Christus vt Deus, D. Paulus vt Apostolus, Rex D
uid vt Propheta, proprij capitis inuenta sequi re
cusarūt, quare alius cōsilium aliorum respuere

For

Foris vastabit eos gladius & intus pauor &c. quia gens est absque consilio & prudentia: dicit Deus Moysis, ac si diceret, rogo vt populū aliū a me colendum deligas. Huic nāque populo deest se gubernādi prudentia, & in negotijs consilium: atque ideò foris gladium hostium pertimescere debet, atq; pauido intus cōsternatoque corde esse. Quòd cōqueratur Deus synagogā parū prudētiæ, affatim vero stultitiæ habere, item quod bona consilia cōtemnat, atque proprio capite nitatur, sunt duo inprimis Reipublicæ noxia vitia & singulis sanè periculosissima. Quòd Dominus verò dicat, foris eos vastaturum esse gladium, & intus pauoré, significat omnia stolida, pertinacia ac cerebrosa suíque sequacia capita semper malè velle, atque vsquequaque formidine percellenda esse.

Deus prudentiæ rogandus.

Magnam gratiam exhibet, inquit Chrysostomus, Deus ijs quos intelligenti prudentiáque cor donat, quod sibi consuli, dirigi se, ac tractari sinat, nec difficile exoratu sit. Inuenire nāque aliquos hominū est, in negotijs suis adeò imprudentes, adeò in conuersatione arrogātes, vt apud omnes in odio sint, apud seipsos verò impacati. Da mihi, ô Deus, da mihi cor docile, tractabile, prudens ac intelligēs, quo te diligere possim: da mihi benignum cor, quo in te credam; nunquam enim cor obstinatum cœlum occupauit. Hieron. dicit, non satis esse sapienti dicere, *Domine da mihi cor*, sed dicit etiā, *da mihi cor docile.* Subinde namq; Deus dat homini cor quod non humanum, sed belluinū cor sit, quo non quod volunt, possunt dicere; nec quod debent, eligere; nec quod habent, retinere; nec reticere quod sentiūt. Bernar. in illa verba, *abi post vestigia gregum tuorum;* sanè infame

maxi-

maximeque sensibile est verbum, quòd D
nus præcipiat subsequam illam sponsam b
rum fieri, dominam vtique illarum. Cæte
causa, quamobrē hoc Deus præcipiat, est, c

Quare Salomoncor docile à Deo petiuerit.

quisquis ita affectus est, maior bestia sit, quā
sint bestiæ, habēs quidē intellectū, verū illi cō
miter nō viuens. Finis ac causa, quāobrē Sap
docile ac intelligens desideret cor, est, vt nin
quod vtile esset, eligeret, quodque noxiū dec
ret. Quisquis enim hoc facere non potest, m
be stiæ irrationali, quàm rationali homini est
formior. Experientia namque docet, bestias
dies herbis duntaxat victitare ad sustentand
se, interdum verò aliis ad se purgandum ve
Quòd si cuipiam sic eueniat, testante S. Augu
no, vt intelligens in hoc mundo cor obtinea
docile, quod malum à bono discernat, summa
profectò gratiā esse credat, quam adeò paucis
hoc mundo Deus conferat. Redeo ergo ad pr
positum. Nonne bonus hic latro melius intel
gentius que cor habuit ad discernendum malu
à bono, & contra, quàm latro alter eius cōgen
habuit? siquidem vnus dixit, *Domine memento m
cum veneris in regnum tuum*, se Christo commēdan
alter verò, *si tu es Christus saluum fac teipsum & no*
Christum blasphemans.

Quare Christus Latronē in cruce saluauerit.

Mi frater, tametsi, inquit Origenes in Mat
thæum, latro vti hic fuit fis, non tamen te saluan
dum præsume, quia Christus nō sine grauissimi
causis illi cœlum dedit. Causa vero principalis,
quare cœlum illi dederit, erat, quia illum negan
tibus omnibus, fuisset confessus, omnibusque il-
lum blasphemantibus, is laudauisset; omnibus
illum relinquentibus adhæsisset, atque demum

ante

illum omnibus accusantibus defendisset. O alta iudicia Dei, o inscrutabilia diuinæ prouidentiæ mysteria, quis illa sanctorum dignus est cognoscere? quis Seraphinorum comprehendere, ac perscrutari dignus est? Tametsi omnes sapientes in collegiis coeant, tametsi oēs Seraphin conueniant, non tamen possent vllam hic rationem diuinare, quare huic latroni magis illud trihorij, quo in cruce pependit proficuum fuerit, quàm illud, quo Christum est secutus, Iudæ triennium. Quid prodest hortulano quod hortum adornet, quòd fructus plantet, ac irriget, nisi quoque suæ gratiæ sole illū irradiet Deus? Chrysostomus dicit, ex raptu vixisse latronē, Iudam verò dedisse eleemosynas; latronē in prædam exijsse, Iudam orationem adijsse: immò latro sequebatur mundum, Iudas colebat Christum: & nihilominus saluatur latro, dānatur Iudas. Quid prosunt bona opera acobsequia, si filio Dei maccepta sint? Deus antè respiciebat ad Abel, ac deinde ad oblationē eius: parui verò mūdus pendit, si modò donū præstabile sit, licet ipsius datoris mores, vitaque mala sint. Verùm in domo Domini, tantum in vitæ merita morumque, non in precium valoremque respicitur datoris. Magna erant merita latronis, non enim multis annis, nō mensibus nec diebus, sed paucis duntaxat horis in ministerio Christi fuit: sed istas horulas adeò benè expendit vt, tametsi diu in peccatis hæserit, nihilominus citò contritus fuerit, citò cōuersus, saluatusque citò. Vbertinus dicit, benèillud, quod tacet scriptura, ponderandū esse, scilicet quis latro fuerit, vnde oriūdus, ac cuias, quā annosus, quàm nobilis, cuius familiæ, cùm enim Romanus Iudex Pilatus

Latro magna habuit merita.

esset, potestatē habuit crucifigendi gentiles,
Iudæos suspendēdi. Cuius arcanū sanè myst
S. scriptura sibiipsi reseruauit, indicāshaudd
parū saluti nostræ cōducere, aut facere ad dā
onē, siue nobilis siue rusticus, siue diues aut p
per, siue benè aut malè celebratus sit, nisi Chr
in dominū ascisca°, atque fideliter legē eiu
pleamus. Basilius dicit, omnia quæ in mūdo
aliquā excusationem admittunt, exceptis ijs
conscientiā nostrā attinēt, cultumq; Ecclesiæ
tholicę; quæ vtraquenullam omninoexcusati
admittunt. Cuius si exēplumposcas, intuerela
nē bonum, quomodo ad deflendū peccatū pe
dāque eiusdē remissionē, obstiterit illi, quòd
honestus, quòd dānatus, quòd crucifixus, quo
scuri generis esset, exiguūque tēpusad cōtere
haberet. Simus quantumlibet magni peccato

Peccatorib. desperandū non est.

quantumlibet sero ad crucē ipsā pertingam
nō tamē dubitādum est, quominus exaudiam
nec desperandū quo minus adoptemur. Nor
legimus de hoc latrone, quòd baptizatus sit,
cōfessus, nec cōtritus, quoad in lignūtraheret
O summabonitas; ô æterna Domini mei mis
cordia ac Dei! quā tui caussa laborauit hic la
quā carnē suā castigauit tui caussa, quot anni
coluit, quas peregrinatiōes, quas stationes, p
te suscepit? Quare & qua de causa trihorio illi
nouisti peccata, quòd tu, ac nemo alius in cter
lum gloriā tecū abduceres? O vtinā inquit Be
possē cum hoc, pbo latrone me quoq; in latr
cōuertere, siquidē vnico illo penè gemitu se C
stianū fecit, vnicū que illū verbū in cœlū pdu
Videmus in dies acexperimur, quēpiāin iuuēt
furari, in senectute, imò quoad patibulū ipsū
tingat, nullus vnq furū adeò magnū furtū cō

sit, priusquã in patibulũ eleuaretur, atq; hic in patibulo ac furca fecit. Etenim in omniũ oculis regnũ cælorũ rapuit. O quàm præclarũ furtũ, ô quã felix raptus ab eo patratus est in ligno & ia crucifixo? Patri namq; suũ sustulit filiũ, Angelis domiñ, Hebræis Creatorẽ, ac Christianis Redẽptorẽ. Quid aũt hoc ô celebrate fur, ò prædo rapacissime, quis audiuit vnquàm aut vidit aut legit, quòd quisquã ligatis manibus, atq; in extremo agone alios despoliarit! Loco illius, quòd alij fures indulgentiã homines rogent, ac dicant Symbolum, locoq; illius, quòd ablata restituãt, rude nouo furandi ordiris. O mitis domine Iesu, ô solatiũanimę meæ, sine vt cũ hoc prædone in prædã exeã, raptumq; cum hoc raptore pergã. Et quod libẽter furarer, nõ est aliud quàm sanguis quẽ effudisti; suõ est aliud, quàm amor cũ quo moreris, & crux in qua moreris: sed prô dolor, si obtinere hãc prædã volo, prius crucifigere meipsũ debeo. O anima mea, o cor meũ, expertis furari cũ fure hoc, ac rapere; tũc permittete capi, ligari, dimẽbrari ac crucifigi. Vti nãq; in mundo nõ nisi qui liber est furari solet pecuniã, ita quoq; in cruce, non nisi destitutus libertate regnũ cœlorũ rapere solet. Tolerabile ac exiguũ Adã furtũ cõmiserat, in toto nãq; paradiso nõ plus rapuit, q̃ vnicũ pomũ: verũ bonus hic fur nõ cõtẽtus illo pomo paradisierat; sed totũ insuper rapuit paradisũ. Ridiculũ abiectũq; furtũ Rachel in paretẽ admiserat, verũ magnificũ hic fur furtũ admisit. non. n. conabatur ligneos furari Deos, sed Deũ verũ. Temerarium certè furtum patrauit Dauid, cum Saul regi scyphum hastamque auferret, sed egregium nihilominus furtum commisit ac solemne noster hic fur. non enim hastam, nec scyphum subduxit,

Latro grã de furtum commissis & quale.

Adam quale furtum cõmiserit.

Itemque Rachel & Dauid.

ſed ſanguinolentum corpus Chriſti ac perfo
alienauit latus. Subtiles erant exploratores
ſis, qui vuam illam ex terra promiſsionis fur
tur: ſed multò ſubtilior erat hic bonus fur.
lis enim furatus eſt non qui ſuſpenſam ſuffi
erant vitē, ſed ab illis qui crucifixerāt Chriſ
Prodeant ergo omnes fures, inquit Cypria
ac cū bono hoc fure conferantur. inueniemu
que hunc maximum ac famoſiſsimum fuiſ
ter omnes; dum alij namque furātur, vitam
dunt; hic autem per furtum vitam accipit.

Quomodo latroni bono nihil præterea in cruce ſuperfuer
cor ac lingua; & quod his duobus gloriam conſecutus ſ
texuntur inſuper huic capiti pulchra documenta,
quibus cor noſtrum cuſtodire
docemur.

CAP. XVI.

Prouerb. 4. OMNI *cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ip*
procedit: dicit Sapiens Salomō filio ſuo
boam loquens. Cui Sapientis conſilio non n
credere, ſed etiam diligentiſſime adhærere
mus, ſiquidem illud adeò profundis verbis
argumentis proſequitur. Ego certè, quantū a
attinet, dico ac fateor quòd inter omnia, qu
quam aut legi, aut ab alijs accepi, nihil ten
memoriæ imprefſerim quàm huius ſapient
ſilium. Ad cuius ſanè exornationem optare
habere intellectum Homeri, ingenium Plat
phraſes Diogenis, eloquentiam Aeſchinis
guam Ciceronis. Quandoquidem Sapiens
Ruperto, dicat: *omni cuſtodia cuſtodi cor tuum*, o
certè nobis vlterioris indagiuis cauſſa præ
tur. His namque verbis omne bonum comp
ditur, quicquid hucuſque ſcriptum eſt, &

Jutem est necessarium. O quàm breue dictum, ô quàm sublimis doctrina, ô quàm mirabilis ac planè diuina hæc admonitio, in hoc sapientis dicto est, dignissimo quidem, vt audiretur; verissimo vt crederetur; sanctissimo opere vt exprimatur. Quod sapiens, scribente Hieronymo, dicat, *omni custodia serua cor tuum*, tantundem est ac si clarè dixisset, custodi, custodi, cõserua, cõserua, caue, caue: claude, claude ostia, introitus cordis tui. In illis namque sperat Deus se degere posse, & in illis maximè Diabolus habitare desiderat. Non sine caussa, docet Augustinus, dicit Sapiens, *omni custodia serua cor tuum*. Etenim Deus ac Diabolus, & Diabolus ac Deus, non deprœliatur inter se, vter amborum oculos possideat, quibus videmus, linguam, qua loquimur; sed vter in pectore nostro debeat sedem figere; adeò vt in cordis nostri custodia aut salus nostra, aut perditio consistat.

Ostiũ cordis maximè custodiendum est.

In quo salus aut perditio nostra consistat.

Origenes dicit, Sapientem illis verbis arguere, non modo custodiam, seo firmam custodiam cordi nostro circumponendam esse, ne contaminetur à carne, nec corrumpatur à mundo, nec à maligno spiritu seducatur, nec ab eodem occupetur, nec ab aduersariis denudetur. Etenim quod dicat Sapiẽs, *omni custodia serua cor tuum*, quid aliud significat, quàm tantã de Christo nos partẽ habere, quantam ille de corde nostro portionem habuerit? Si ergo Deus parum in te possidet, & tu vicissim parum possidebis in Deo: & si multum in eodem habueris, etiam in te multum in eodem possessurum esse cõfide. Atque vti à Deo tuo nihil præter salutem cõsecuturus es, ita cùm neque Deus è contrario aliud à te nisi cor petat,

Quid Deus à nobis petat.

debes summa illud diligentia custodire, n
cuiquam alij, nisi illi cõcredere. dicit Greg
in suis moralibus altum esse consilium, ac c
lam planè diuinam, quòd Sapiens dicat, c
mnino custodiendum esse. Etenim, omnia
nobis Deus, & contra, quæ nos Deo offeri
nihil sunt, nisi in corde depositi in morem c
centur: aut ab eodem procedant: vnde ma
necessarium est, vt plenum sit cor nostru
sideriis, & ab omnibus inutilibus cogitat

Quare sapiens cor custodiendũ præcipiat.

bus separetur. Quòd ergo præcipiat Sapien
omni custodia custodiendum esse, quid si
cat aliud quàm vt possibilem nobis adhibe
industriam, ne cor nostrum à vanitatibus, ac
titia captiuetur.

Dicit Seneca oculos ciliis conseruari, os l
aures gossipio, manus chirothecis, fruges
reis, scriniis pecunias custodiri: ceterùm a
tioso ac impacato cordi conseruando nem
ficiens est, qui inania desideria auferat, aut
cogitationes coerceat. Quæso te, dic mihi
putas in humano pectore thesaurum esse r
ditum, quandoquidem adeò diligenter cu
ri debeat? O frater mi, si scires, quisnam th
rus esset, quem Dominus in pectore tuo
nit iusti, non modo magna diligentia ac
dia cor tuum obuallares, sed nullum in eo
hospitio susciperes. Putasne cor tuum di
ter custodiendum, cùm pro seipso, non ver
quoquam alio rogat? In pectore namque p
tia rationalis sedet, qua se regit homo: p
tia irascibilis, qua se defendit, ac potenti
cupiscibilis, qua sibi prospicit ac consulit,
rum trium custodia potentiarum animæ c

salus, ac vitæ tranquillitas. Quemadmodum verò Dux militiæ Ioab fecit, sic quoque conatur Diabolus tres hasce potentias tribus immanibus lanceis perfodere, quo ita miserabile cor nostrum lãgueſcat, ac inhabile fiat, neque ſeſe regere in proſperis, nec conſeruare in aduerſis ſciat.

Magna cuſtodia dicit præmuniendum cor D. Bernardus: nempe contra carnem, quę ſuis nos voluptatib. obſidet, quo caſtitatẽ excutiat: cõtra Diabolum, qui ſuis nos artibus perſequitur, quo charitatem alienet à nobis. Quòd ſi adeò diligentẽ cuſtodiam cordi noſtro admoueremus, atque diligens in nobis tentandi eſt Diabolus, non toties nos tentare, nec tam frequentibus periculis poſſet exponere. Cupisne à me noſtri interitus cauſsã diſcere? hãc edifferam, vnde perſpicue intelliges, qua ratione interitus noſter ex cuſtodia cordis dependeat? Quãprimum.n. cuſtodiã cordis ſepoſueris, illicò conſciẽtiæ integritatẽ amittis. Huius verò inordinationis noſtræ ordo eſt, vt nimirũ aſpectus cogitationẽ pariat, cogitatio delectationẽ, delectatio conſenſum, cõſenſus opus gignat, opus conſuetudinẽ, cõſuetudo neceſſitatẽ, neceſſitas pertinaciã, pertinacia deſperationẽ, deſperatio damnationẽ excipiat. Cùm ergo cor tales liberos nepoteſque progignat, anne putas dignũ eſſe vt bene cuſtodiatur, ac ſolidis omnino ſeris ac peſſulis emuniatur? O anima mea, quis te ſcrupulis grauat, quis te ærumnis laboribuſq; torquet alius, quàm illi ventoſi turbines, ac varia illa negotia, quibus ſe cormeum immergit?

Integritas conſcientiæ quomodo amittatur.

Audi populeſtulte, qui non habes cor, dicit Deus per Prophetam Ieremiam, àc ſi diceret; Audi me, ô ſtulte populę, audi me ô excors populę, *Ierem. 5.*

iam nunc interitus tui appropinquauit hor
siquidem tu & ratione & corde prorsus es defi
tutus. Certè non potuisset Deus grauius coarg
ere Israeliticum populum, quàm quod vocet
lum stultum atque excordem. Etenim cum vi
corporis sit cor, & anima vita est cordis, & De
vita est animæ, & ipsa vita Deus ipse est, dic n
hi quis alius est excors homo, quàm flagitios
ac perdanimis? Dicit Origenes, non loqui Deu
de carneo corde, quod in pectore sedem habe
talis enim cordis nō eguerunt Hebræi, sed loq
tur Dominus de sancto ac spirituali corde, q
Deo inseruimus, ac animas nostras saluamus, a

Ratione ca-
rens, caret
& corde.

hoc sensu ille corde caret, quisquis ratione ca
Quoniam cor insuper nihil aliud quàm ratio
quid perdit ille, qui cor non perdit; & quid
bet ille, qui cor non habet? Neminem compin
re moris est in illa stultorum ergastula, quòc
li cor desit, quo viuebat: sed quod desit illi ra
qua se regebat. Atque ideo multò stultior ille
qui sese secundum rationis regulam non diri
quàm ille qui turbulentam impacatamque
mam habeat. Si homo aliquis perdidit oculo
pedes, si manus, aut fortunas, dicere possu
illum aliquid sui, ac suum perdidisse: verum
aliquis rationem perdit, ac cor suum; tum on
omnino sua illum dicimus perdidisse. Prin
namque quod in materno vtero viuit est co
vltimum in homine quoq; quod moritur est
Cùm necessario in aduersis opus habeamu
tientia, vti in consilijs operibusq; nostris cō
tia; in magnæ gratiæ loco debemus repone
cui generosum strenuumque cor Deus largi
contràverò magnæ pœnæ loco ducere, si qui

iec

ieſtum atque imbelle cor poſsideat.

O mitis Domine Ieſu inquit Anſelmus, ô gloria animæ meæ, obtura mihi aures meas, ne audiam; obſcura oculos, ne videã; vinci pedes, ne inambulem; & præcide manus ne furer; ſed tamen animum tibi ſeruiendi adijce, atque ad te diligendum cor dona. Quomodo enim poſsibile eſt, vt tibi ſeruiam, atque ex corde te diligam, ſi vt cor meum te, ô Deus, perdat permittis? Cùm tu Deus ſis in quem credam; & ille Dominus, cui ſeruiam; & vita, qua viuam, & cor, quod maximè diligam: dic mihi, quis eſt excors homo alius, niſi ille, qui te priuatus ac ſpoliatus eſt? *Væ duplici corde & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terrã ingredienti duabus vijs*, dicit Eccleſiaſt. Nemo alius, docet Gloſſa, bicors eſt, niſi peruerſus, nemo bilinguis, niſi arrogans iactator; nemo alius malas manus habet, niſi auarus: & nemo alius duabus vijs ingreditur, niſi ſuperbus. Profectò inaudita res eſt, ſapientẽ dicere inueniri homines duabus linguis, & alios duplici corde, quo illi melius ſeſe ſuis cogitatibus exiatiare poſsint. atque hic auderem dicere, multo eſſe admirabilius vnum duo corda habere, quàm ſi nullum omnino habeat. Vbi quædam ſe mutuo impediunt, dicente Remigio, reſecãda atq; præcidenda ſunt. Cuius exemplum habemus in arboribus multos ramos, ac vitibus multos palmites habentibus, quos ſi præcidamus atque amputemus, multo copioſiores fructus afferunt. Accuſat Ieremias Iſraeliticum populum, quòd nullum omnino cor habeat, & Salomon peruerſos, quòd duplex habeant, coarguit. Quæ cum ita ſint, quod remedium hic admonẽdum, quo cũ vtroq; cõueni-

Quis ſit homo excors.

Eccl. 2.

amus. Respondet Hugo ac dicit: vbi amor, qu
habemus, non deberet esse, nisi vnicus: vti ille
eiusmodi amorem impendimus tantum vnus
Perinde cor, in quo amorem hunc deponim
tantum vnum esse debet. Ille namque amor s
cerus esse non potest, qui in multa corda dist
ctus est. Si nobis in lege Christi indultum es
plures amores habere, æquè etiam plura co
habere fuisset indultum. Cæterùm cùm non
vnus amor admittitur, quare plura, quàm vn

Quisdicatur multa corda habere in religione.

cor posceremus? Ille in religione habet mu
corda, quisquis corpore degit in monasterio,
corde in mundo diuagatur: adeò vt vno gem
altero verò conqueratur ac solicitudines coac
uet. Perinde falsus ille ac duplex hypocrita
minũ cor habet, quisquis altero corde humili
putari vult, altero verò dignitates ambit: &
vno mansuetè loquitur, altero verò mordet cl
culum: qui vno religiosam ostentat conscien
altero verò iniquitati patrocinatur: qui vno p
altero bellum accendit. Væ ergo homini dup
corde. si nãque vnum duntaxat cor haberet, t
aut omnino probus, aut improbus esset: at
duplex cor habet, is in religione neque est

Cor duplex quis habeat.

qui esse deberet, neque in mundo ille quẽ se
vellet, esse potest. Duplex cor habet ille, quis
bona verba, sed mala opera exhibet; quisquis
tat spiritũ, cũ nihilominus caro sit: quisquis
lè viuit, sed benè nihilominus sperat; quisqui
alios rigidus, in seipsum le nis est, & quisquis
trem in arcta via cohibet, ipse vero spatiosam
net. Anne putas illũ bicordẽ esse, qui promiss
ues est, & in executione parcus: qui per se sua
quæ cara habet, iurat quod aliũ diligat, sed si p
tus in spexeris, non amat sed fraudat.

Quare vt ad propositum redeam, ideo commemorata intexui, quo tanto melius intelligamus, quàm studiosè cor suũ custodierit latro, & quàm benè impenderit. abdicauit enim illud Diabolo, & dicauit Christo. Magnum certamen inierunt Christus ac Diabolus ob cor latronis huius: Diabolus namque prætendebat suum esse, eò quòd ipse Princeps latronum sit; & contra Christus dicebat suum esse, eò quòd ipse pater peccatorũ esset. Verum vt dixit latro, *Domine memento mei*, ab illo recessit prorsus Diabolus, & ad se Christus illũ omnino transtulit. Cain Deo, inquit Chrysost. primitias frugum obtulit, Abel arietem, oues Noe, Abraham columbas, Melchisedech vinum, Dauid aurum, Iephthe filiã, Anna filium. Tametsi autem illud quod offerebãt viri sancti multum esset, plus tamen est, quod obtulit hic latro. Omnia namque quæ illi offerebant vel bona fortunæ erant, vel certè extra illos: quod verò latro offerebat, bona animi ac corporis erant eius propria, quæ certè magnũdiscrimẽ faciũt, cùm quis quod habet domi offert, & cùm ea, quæ eius sunt propria, Deo consecrat. Si quis exme quærat, quid hic latro obtulerit, huic respõdeo vt ante mihi dicat, quid hic latro sibi reseruauerit. Cùm enim omnia quę habuit Christo dedit, nihil sibi reseruauit. Quisquis alteri, etiam teste Seneca, dat suã essentiã, illi perinde dat suã volũtatẽ ac fortunas oẽs. Bonus latro totã Christo essentiã dedit, totũ valorẽ sui, totã potestatẽ, omnia bona, atque insuper totã voluntatẽ, cũ in cruce se peccatorẽ agnosceret, ac Iesũ Christũ, Redẽptorẽ fateretur. O probe peccator, ô insignis cõfessor! rogo te, dic nobis quidnã Deo tuo obtuleris, quãdoquidẽ inde totã gratiã es cõsecutus.

Christus pater peccatorũ, & Diabolus latronũ princeps

Latro in cruce quid obtulerit.

Vbertinus dicit, non obtuliſſe latronem oc
los, nam obligati erant; non pecuniam, nam i
liᵭores abſtulerant: non tunicam, nam illa
carnifices rapuerant, non corpus ipſum, qu
crucifixum erat; ſed ſolam reliᵭam, q
confitebatur Chriſtum linguam, tametſi Chri
libenter honorem ſuum obtuliſſet, non tam
ſciebat quidnam honor eſſet: tametſi illi libẽ
vita ipſa inſeruiſſet, illam tamẽ terminabat:
metſi illi libenter bona ſua fortunaſque dedi
nihil tamen horum habebat. Etenim honor
per furtum ſuum amiſerat, vitam auferri Pila
juſſerat, bonaque eius omnia ad ſe fiſcus tra
rat. O quàm ſublime myſterium, ô quam di
num exemplum tranſmiſit nobis hic latro
cruce pendens? Nam corde, quod illi reſidu
manſit, in Chriſtum credidit; lingua verò ſe I
ſuo commendauit. Si bonus hic latro præter
aliquid reſeruaſſet adhuc, & præter linguam
ne omni dubio obtuliſſet hoc Chriſto, vnde
vilipendenda, ſed magni vtique eſt hæc obla
Quid enim non offert ille, qui cor ſuum
ſignat & offert? quid non communicat ille,
cor ſuum communicat? O cor meum, ô lin
mea: cur non & tu in huius te latronis con
tium inſeris in cruce pendentis, quo te inſtr
quomodo deflere peccata, & quomodo cœ
rapere debeas? Magnam fiduciam habeo ne
demner, magnamque ſpem vt ſaluer: quippe
videam vinᵭum hunc ac crucifixum latron
non plus offerre Chriſto quàm cor ac lingu
& nihilominus ſemihora gloriam eſt conſ
tus. O mitis Domine Ieſu, inquit Bernardu
ſpes animæ meæ, quare affligerer ac cõtriſt

Bonus latro diuinũ nobis reliquit exemplum.

etsi pedibus, quibus in gloriam, irem, caream; etsi aures, quibus conciones excipiam, etsi pecuniã ad eleemosynas dandas, non possideam; etsi preciosa monilia in templis offerenda mihi nõ sint; sic tamen statuo, quandoquidem plus non possim, quòd mitis Dominus Iesus meis sanctis desiderijs contentus futurus sit.

Soror Moysis leprosa erat, Lya lippa, Moyses eloquens non erat, Tobias cæcus, Miphiboseth claudus, verum omnes hi defectus illorum sanctitati noxij non fuerunt. Si cor nostrum sanum est, quid curat Deus, tametsi cætera membra insana sint ac putrescant? Tametsi Patriarcha Iacob cæcus fuerit, nihilominus filijs benedixit. Misero Lazaro lamberunt vlcera canes, & Iob patiens testa abrasit saniem à carne sua: Tobias non plus videbat, quàm quòd illi ostenderent pueri: verum nihil horum illos vel in Dei cultu, aut amore saluandi proximos retardauit. Vide, inquit Remigius, ò anima mea, quomodo ad crucem damnatus sit bonus latro, obligati oculi, discerpta caro, effusus sanguis, & nihilominus se saluare potuit. Paucis horis, & tam breui tempore vix potuit hic latro pœnitere, & paucos gemitus profundere, sed cum ex corde eos funderet, tantoque cum ardore: contentus fuit Dominus Iesus non illo modo, quod tum temporis faciebat, sed etiã illo, quod animo facere meditabatur, nisi fuisset à morte ipsa præoccupatus.

Deus cor sanũ à nobis appetit

Quomodo ex fidei defectu malus latro damnatus sit, & quem vterque latro calicem biberit.

CAP. XVII.

ELEVARE, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: & potasti vsque ad fæces,

Esaiæ 51.

fæces, dicit Propheta Isaias, loquens cum Israel
tico populo. ac si diceret: Surge, ô Ierusalem
surge, ex mera enim crapula ac ebrietate cecid
sti in terram, posteaquam calicem iræ eius ad fe
ces vsque ebibisti. Cum Filius Dei in horto Geth
semani oraret, atque omnia illi tormenta tole
randa occurrerent, ipsaque mortis cruciamenta
quæ passurus esset, dicebat æterno Patri suo, *Pat*
si vis transeat à me calix iste, ac si diceret, Aeterne a
benedicte Pater meæ rogo te, vt permittas, qu
de hoc calice amaro, etiã omnia Ecclesiæ mẽbr
ebriẽtur. Vbi peculiare dubium aduertẽdum est
Quia cùm calix ex quo bibit Israel, perinde si
calix Dei atque is ex quo Christus bibit, quare ca
lix Christe approbatur, improbatur verò calix
Ierusalem? Calix erat vnus, vt alter; vnus syna
gogæ, alter Ecclesiæ in partem cessit. Quæ cùm
ita sint, quare minæ Israeli intentantur, quia ex
illo bibit: quare laudatur Christus, quia illum
gustauit? Ad explicationem huius mysterij sup
ponendum est, duo genera calicum esse, in S. Scri
ptura: quorum amaritudinis vnus, alter iræ calix
vocatur. Discrimẽ verò inter vtrumque est, quòd
vnius epotatione euigulaturi in paradiso simus
atque haustu alterius dormituri in Inferno. Ca
lix amaritudinis plenus est famis, sitis, persecu
tionis, tentationum, quæ omnibus illis epotanda
dat Dominus quos ad sui cultum seruitiumque
elegit, atque indubitate ad ipsam salutem præ
destinauit.

Duo in S. Scripturæ sunt calicũ genera.

Prædestinati bibunt amaritudinis calicem.

D. Gregorius in moralibus dicit, si det Deus
bibere cuipiam ex calice amaritudinis, signum
est illum prædestinatorum esse ad salutem: adeò vt
liberi ab infernalibus flammis esse nequeamus,
nisi

nisi graues nos miseriæ laboresque exerceant.

Ponderandum est Christum suo Patri non dicere, quòd non voluerit de hoc calice bibere, nec quod promiserit eundem illum omnino ebibere, sed quòd alios quoque in partem istius epotationis vocari vellet, quippe si solus ebibisset calicem amaritudinis, solus intrasset gloriam. O dator bonorum omnium, ô omnium distributor gratiarum, quid habuisti, quod non communicaueris, quid possedisti, quod non distribueris? Dedisti nobis corpus tuum ad edendum, sanguinem tuum ad bibendum; tuam legem, ad seruandum, tuum cor, ad amandum; tuum calicem, ad gustãdum; tuam denique gloriam ad possidendum. O quàm sublime mysterium, ô quàm diuinum Sacramentum est, quòd Filius Dei in horto lacrymas fundens ex oculis, atque ex corpore guttas sanguineas exsudans, nõ petierit, vt Electos suos bene tractaret; sed vt perinde atque ipse hausum ex calice amaritudinis facere possent? Crux S. Petri, & S. Andreæ, gladius Bartholomæi, craticula Laurentij, lapides Stephani, quid aliud quàm arra fuerunt, quam à manibus accepere Christi, & haustus, quem ex calice amaritudinis fecerunt. Dicit S. Hilarius tanto plures quempiam in Cœlo gradus habiturum, quanto plures haustus ex calice Christi duxerit in hac vita, atque ideo nobis diligentissimè orationi incumbendum est, quod si non omnino eum euacuare possimus, saltem eundem nobis ad gustandum det.

Perinde & illud verbum, *transeat à me calix iste*, ponderandum est, id est, ne calix amaritudinis eius retrocedat, sed procedat. Nobis vtique

Conuertẽtibus impenditur Christi redemptio.

que indicans merita passionis eius sangu
nemque redemptionis non impendenda e
ijs, qui in dies, quò prouectiores eò peiores fiu
sed ijs, qui tandem se conuertunt. O quam sub
me verbum, ô quam consideratione dignum h
verbum! *transeat à me calix iste*. Nam in illo & p
illud monet condocetque nos mitis Domin
Iesus, illos bibituros ex calice amaritudinis, ta
quam cum illo gloriam ingressuri, qui ex bo
vita in malam transituri sunt, nec in flagitijs c
raturi. Vbertinus dicit: Nullum auarum tanti
cere diuitias huius mundi, quanti Christo ca
amaritudinis est, quia præcipit, vt profera
longius calix, omnesque ex eo bibãt, & in prin
seruus Domini conetur saltẽ se emendare, ac p
cedere, non in ambitione qua tentatur, sed in c
uotione qua caret. O mitis Domine Iesu, ô rob
animæ meæ, rogo vt non transeat à me calix i
sed ad me, quo gustare possim tuas ærũnas, fe
tire tuos labores, deplorare tormenta tua, fi
tua charitate, atque abluere peccata mea: adeo
ille calix transeat à te & derepente veniat ad m
Quamobrem alius sibi de vino ab Iliana prof
ciat, maluatico à Candia, clareto aut illo per
lato dilutoque vino Ribaudiæ, optimo cer
quod haberi possit. Ego interim pro meo sola
ac affectu, à Deo meo nihil aliud peto, quàm
toto tempore vitæ meæ bibere ex hoc calice
vnam guttam dignus iudicer.

Bibentes ex calice iræ infelices sunt.

Alius etiamnum in promptu est calix, qui i
Dei calix vocatur, propter quem interiora r
tuunt, angustatur cor, contristatur anima, c
trepidat, atque omnino oculi lacrymantur: q
modo ergo possibile est, vt cor meum ordi
cons

Conscribatque calamus, quàm beati sint illi qui liberi sint ab hausti calicis huius, quáque infelices ex eo qui bibât. Hoc calice minatur Deus vrbi Ierusalem; ex hoc calice synagoga bibit; ex hoc calice inebriata, execrata est Babylon; atque totius excidij Iudæorum causa est hic calix. Ille, teste Augustino, bibit ex maledicto hoc iræ calice, quisquis culpa sua cadit ex statu gratiæ, quod maximum malorum in hac vita est; quippe quia gratia carens anima magis mortua est quàm corpus anima destitutum. Tum verò Deus bibere nos ex calice furoris sinit, quando propter nostra peccata manuducere nos intermittit. Et certissimum signũ est, nos ex hoc calice bibisse, quãdo Deus nos custodire negligit, & nos convertere negligimus.

Quãdo permittat Deus bibere ex iræ calice.

O quantum discrimen, dicente Ambrosio, inter viam Dei & nostram est; cum enim alijs irascuntur homines, illico illos castigant, quãdo verò Deus irascitur castigare desinit. Adeò vt tum maximè Deus iratus sit, quãdo peccata dissimulat, non quando illicò castigat. Non est maior tẽtatio, inquit Bernardus, quàm quando non tentamur; nec maior pœna, quàm quando non punimur: vti de illo ægroto, cui prorsus renunciat Medicus, desperandum est diutius victuro, ita etiam de illo peccatore quem Deus non castigat, parum sperandum est, quasi saluando.

Deus peccata dissimulans iratus est.

Peculiariter etiam considerandum est, quòd Propheta ciuitati Ierusalem non modo minetur quod ex calice iræ biberit, sed etiam quòd fæces ipsas ebiberit vsque ad fundum: adeò vt plus bibisset, si plus fuisset. Illud dicimus fæcem, quod vinum turbat, quod in fundo hæret, quod fœtet,

nec vsui est. Quid verò est fex in fundo iace
liud, quàm maledictum peccatum in Infer
nos præcipitans? Fex peccatorũ causſa est, q
putrescamus; Per fęces peccatorum damna
& per fęces peccatorum Dei odium incurri

Sophon. 1. *Visitabo Ierusalem & viros defixos in fecibus suis*,
Deus per Prophetam Sophoniam. Enimuerò
sunt illi defixi ac circũuoluti in fęcibus suis
præterquam illi, qui obstinati, induratiq
peccatis sunt, ac malitijs? Non conqueritur
lis Deus, qui suis maculati sunt fęcibus, sed q
illis perpetim defixi iacent. Non enim ade
ritatur, si quando nos peccare videat, quã si
cibus nos infixos videat, ac gaudentes. C
ſerabile cor, quod in feces peccati cecidit, i
se inuoluit, quod neque promiſsis excitari
test, neque inflecti precibus, nec percelli m
nec pœna commoueri, nec consilio iuuari.
lè omnino contentus Deus est ijs fęcibus, c
pe qui non modo iacentibus in fæcibus mi
tur, sed ijs etiam, qui calicem cum fęcibus
berunt. Vnde colligere est, non adeò nos da
ri quòd peccemus, quàm quod à peccando
stere nequeamus.

Calicem ad fæces ebibere quid sit.

Ac proinde ebibere calicem vsque ad fa
est, non tantum septem peccata capitalia
étiam eorum 7. millia si essent, etiã cum pra
tissimo mortis periculo committere, nec et
scere: Ebibere calicem vsque ad fęces est, q
do opere decem indies peccata complemus
cogitationibus desiderijsque centum in si
las horas. Ebibere calicem vsque ad fęces
quando vnum perficere peccatum omitti
non quia nolumus, sed quia non possumus

a

audemus perficere. Calicem vsque ad fæces e-bibere est, non contenti esse, quòd peccemus, sed insuper eorum caussa quòd nos iactemus, ac si Deo gratum exhibuissemus peccando obsequium. Calicem domini vsque ad fæces bibere est, cum omnis generis peccata admittimus, neque tamen admittere volumus, quod vocemur peccatores acæstimemur. Calicem ebibere vsque ad fæces est, quando adeò impudentes sumus in peccando, vt alios etiam homines inquietemus atque ad peccãdum excitemus. Calicem vsque ad fæces bibere est, quando odium quod in proximum nostrum alimus, ostendimus, quando corde illum fugimus, quando verbis eum lædimus, atque operibus nostris illum præpedimus. His satis declaratum puto, quisnam calix amaritudinis sit, ex quo bibere habeant Electi, & quisnam calix sit iræ, ex quo omnes impij hauriunt; adeò vt si scire cupiamus num quisquam beatus sit, aut damnatus, tantum calici attendere debeamus, ex quo bibant.

Latrones ex duob. calicibus biberunt.

Hæc vt meo aptem proposito, supponendum est, ex duobus terribilibus, ac mirabilibus calicibus vtrumque latronem bibisse: & vt illud compositum fuerit, quod ex ijs biberunt, adeò etiam erat dispositum præmium aut pœna, quæ retulerunt. Cum malus latro Christo diceret, *Salua temetipsum & nos*, bibit ex calice iræ: cumque probus latro diceret Christo, *Domine memento mei*, bibit ex calice amaritudinis, adeò vt alter purum vinum biberit, quandoquidem in paradisum ductus est, alter verò turbidas fæces,

quandoquidem in Infernum descendit. Quid autem est hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? cum ambo essent socij, cum ambo latrones, cum ambo crucifixi, atque ambo Christum viderent, ac secus Christum ambo penderent, quare vni ex calice gloriæ, alteri verò ex calice iræ datur bibere? S. Augustinus hic respondet dicens: Causa quamobrem alter fuerit illustratus à Domino alter verò non, & quòd Deus vnum ad se traxerit alterum non, tibi, ô frater, indaganda non est, nisi errare velis. Illa namque omnia ad incomprehensibile Dei iudicium spectant, quod tametsi obscurum nobis est, non est tamen iniustum.

Iudicium Dei obscurum.

Vti multa, teste Origene, in corde sunt, quæ non tamen à corde, & vti multi in bello sunt, sine stipendio: ita quoque alter latro in cruce sine vllo fructu fuit. Loco namque orationis vt sibi Christus remitteret, ille vt se liberaret, rogauit. *Si tu es Christus, salua temetipsum & nos*, dicebat malus latro Christo, ac si diceret: si tu Christus ille es in quem Iudæi sperant, teipsum à morte, nos verò à tormentis eximе. Cyprianus dicit: O quàm maledictum verbum, ô quàm execranda oratio, ô quam iniusta petitio ex ore tuo egressa est, ô nequissime latro, quando filio Dei auctor fuisti vt descendat de cruce! Quod enim patiatur ac moriatur, non fit illius causa, sed tui meique. Quare postulas ab illo vt te, seque ipsum saluet, cùm vltro spontaneéque patiatur, moriaturque propter iniquitates tuas? Initium interitus latronis huius erat quòd Christo nō diceret, *Tu es Christus*: sed, *si tu es Christus*: quæ haud dubiè significant, dubitasse illum de Christo, vtrum ni-

Initium interitus mali latronis quod sit.

mirum

mirum fuerit ille Redemptor mundi aut non: adeò vt in infidelitatis peccatum ceciderit, quæ maximum vtique ac grauissimũ peccatorum est. Non dixit Latro bonus, referente Cyrillo in Ioannem: *Si tu es Christus*, nec vti Petrus: *Ego credo si tu es Christus*; sed dixit alter, *Domine memento mei*: Et alter: Ego credo, quia tu es *Christus filius Dei viui*, adeo vt nulli possit fieri remissio nec illuminatio qui aliquo in fidei articulis dubio laborat.

Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, postulet autem in fide nihil hesitans, dicit Apostolus, ac si diceret: Si indigus es rei cuiuspiam eximiæ, caue eandem tepidis precibus flagitare. Si enim Dominus non dat quod petimus, nos vtique culpabiles sumus; & non Dominus qui adeò munificus in dando est. Quòd si ille, inquit Damascenus, non est ethnicus; & si illud, quod petit iniquum non est; & si ille à quo petimus sanctus est; & si locus, in quo petimus dedicatus est, & si ille, pro quo petimus egenus est, quare illam ipsam petitionem suam consequi dubitaret? quippe qui Deum tam benignum habeat. Omitis Domine Iesu, ô dulcedo animæ meæ, rogo te da mihi gratiam tuam, quò cum cæco ex Iericho possim dicere, *Fili Dauid miserere mei*. Vti enim fidelis Christianus tuam potentiam confiteor, tuamque misericordiam magnam obtestor. Chrysostomus dicit, existimasse malum latronem, quòd vti se Pilatus tanquam prædonem damnasset, perinde eundem Christum vt seditiosum tribunum damnauisse, & Christum æquè vitam suam proferre cupiuisse, ac nos fugeremus mortem. sed grauissimè sanè hic errauit: non enim ipso adeò vehementer viuere cupiuisset, atque Chri- *Iacob. 1.*

ſtus mori. Suadebant Chriſto Iudæi ſicut hic
tro vt de cruce deſcenderet: quod Filius Dei, ta
tum abeſt, vt fecerit, vt etiam audire renuer
Si namque reliquiſſet crucem, debuiſſet vniu
ſus mundus crucifigi. Bernardus dicit, Non
go te, ò mitis Domine Ieſu, non rogo te, vt
cruce deſcendas, ſed vt me in illam contollas.
ſtius multò namque eſſet, vt ego pro te dam
rer, quàm pro me, te crucifigi. Ex commemo
tis ergo collige, quàm magni nos cordis eg
mus, quo opus bonum, atque inprimis præſt
peragamus. Statim enim hoſtes ad ſeducend
adſunt, ad pruritum ſuſcitandum caro, ad im
diendum homines, ad contriſtandum mundu

De Charitate, quam bonus Iuuo gerebat erga malum
& quomodo coarguerit illum atque
monuerit.

CAPVT XVIII.

Rom. 5. CIO *Mmendat Charitatem ſuam Deus in nobis*
cit Apoſtolus, ac ſi diceret: O Rom
Dominus ille ac Deus omnium quem
bis prædico, nullam rem tantopere vobis c
mendat, atque mutuam dilectionem ex toto
de. Quam proximis dilectionem impend
non quia vos diligunt, ſed quia ſeruiunt I
Multa S. Paulus prædicauit ac ſcripſit, quæ
tim admonent, quæ partim inſtruunt n
partim conſolantur. Vbi & ille locus eſt q
modo tractamus. Enimuerò ſi cum dilige
aliqua legamus, & attento animo ponderer
reipſa inueniemus illum omnia nobis dare,
habet, ac nos diligere ſicut oportet. Ad expli
onẽ huius Apoſtolici verbi accuratiorẽ, ſu
nen

nendum est, perpetim charitatem Dei ac gratiam comunctas esse; adeò vt nullus charitatem Dei habere possit, qui gratiam Dei non possideat: hanc verò quisquis possidet, non potest nō intrare gloriam Dei. Damascenus dicit, Charitatem & gratiam esse vnam gratiam, & maximam, quæ de cœlo descendit. Et gratia vocatur, quia sublimis est, & vocatur charitas, quia vnit nos ac coniungit, adeò vt quando nobis suam commendat charitatem, tantùdem sit, ac si nobis suam charitatem crederet. Quid significat Deum nobis suæ Charitatis depositum commēdare aliud, nisi vt intueamur nos ac pensitemus quantalibet ille nos charitate dilexerit, & etiam nunc diligat ac gubernet? O quàm insigne depositum, ô quàm felix creditum erat, cùm Deus nobis suam charitatē æternam crederet, immensam gratiā ac amorem infinitum! quas ideò nobis dedit virtutes, vt ijsdem grati essemus in se, ac cœlestē illis gloriā emeremus. Quod mutuam dilectionē adinuicē gratiāque commēdet Deus, quid aliud est quā quod ijsdē nos gratiosè donet? Et nisi ijs nos donasset, potuisset tamē easdē asseruare ac custodire alibi, licet in nobis nō deponeret: sed dicit quod cōmendet nobis, nō verò det; quò industriæ attēdamus ne perdamus illas, quandoquidem sine illis saluari nequimus.

Charitas & gratia Dei sunt coniunctæ.

Sine illis saluari nequimus.

Amicus vnus alteri potest, inquit Beda, aurum, argentum suaque monilia donare: verum amorem quem in corde circumfert, dare nō potest: solus Dei Filius est, qui suum nobis amorē charitatemque simul & exhibuit & dedit. Suam charitatem exhibuit, cùm humanam naturam susciperet: suam charitatem ostendit,

cum gratiam suam communicaret: adeò vt pri
re charitate nos seruituti exemerit, posterio
verò in filios adoptarit. In figura altare cauu
inaneque fuit; at altare Ecclesiæ firmum solid
que stat; illa enim ardenti charitate bonitateq
quam in illâ fert Christus est solidata. Bene pe
pendendum est, Deum non commendare nob
fidem, spem, patientiam ac castitatem, sed ch
ritatem solum, vtique vt nos erudiat non moc
nos magni debere facere dona, quæ nobis larg
tur, sed maioris charitatem, in qua largitur, d
bere facere. Isidorus dicit, omnes quas nob
Deus gratias promittit, omnesque quas nob
suggestiones immittit, ad illum finem direct
sunt, vt ei gratias agamus, & quo amice benign
que cum proximo conuersemur. Quid deest ill

Charitatẽ qui habet, omnia habet.

cui charitas non deest? & quid habet ille, q
charitatem non habet? Amabilem misericord
que hominem manuducit Deus, ne excidat à f
de sua, ne spem perdat, ne temeret castitaten
ne humilitatem abijciat. Nam apud seuerum tr
bunal illud nemo timere habet, quòd seuerè c
illo sit instituendus processus, si modo charita
in hac vita se præclarè ornarit. In quo alio p

In quo consistat vera Charitas.

tas, inquit Hieronymus, Christianam charitate
consistere ac salutem animæ, nisi in illo, vt sc
licet Christo ex toto corde seruiamus, ac prox
morum vtilitati studeamus? Possumne fratr
meo maiorem vtilitatem adferre, quàm si illun
à recta via declinantem, in candẽ restituã, atqu
impium illum ac malum errigam? Castus ac ve
rus amor, dicit Beda, patitur se diuidi Deum in
ter ac proximum, illa tamen lege, ne præsum
ptuosus ac arrogans proximus sit, sic enim opt

re qu

re quidem illi salutem possumus, cõsortium tamen eius vitare debemus. Quem discursum nõ alia de causa induxi, quàm vt summam illã charitatem ostenderem, quam erga malum latronẽ bonus tulit, quippe in ipsa cruce in bono dirigere illum, ac stolidæ reprehensionis, qua Christũ notarat, redarguere voluit: inquiens, *neque tu times Deum, qui in eadẽ damnatione es:* ac si diceret: Omi dilecte socie ac frater, miror te, quod tametsi tã malè vixeris, morticque modo sis proximus, tu tamen magis hunc Prophetam lingua crucifigere nitaris, quàm clauis carnifices: clauis nãque aperiuntur venæ, sed tua sæuidicta ac maledicta interiora animi depascuntur. Pauca locutus verba est hic latro, at multa in ijs mysteria continentur: atque ideo necessarium est, cum animaduersione vt legantur, & cum grauitate vt scribantur. Ante omnia autem aduertendũ est, tametsi Deus Dominus noster sit in omnibus per potẽtiam, est nihilominus magis in corde linguisque nostris per gratiam. His namque duobus membris maximè inseruire illi, ac maximè etiam offẽdere illum solemus. Augustinus dicit: Fatigantur oculi videndo, audiendo aures, manus laborando, ambulando pedes, nunquam tamen cor cogitando, ac lingua loquendo fatigatur.

Cor & lingua nunquã fatigantur. Psal. 50. & 140.

Cor mundum crea in me Deus. Et *Pone Domine custodiã ori meo,* dixit Rex Dauid. O Deus meus, ô Domine, te rogo, vt innoues cor meum, linguamque custodias. omnia namque mei corporis mẽbra me possunt offendere, verùm cor linguaque mea simul offendere, simulque damnare me possunt. Certissimum signum est, quòd magno loco apud Deum simus, inquit Ambrosius, quã-

Simum nare non possumi

do ſuam nobis largitur gratiam, quò cor mun
dum ſit, & cuſtodiatur os. Etenim fundamentum
boni Chriſtiani eſt, vt toto corde in Deum creda
ſuaque eundem lingua dilaudet. *Ego dabo eis cor no
uum*, dicit Deus populo Iſraelitico: *Et ego aperiam o
tuum*, dicit Ezechieli. ac ſi diceret: Ego ô Iſrael, il
luminabo intellectum tuum quo in me poſsis cr
dere, & tibi, ô Ezechiel, aperiam os, quò meum
verbum annunciare poſsis. Etenim non modic
gratia eſt, ſi quis me rectè agnoſcat, verbum qu
meum benè annunciet. Quamborem ad propo
ſitum meum vt redeam, dico eandem illam gra
tiam noui cordis, quam dedit Dominus Iſraeliti
co populo, eandemq; benè annunciandi gratiam
quam dedit Ezechieli, perinde Chriſtus bon
quoque latroni largitus eſt; tetigit namque co
eius, quò in ſe crederet, & aperuit os eius qu
ſe laudaret. Vbertinus dicit: Inſignis conciona
tor ſanè in Eccleſia Dei fuit hic latro, quod ipſo
quodammodo Apoſtolos fide ac prædication
ſuperarit. Cupisne vt maiora, inquit Rabanus
ſanguis Chriſti miracula operetur, quàm cùm e
prædone raptoreque adeò eximiũ cõcionatorem
fecit? Suggeſtũ, ex quo concionatur, erat crux: cõ
cionator latro: ſanctus ille de quo cõcionabatu
erat Chriſtus: Eccleſia in qua concionabatur, era
mons Caluariæ: auditores excipientes concio
nem eius erant Iudæi: thema ſuper quo concio
nabatur, erat, *Neque tu times Deum*: & quod con
cionabatur erat, vt Chriſti opera eleuaret, a
que ſocij impudentiam retunderet.

*Latro Con
cionator
fuit.*

*Quod ſit of-
ficium Con-
cionatoris.*

Officium prædicatoris eſt, ſecreta referar
vitia exſtirpare, & virtutes inſerere, dicit in Mo
ralibus Gregorius, quo ſalutem homines conſe
quanti

quantur. Quod maius potest referari secretum, quàm quòd confiteatur & prædicet crucifixum hominem, Deum esse? Quis vnquam adeo vitia redarguit atque hic bonus latro? seipsum namque agnouit malefactorem, alterumque accusauit vti blasphemum. Quis vnquam ita viam modumque consequendæ salutis docuit, atque hic bonus latro, quippe qui omnium illam primus ingressus est? In quatuor partes hic bonus latro concionem suam diuisit. Prima erat cum redargueret complicem ac diceret: *Neque tu times Deum.* In altera vero accusauit seipsum, cùm diceret, *nos quidem iustè patimur.* In tertia excusauit Christum, dicens: *Hic autem quid mali fecit?* In quarta Christum pro indulgentia peccatorũ suorum rogauit, dicẽs: *Domine memento mei.* Cùm ergo hic concionator sit, suggestũ nouũ, noua concionis materia sit, æquũ est, vt diligẽter attẽdamus concioni eius, atque opere ipso expleamus, quæ cõsulit nobis. *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius*; dicit Deus per Prophetam Ezechielẽ, ac si diceret: O pertinax Synagoga, cùm recuses credere, quæ dico: nec facere quæ præcipio; decreui deinceps non contẽdere tecum, nec vllius peccati ergo arguere, sed tanquam inemendabilem te dimittere. O quàm mœstum hoc verbum, ò quàm terribilis vox, quòd Deus dicat, non velle se nos dirigere in eo, quod facere debemus, nec velle nos arguere eius, quod malè faciamus? Si namque à nobis suam misericordem manum auersurus est, quò audebimus nos deponere manus nostras? Rogo te, dic mihi, quid possumus nos, q d valemus, & quid per nosmetipsos scimus, nisi à Domini manu in nostris instru-

Concionis Latronis partes quæ sint.

Ezech. 16.

instruamur operibus,& de erroribus nostris m

Quidsit, Deum nō amplius irasci velle.

neamur? Quod Deus per Ezechielem dicat, no irasci amplius illum velle, signum est illum ne bis omnino iratum esse. Ita namque proprieta Dei fert, vt nunquam iracundior sit, quàm cùn nos videt peccantes, neque tamen puniat. O m tis Domine Iesu, ô lux animæ meæ, quæso te, n mihi auferas tuum zelum, nec remittere manu tuam ad puniendum me velis. Sed quamprimur pecco, illico me punias. sic enim me citius con uertam, tantoque meliorem vitæ meæ rationen inibo. Si Paterfamilias non coarguat aut punia petulantem seruum, signum est quòd velit illun dimittere: & si ægroto quælibet edendi faculta fiat, signum est eum continuò moriturum. perin de etiam, si Deus nobis frenum laxet, signum est pleno passu vitia nos patraturos, atque varijs er roribus futuros obnoxios. O quàm obstinatus il

In vitijs obstinatus quis sit.

le est in vitijs, cui Deus dicit, *auferetur zelus meus a* te: tantundē enim est, ac si Dominus diceret, quòd zelari amplius nos recusaret, sed deinceps nihil facere, neque peccaminosam vitam punire sta tuisset.

Zelus alter sanctus, alter vulgaris est in S. scriptura

Duplex in scriptura zelus est, alter sanctus ac laudabilis zelus, quem erga nos Deus habet; & alter ordinarius est ac vulgaris, quem in proxi mū nostrū gerimus. Vterq; nobis est necessarius, quippe amor proximi nō tantum importat secū, vt non sustentationi modòattendamus proximi; sed etiam saluti eiusdē studeamus. Quid iuuat a mice mi, si proximo tuo adiumento sis ipsa pecu nia, si in peccatis perennare permittis? O quanto melius est, si proximo extenuare peccata ac demi nuere iuuemus, quàm si fortunas eius augeamus?

Eto-

Etenim in hoc mundo non est maior thesaurus, quàm puræ conscientiæ possessio. Magnũ zelum erga alterum habuit bonus latro, arguebat quippe illum ideo quod blasphemus esset, & vt Christianus fieret, suadebat, adeò vt loco illius, quòd in furãdo sibi præsto fuisset, ipse modò bene moriendi ratione doceret. Chrysostomus dicit: Iã diu erat, quòd conuenerant illi duo latrones, vt quæcunque furarétur ea inter se diuiderẽt. Ideoque postquam in cruce bonus latro sustulisset paradisum, libẽtissimè prædã illam cum socio diuisisset: verum Christus Dominus eiusmodi prædæ nolebat consentire, neque malus latro merebatur. O quàm magnã charitatem, ô quam inauditam bonitatem bonus latro in malum vsurpauit latronem? Cùm enim ipse factus esset Christianus, alium quoque Christianum facere voluit: & cùm hæres cæli factus esset, secum aliũ conducere voluit: & cùm sibi remissionẽ factã sciret, etiã alteri eandem voluit obtinere; si modo in Christũ credere, ac complicem suum sequi voluisset.

Peculiariter aduertendum esse, dicit Chrysostomus, quod suo socio dixerit bonus latro: *neque tu times Deum*, ac deinde Christo: *Domine memento mei*. Ex illo enim colligere habeo, bonũ latronem ideo meritum beatitudinem esse, quòd tãta cum sollicitudine socij salutem procurarit. Non possumus, teste Remigio, maius nec gratius exhibere obsequium, quàm si proximo salutem suã procuremus: & contrà, grauius offendere Deum nõ possumus, quàm si eum ad damnationẽ promoueamus. Etenim appareret, acsi profusionem sanguinis eius aspernaremur, quandoquidem non laboraremus, vt impendatur benè, tum verò

Sanguis Christi quãdo refellè impẽditur.

verò precioſum eius ſanguinem rectè impendi
mus, quando Chriſti precioſus ſanguis fratribus
noſtris vtilis eſt ad ſalutem. Aliàs enim dicere
poſſumus, per illum bene profuſum, per nos ve
rò malè expenſum eſſe. Quod melius poſſem le
gere ſacrum, quod gratius poſſum offerre ſacri
ficium, quàm ſi proximum meum, quem ille
peccatis liberauit, auerſum à peccatis ſuis faciã
Et fratrem auerſum tum à peccatis facio, quan
do eum caſtigo verbis, operibuſque bonum ill
exemplum præbeo. Etenim ne offendatur Deus
non modo debemus fratrem noſtrum monere
ſed etiam ſimodo poſſumus, verbis perſtringere

Quis audeat modo, inquit Cyprianus, id fa
cere quod Phinees fecit, qui pugione ſuo arro
gantem Hebræum illum atque impudẽtem Mo
abitiden tranſadegit? Quis modo, vti Samuel fe
cit, inobedientiam Saulis defleret? Quis, vt Iob
conſurgeret diluculo, atque pro peccatis filior
pacifica holocauſta offerret? Quis, vt Aarõ Pha
raoni minaretur, vt ſynagogam dimitteret, qu
ſuum illa Deum coleret? Quis vti Ieremias a
caligationem vſque plãgeret, quòd in captiuita
tem Babylonicã populus abduceretur? Iam nũ
euanuit zelus ſanctorum, nunc ille calor probo
rum intepuit, iam nunc pœna improborum ob
liuioni data eſt. Quantum ipſam correctionem
caſtigationemque attinet, mauult amicus mod
amico blandiri, ſuamque conſciẽtiam ſeponere
quàm pudorem corripientis ſeponere. Profe
ctò non pudor, ſed impudentia; non charitas, ſe
immanitas eſt, ſi permittam vt proximus meu
in damnationem trahatur, non aliaſarè de cauſa
quàm quod corrigere eum ac caſtigare omittam

ſubm

subinde namque conuerterẽtur impij à viis suis pessimis, si monerentur ab amicis ac corrigerentur. Cùm in singula momenta nó desinamus impingere, nec peccare, tum grauiter, tum minus grauiter: quare alios amicos sociosque deposcimus, nisi vt nos manuducant ne labamur, alteraque si lapsi simus, nos erigant manu? Nemo intermittat corrigere proximum ac amicum ex timore, qua si illum offensurus esset. Si namque deinceps ille rationes suas subducat, inueniet sese præclarum opus præstitisse. Sæpe namque bona admonitio est mẽlior, quã pecunia data mutuo. *Corripere proximum bonum est*

Quare bonus latro non corripuit latronem malum ideo, quòd Christum non diligeret, sed quod Deum non timeret. vbi pulcherrima etiam de timore Dei intexuntur.

CAP. XIX.

Actor. 9.

ECCLESIA quidem habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Spiritus sancti replebatur, dicit S. Lucas, ac si diceret: Posteaquam S. Stephanus morti datus est, ac conuersus S. Paulus, tanto magis Ecclesia Dei profecit, quanto magis in timore Dei fundata erat, in qua nulla quoque consolatio admittebatur, quam Spiritus S. non immitteret. Excellenti stylo inprimis hic monet nos S. scriptura, quanti nostra interfit vt timeamus Dominum, atque præcepta illius seruemus. Non enim Ecclesia primitiua florere, ac crescere incepisset, nisi timere Dominum, ac S. Spiritus consolationẽ quærere contendisset. In triumphante Ecclesia, inquit August. operatur charitas & timor sociantur. Quanto namque maior est charitas, qua diligo amicum meum; tanto magis offendere eũ ac læ- *Deus timẽdus eiusque præcepta seruanda sunt.*

ac lædere reformido. Tametsi filius Dei dicat, inquit Cyrillus, *ignem veni mittere in terram*, id est, quòd charitati inædificarit Ecclesiam, non tamen ab ea charitatem abstraxit. Etenim Deus cùm non modo iustus sit, sed etiam misericors, obligati vtique sumus perinde eius iustã iustitiã timere, quàm ingẽtem misericordiam adamare. Cum legem veterem daret Deus Moysi, non modò cum magno tonitru ac fulgure dedit, sed adiectione minarum pœnarumque grauissima, nõ alia de caussa, nisi vt Hebræi haberent caussam seruandi legem, nec vllius caussa soluendi. Cùm Pharao omnibus obstetricibus in AEgypto præciperet, omnes pueros Hebræorum præfocare, nec illæ propter timorẽ Dei facerent; in suis eas diuitiis instruxit ædibus, quandoquidem illis ex fidei defectu non poterat gloriam conferre. Vale de scriptura commendat Abdiam aulæ Regis Achab præfectum, quòd, postquam occidi oẽs Prophetas Domini impia Iezabel iusserat, decem eorum abdiderit, quoad ista sæuitia ac lanienã Reginæ duraret. Quod bonus Abdias non modo ex charitate fecit, quã erga Prophetas gerebat; sed etiã ex timore, quo in Deũ ferebatur. Cùm Iosaphatiudices in vrbibus Iudę collocaret, non aliis illis instructionẽ dedit, quàm vt Deum timerẽt, sollicitique populi essent, quo a Deo populoque vniuerso amarentur. De S. Tobia legimus, quòd postquam filium ab vberibus matris remouerat timorem Domini eum docuerit: nunquamque alium inter amicos repoluerit, nisi ante sciuisset Deum illum timere. Perfecti homines, non Dominum solum diligunt, atque vt Dominũ timẽt, sed etiam cum illis conuersari recusant, qui De-

Perfecti hõ timentes Deum recusant.

no

non timent. Quamobrem Abrahã ab Chaldæis abiit, & Loth à Sodomitis. Homo bonus ipsa charitate mulcendus est, non verò malus atque arrogans ipso est timore, [illegible] excellendus. Magis nãq; solet se malus cõuertere, timore infernalis pœnæ, quàm desiderio gloriæ cœlestis. Si perinde Deus, teste Irenæo, omisisset infernũ facere, atque ipsum paradisum fecit, pauci Deum colẽtes inuenirentur, plurimi verò offendentes. Si namque vni impio facultas mundo fruendi detur, parum si cœlum illi adimatur, curabit. Verba illa Psalmistæ, *Cælum cæli Domino, terram autem dedit Filiis hominum*, gestabat quidam grundanus, exsculpta in metallo. At explicatio horum verborum talis erat. Tu Domine tibi reserua cœlum, mihi vero terram relinque. O maledicta lingua, ô execrandum verbum, vt hic ausus fuit blasphemare Deum suum! Secundum enim rigorem iustitiæ debuisset ille vnus in Infernum descendere, quòd renunciasset cœlo, atque in mundo manere satis duxisset. O quantam gratiam illi Deus exhibet, quem à gratia sua non separat, nec à timore sui seiungit. Si namque homo charitatẽ ac timorem habeat, tametsi alia omnis illi desit perfectio, nõ tamen se perditum esse timeat, aut spem salutis amisisse. Quæ omnia ad laudem amplificationemque bonitatis charitatisque boni huius latronis commemoro, qui corripit alterum latronem socium suum, non quòd arrogans ac inuidus esset, sed quod timens Dei non esset, dicens: *Neque tu times Deum*, dans illi intelligere, nulla alia illum de caussa in Infernum descendere, quàm quòd Christum despicatui haberet. *Psaml. 113.*

Quare malus latro ad Infernum descendit.

Considerãdum itidem est, quare bonus latro

stus mori. Suadebant Christo Iudæi sicut hic latro vt de cruce descenderet: quod Filius Dei, tantum abest, vt fecerit, vt etiam audire renuerit. Si namque reliquisset crucem, debuisset vniuersus mundus crucifigi. Bernardus dicit, Non rogo te, ò mitis Domine Iesu, non rogo te, vt de cruce descendas, sed vt me in illam contollas. Iustius multò namque esset, vt ego pro te damnarer, quàm pro me, te crucifigi. Ex commemoratis ergo collige, quàm magni nos cordis egeamus, quo opus bonum, atque inprimis præstans peragamus. Statim enim hostes ad seducendum adsunt, ad pruritum suscitandum caro, ad impediendum homines, ad contristandum mundus.

De Charitate, quam bonus latro gerebat erga malum: & quomodo coarguerit illum atque monuerit.

CAPVT XVIII.

Rom. 5. CO Mmendat Charitatem suam Deus in nobis, dicit Apostolus, ac si diceret: O Romani, Dominus ille ac Deus omnium quem vobis prædico, nullam rem tontopere vobis commendat, atque mutuam dilectionem ex toto corde. Quam proximis dilectionem impendetis, non quia vos diligunt, sed quia seruiunt Deo. Multa S. Paulus prædicauit ac scripsit, quæ partim admonent, quæ partim instruunt nos, partim consolantur. Vbi & ille locus est quem modo tractamus. Enimuerò si cum diligentia aliqua legamus, & attento animo ponderemus, reipsa inueniemus illum omnia nobis dare, quæ habet, ac nos diligere sicut oportet. Ad explicationē huius Apostolici verbi accuratiorē, supponendum

nendum est, perpetim charitatem Dei ac gratiam coniunctas esse; adeò vt nullus charitatem Dei habere possit, qui gratiam Dei non possideat: hanc verò quisquis possidet, non potest nō intrare gloriam Dei. Damascenus dicit, Charitatem & gratiam esse vnam gratiam, & maximam, quæ de cœlo descendit. Et gratia vocatur, quia sublimis est, & vocatur charitas, quia vnit nos ac coniungit, adeò vt quando nobis suam commendat charitatem, tantùm de se sit, ac si nobis suam charitatem crederet. Quid significat Deum nobis suæ Charitatis depositum commēdare aliud, nisi vt intueamur nos ac pensitemus quantalibet ille nos charitate dilexerit, & etiam nunc diligat ac gubernet? O quàm insigne depositum, ô quàm felix creditum erat, cùm Deus nobis suam charitatē æternam crederet, immensam gratiā ac amorem infinitum! quas ideò nobis dedit virtutes, vt ijsdem grati essemus in se, ac cœlestē illis gloriā emeremus. Quod mutuam dilectionē adinuicē gratiāque commēdet Deus, quid aliud est quā quod ijsdē nos gratiosè donet? Et nisi ijs nos donasset, potuisset tamē easdē asseruare ac custodire alibi, licet in nobis nō deponerēt: sed dicit quod cōmendet nobis, nō verò det; quò industriæ attēdamus ne perdamus illas, quandoquidem sine illis saluari nequimus.

Charitas & gratia Dei sunt coniunctæ.

Sine illis saluari nequimus.

Amicus vnus alteri potest, inquit Beda, aurum, argentum suaque monilia donare: verum amorem quem in corde circumfert, dare nō potest: solus Dei Filius est, qui suum nobis amorē charitatemque simul & exhibuit & dedit. Suam charitatem exhibuit, cùm humanam naturam susciperet: suam charitatem ostendit,

cum gratiam suam communicaret: adeò vt priore charitate nos seruituti exemerit, posteriore verò in filios adoptarit. In figura altare cauum inaneque fuit; at altare Ecclesiæ firmum solidúmque stat; illa enim ardenti charitate bonitateque quam in illâ fert Christus est solidata. Bene perpendendum est, Deum non commendare nobis fidem, spem, patientiam ac castitatem, sed charitatem solum, vtique vt nos erudiat non modo nos magni debere facere dona, quæ nobis largitur, sed maioris charitatem, in qua largitur, debere facere. Isidorus dicit, omnes quas nobis Deus gratias promittit, omnesque quas nobis suggestiones immittit, ad illum finem directæ sunt, vt ei gratias agamus, & quo amice benigneque cum proximo conuersemur. Quid deest illi, cui charitas non deest? & quid habet ille, qui charitatem non habet? Amabilem misericordémque hominem manuducit Deus, ne excidat à fide sua, ne spem perdat, ne temeret castitatem, ne humilitatem abijciat. Nam apud seuerum tribunal illud nemo timere habet, quòd seuerè cũ illo sit instituendus processus, si modo charitate in hac vita se præclarè ornarit. In quo alio putas, inquit Hieronymus, Christianam charitatem consistere ac salutem animæ, nisi in illo, vt scilicet Christo ex toto corde seruiamus, ac proximorum vtilitati studeamus? Possumne fratri meo maiorem vtilitatem adferre, quàm si illum à recta via declinantem, in candẽ restituã, atque impium illum ac malum errigam? Castus ac verus amor, dicit Beda, patitur se diuidi Deum inter ac proximum, illa tamen lege, ne præsumptuosus ac arrogans proximus sit, sic enim optare qui

Charitatẽ qui habet, omnia habet.

In quo consistat vera charitas.

re quidem illi salutem possumus, cõsortium tamen eius vitare debemus. Quem discursum nõ alia de causa induxi, quàm vt summam illã charitatem ostenderem, quam erga malum latronẽ bonus tulit, quippe in ipsa cruce in bono dirigere illum, ac stolidæ reprehensionis, qua Christũ notarat, redarguere voluit: inquiens, *neque tu times Deum, qui in eadẽ damnatione es:* ac si diceret: Omi dilecte socie ac frater, miror te, quod tametsi tã malè vixeris, mortique modo sis proximus, tu tamen magis hunc Prophetam lingua crucifigere nitaris, quàm clauis carnifices: clauis nãque aperiuntur venæ, sed tua sæuidicta ac maledicta interiora animi depascuntur. Pauca locutus verba est hic latro, at multa in ijs mysteria continentur: atque ideo necessarium est, cum animaduersione vt legantur, & cum grauitate vt scribantur. Ante omnia autem aduertendũ est, tãmetsi Deus Dominus noster sit in omnibus per potẽtiam, est nihilominus magis in corde linguisque nostris per gratiam. His namque duobus membris maximè inseruire illi, ac maximè etiam offẽdere illum solemus. Augustinus dicit: Fatigantur oculi videndo, audiendo aures, manus laborando, ambulando pedes, nunquam tamen cor cogitando, ac lingua loquendo fatigatur.

Cor & lingua nunquã fatigantur.

Cor mundum crea in me Deus. Et *Pone Domine custodiã ori meo*, dixit Rex Dauid. O Deus meus, ô Domine, te rogo, vt innoues cor meum, linguamque custodias. omnia namque mei corporis mẽbra me possunt offendere, verùm cor linguaque mea simul offendere, simulque damnare me possunt. Certissimum signum est, quòd magno loco apud Deum simus, inquit Ambrosius, quã-

Psal. 50. & 140.

Simum nare noa possunt

do ſuam nobis largitur gratiam, quò cor mundum ſit, & cuſtodiatur os. Etenim fundamentum boni Chriſtiani eſt, vt toto corde in Deum credat ſuaque eundem lingua dilaudet. *Ego dabo eis cor nouum*, dicit Deus populo Iſraelitico: *Et ego aperiam os tuum*, dicit Ezechieli. ac ſi diceret: Ego ô Iſrael, illuminabo intellectum tuum quo in me poſsis credere, & tibi, ô Ezechiel, aperiam os, quò meum verbum annunciare poſsis. Etenim non modica gratia eſt, ſi quis me rectè agnoſcat, verbumque meum benè annunciet. Quamborem ad propoſitum meum vt redeam, dico eandem illam gratiam noui cordis, quam dedit Dominus Iſraelitico populo, eandemq; benè annunciandi gratiam quam dedit Ezechieli, perinde Chriſtus bono quoque latroni largitus eſt; tetigit namque cor eius, quò in ſe crederet, & aperuit os eius quò ſe laudaret. Vbertinus dicit: Inſignis concionator ſanè in Eccleſia Dei fuit hic latro, quod ipſos quodammodo Adoſtolos fide ac prædicatione ſuperarit. Cupisne vt maiora, inquit Rabanus, ſanguis Chriſti miracula operetur, quàm cùm ex prædone raptoreque adeò eximiũ cõcionatorem fecit? Suggeſtũ, ex quo concionatur, erat crux: cõcionator latro: ſanctus ille de quo cõcionabatur, erat Chriſtus: Eccleſia in qua concionabatur, erat mons Caluariæ: auditores excipientes concionem eius erant Iudæi: thema ſuper quo concionabatur, erat, *Neque tu times Deum*: & quod concionabatur erat, vt Chriſti opera eleuaret, atque ſocij impudentiam retunderet.

Latro Concionator fuit.

Quod ſit officium Concionatoris.

Officium prædicatoris eſt, ſecreta referare, vitia exſtirpare, & virtutes inſerere, dicit in Moralibus Gregorius, quo ſalutem homines conſequantur

quantur. Quod maius potest referari secretum, quàm quòd confiteatur & prædicet crucifixum hominem, Deum esse? Quis vnquam adeo vitia redarguit atque hic bonus latro? seipsum namque agnouit malefactorem, alterumque accusauit vti blasphemum. Quis vnquam ita viam modumque consequendæ salutis docuit, atque hic bonus latro, quippe qui omnium illam primus ingressus est! In quatuor partes hic bonus latro concionem suam diuisit. Prima erat cum redargueret complicem ac diceret: *Neque tu times Deum.* In altera vero accusauit seipsum, cùm diceret, *nos quidem iustè patimur.* In tertia excusauit Christum, dicens: *Hic autem quid mali fecit?* In quarta Christum pro indulgentia peccatorũ suorum rogauit, dicẽs: *Domine memento mei.* Cùm ergo hic concionator sit, suggestũ nouũ, noua concionis materia sit, æquũ est, vt diligẽter attẽdamus concioni eius, atque opere ipso expleamus, quæ cõsulit nobis. *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius*; dicit Deus per Prophetam Ezechielẽ, ac si diceret: O pertinax Synagoga, cùm recuses credere, quæ dico: nec facere quæ præcipio; decreui deinceps non contẽdere tecum, nec vllius peccati ergo arguere, sed tanquam inemendabilem te dimittere. O quàm mœstum hoc verbum, ô quàm terribilis vox, quòd Deus dicat, non velle se nos dirigere in eo, quod facere debemus, nec velle nos arguere eius, quod malè faciamus? Si namque à nobis suam misericordem manum auerturus est, quò audebimus nos deponere manus nostras? Rogo te, dic mihi, quid possumus nos, q̃d valemus, & quid per nosmetipsos scimus, nisi à Domini manu in nostris instru-

Concionis Latronis partes quæ sint.

Ezech. 16.

instruamur operibus, & de erroribus nostris moneamur? Quod Deus per Ezechielem dicat, non irasci amplius illum velle, signum est illum nobis omnino iratum esse. Ita namque proprietas Dei fert, vt nunquam iracundior sit, quàm cùm nos videt peccantes, neque tamen puniat. O mitis Domine Iesu, ô lux animæ meæ, quæso te, ne mihi auferas tuum zelum, nec remittere manum tuam ad puniendum me velis. Sed quamprimum pecco, illico me punias. sic enim me citius conuertam, tantoque meliorem vitæ meæ rationem inibo. Si Paterfamilias non coarguat aut puniat petulantem seruum, signum est quòd velit illum dimittere: & si ægroto quælibet edendi facultas fiat, signum est eum continuò moriturum. perinde etiam, si Deus nobis frenum laxet, signum est, pleno passu vitia nos patraturos, atque varijs erroribus futuros obnoxios. O quàm obstinatus ille est in vitijs, cui Deus dicit, *auferetur zelus meus à te*: tantundè enim est, ac si Dominus diceret, quòd zelari amplius nos recusaret, sed deinceps nihili facere, neque peccaminosam vitam punire statuisset.

Quidsit, Deum nō amplius irasci velle.

In vitijs obstinatus quis sit.

Zelus alter sanctus, alter vulgaris est in S. scriptura

Duplex in scriptura zelus est, alter sanctus ac laudabilis zelus, quem erga nos Deus habet; & alter ordinarius est ac vulgaris, quem in proximū nostrū gerimus. Vterq; nobis est necessarius, quippe amor proximi nō tantum importat secū, vt non sustentationi modòattendamus proximi; sed etiam saluti eiusdē studeamus. Quid iuuat amice mi, si proximo tuo adiumento sis ipsa pecunia, si in peccatis perennare permittis? O quanto melius est, si proximo extenuare peccata ac deminuere iuuemus, quàm si fortunas eius augeamus?

Eto-

Etenim in hoc mundo non est maior thesaurus, quàm puræ conscientiæ possessio. Magnũ zelum erga alterum habuit bonus latro, arguebat quippe illum ideo quod blasphemus esset, & vt Christianus fieret, suadebat, adeò vt loco illius, quòd in furãdo sibi præsto fuisset, ipse modò bene moriendi ratione doceret. Chrysostomus dicit: Iã diu erat, quòd conuenerant illi duo latrones, vt quæcunque furarẽtur ea inter se diuiderẽt. Ideoque postquam in cruce bonus latro sustulisset paradisum, libẽtissimè prædã illam cum socio diuisisset: verum Christus Dominus eiusmodi prædæ nolebat consentire, neque malus latro merebatur. O quàm magnã charitatem, ô quam inauditam bonitatem bonus latro in malum vsurpauit latronem? Cùm enim ipse factus esset Christianus, alium quoque Christianum facere voluit: & cùm hæres cæli factus esset, secum aliũ conducere voluit: & cùm sibi remissionẽ factã sciret, etiã alteri eandem voluit obtinere; si modo in Christũ credere, ac complicem suum sequi voluisset.

Peculiariter aduertendum esse, dicit Chrysostomus, quod suo socio dixerit bonus latro: *neque tu times Deum*, ac deinde Christo: *Domine memento mei*. Ex illo enim colligere habeo, bonũ latronem ideo meritum beatitudinem esse, quòd tãta cum sollicitudine socij salutem procurarit. Non possumus, teste Remigio, maius nec gratius exhibere obsequium, quàm si proximo salutem suã procuremus: & contrà, grauius offendere Deum nõ possumus, quàm si eum ad damnationẽ promoueamus. Etenim appareret, ac si profusionem sanguinis eius aspernaremur, quandoquidem non laboraremus, vt impendatur bene, tum verò

Sanguis Christi quãdo recte impenditur.

verò precioſum eius ſanguinem rectè impendi-
mus, quando Chriſti precioſus ſanguis fratribus
noſtris vtilis eſt ad ſalutem. Aliàs enim dicere
poſſumus, per illum bene profuſum, per nos ve-
rò malè expenſum eſſe. Quod melius poſſem le-
gere ſacrum, quod gratius poſſum offerre ſacri-
ficium, quàm ſi proximum meum, quem ille à
peccatis liberauit, auerſum à peccatis ſuis faciã?
Et fratrem auerſum tum à peccatis facio, quan-
do eum caſtigo verbis, operibuſque bonum illi
exemplum præbeo. Etenim ne offendatur Deus,
non modo debemus fratrem noſtrum monere;
ſed etiam ſimodo poſſumus, verbis perſtringere.

Quis audeat modo, inquit Cyprianus, id fa-
cere quod Phinees fecit, qui pugione ſuo arro-
gantem Hebræum illum atque impudẽtem Mo-
abitiden tranſadegit? Quis modo, vti Samuel fe-
cit, inobedientiam Saulis defleret? Quis, vt Iob,
conſurgeret diluculo, atque pro peccatis filiorũ
pacifica holocauſta offerret? Quis, vt Aaró Pha-
raoni minaretur, vt ſynagogam dimitteret, quo
ſuum illa Deum coleret? Quis vti Ieremias ad
caligationem vſque plãgeret, quòd in captiuita-
tem Babylonicã populus abduceretur? Iam nũc
euanuit zelus ſanctorum, nunc ille calor proba-
rum intepuit, iam nunc pœna improborum ob-
liuioni data eſt. Quantum ipſam correctionem
caſtigationemque attinet, mauult amicus modò
amico blandiri, ſuamque conſciẽtiam ſeponere,
quàm pudorem correptionis ſeponere. Profe-
ctò non pudor, ſed impudentia; non charitas, ſed
immanitas eſt, ſi permittam vt proximus meus
in damnationem trahatur, non aliaſanè de cauſa,
quàm quod corrigere eum ac caſtigare omittam:

ſubin-

subinde namque conuerterētur impij à viis suis pessimis, si monerentur ab amicis ac corrigerentur. Cùm in singula momenta nō desinamus impingere, nec peccare, tum grauiter, tum minus grauiter: quare alios amicos sociosque deposcimus, nisi vt nos manuducant ne labamur, alteráque si lapsi simus, nos erigant manu? Nemo intermittat corrigere proximum ac amicum ex timore, quasi illum offensurus esset. Si namque deinceps ille rationes suas subducat, inuenier sese præclarum opus præstitisse. Sæpe namque bona admonitio est melior, quā pecunia data mutuo.

Corripere proximum bonum est

Lugere bonus latro non corripuit latronem malum ideo, quod Christum non diligeret, sed quod Deum non timeret. vbi pulcherrima etiam de timore Dei inseruntur.

CAP. XIX.

Actor. 9.

ECCLESIA quidem habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Spiritus sancti replebatur, dicit S. Lucas, ac si diceret: Posteaquam S. Stephanus morti datus est, ac conuersus S. Paulus, tanto magis Ecclesia Dei profecit, quanto magis in timore Dei fundata erat, in qua nulla quoque consolatio admittebatur, quam Spiritus S. non immitteret. Excellenti stylo inprimis hic monet nos S. scriptura, quanti nostra interfit vt timeamus Dominum, atque præcepta illius seruemus. Non enim Ecclesia primitiua florere, ac crescere incepisset, nisi timere Dominum, ac S. Spiritus consolationō quærere contendisset. In triumphante Ecclesia, inquit August. operatur charitas & timor sociantur. Quanto namque maior est charitas, qua diligo amicum meum, tanto magis offendere eū

Deus timēdus eiusque præcepta seruanda sunt.

ac læ-

ac lædere reformido. Tametsi filius Dei dicat, inquit Cyrillus, *iguem veni mittere in terram*, id est, quòd charitati inædificarit Ecclesiam, non tamen ab ea charitatem abstraxit. Etenim Deus cùm non modo iustus sit, sed etiam misericors, obligati vtique sumus perinde eius iustã iustitiã timere, quàm ingẽtem misericordiam adamare. Cum legem veterem daret Deus Moysi, non modò cum magno tonitru ac fulgure dedit, sed adiectione minarum pœnarumque grauissima, nõ alia de caussa, nisi vt Hebræi haberent caussam seruandi legem, nec vllius caussa soluendi. Cùm Pharao omnibus obstetricibus in AEgypto præciperet, omnes pueros Hebræorum præfocare, nec illæ propter timorẽ Dei facerent; in suis eas diuitiis instruxit ædibus, quandoquidem illis ex fidei defectu non poterat gloriam conferre. Valde scriptura commendat Abdiam aulæ Regis Achab præfectum, quòd, postquam occidi oẽs Prophetas Domini impia Iezabel iusserat, decem eorum abdiderit, quoad ista sæuitia ac lanienа Reginæ duraret. Quod bonus Abdias non modo ex charitate fecit, quã erga Prophetas gerebat; sed etiã ex timore, quo in Deũ ferebatur. Cùm Iosaphat iudices in vrbibus Iudę collocaret, non aliã illis instructionẽ dedit, quàm vt Deum timerẽt, sollicitique populi essent, quo a Deo populoque vniuerso amarentur. De S. Tobia legimus, quòd postquam filium ab vberibus matris remouerat, timorem Domini eum docuerit: nunquamque alium inter amicos reposuerit, nisi ante sciuisset, Deum illum timere. Perfecti homines, non Dominum solum diligunt, atque vt Dominũ timẽt, sed etiam cum illis conuersari recusant, qui Deũ

Perfecti nõ timentes Deum recusant.

non

non timent. Quamobrem Abrahã ab Chaldæis abiit, & Loth à Sodomitis. Homo bonus ipsa charitate mulcendus est, non verò malus atque arrogans ipso est timore excellendus. Magis nãq; solet se malus cõuertere, timore infernalis pœnæ, quàm desiderio gloriæ cœlestis. Si perinde Deus, teste Irenæo, omisisset infernũ facere, atque ipsum paradisum fecit, pauci Deum colẽtes inuenirentur, plurimi verò offendentes. Si namque vni impio facultas mundo fruendi detur, parum si cœlum illi adimatur, curabit. Verba illa Psalmistæ, *Cœlum cæli Domino, terram autem dedit Filiis hominum*, gestabat quidam mundanus, exsculpta in metallo. At explicatio horum verborum talis erat. Tu Domine tibi reserua cœlum, mihi vero terram relinque. O maledicta lingua, ô execrandum verbum, vt hic ausus fuit blasphemare Deum suum! Secundum enim rigorem iustitiæ debuisset ille vinus in Infernum descendere, quòd renunciasset cœlo, atque in mundo manere satis duxisset. O quantam gratiam illi Deus exhibet, quem à gratia sua non separat, nec à timore sui seiungit. Si namque homo charitatẽ ac timorem habeat, tametsi alia omnis illi desit perfectio, nõ tamen se perditum esse timeat, aut spem salutis amisisse. Quæ omnia ad laudem amplificationemque bonitatis charitatisque boni huius latronis commemoro, qui corripit alterum latronem socium suum, non quòd arrogans ac inuidus esset, sed quod timens Dei non esset, dicens: *Neque tu times Deum*, dans illi intelligere, nulla alia illum de caussa in Infernum descendere, quàm quòd Chi illum despicatui haberet. *Psaml. 113.*

Quare malus latro ad Infernum descendit.

Considerãdum itidem est, quare bonus latro alte-

stus mori. Suadebant Christo Iudæi sicut hic latro vt de cruce descenderet: quod Filius Dei, tantum abest, vt fecerit, vt etiam audire renuerit. Si namque reliquisset crucem, debuisset vniuersus mundus crucifigi. Bernardus dicit, Non rogo te, ò mitis Domine Iesu, non rogo te, vt de cruce descendas, sed vt me in illam contollas. Iustius multò namque esset, vt ego pro te damnarer, quàm pro me, te crucifigi. Ex commemoratis ergo collige, quàm magni nos cordis egeamus, quo opus bonum, atque inprimis præstans peragamus. Statim enim hostes ad seducendum adsunt, ad pruritum susc itandum caro, ad impediendum homines, ad contristandum mundus.

De Charitate, quam bonus latro gerebat erga malum: & quomodo coarguerit illum atque monuerit.

CAPVT XVIII.

Rom. 5. CO *Mmendat Charitatem suam Deus in nobis*, dicit Apostolus, ac si diceret: O Romani, Dominus ille ac Deus omnium quem vobis prædico, nullam rem tontopere vobis commendat, atque mutuam dilectionem ex toto corde. Quam proximis dilectionem impendetis, non quia vos diligunt, sed quia seruiunt Deo. Multa S. Paulus prædicauit ac scripsit, quæ partim admonent, quæ partim instruunt nos, partim consolantur. Vbi & ille locus est quem modo tractamus. Enimuerò si cum diligentia aliqua legamus, & attento animo ponderemus, reipsa inueniemus illum omnia nobis dare, quæ habet, ac nos diligere sicut oportet. Ad explicationē huius Apostolici verbi accuratiorē, supponendum

nendum est, perpetim charitatem Dei ac gratiam coniunctas esse; adeò vt nullus charitatem Dei habere possit, qui gratiam Dei non possideat: hanc verò quisquis possidet, non potest nō intrare gloriam Dei. Damascenus dicit, Charitatem & gratiam esse vnam gratiam, & maximam, quæ de cœlo descendit. Et gratia vocatur, quia sublimis est, & vocatur charitas, quia vnit nos ac coniungit, adeò vt quando nobis suam commendat charitatem, tantūdem sit, ac si nobis suam charitatem crederet. Quid significat Deum nobis suæ Charitatis depositum commēdare aliud, nisi vt intueamur nos ac pensitemus quantalibet ille nos charitate dilexerit, & etiam nunc diligat ac gubernet? O quàm insigne depositum, ô quàm felix creditum erat, cùm Deus nobis suam charitatē æternam crederet, immensam gratiā ac amorem infinitum! quas ideò nobis dedit virtutes, vt ijsdem gratiosè essemus in se, ac cœlestē illis gloriā emeremus. Quod mutuam dilectionē adinuicē gratiāque commēdet Deus, quid aliud est quā quod ijsdē nos gratios donet? Et nisi ijs nos donasset, potuisset tamē easdē asseruare ac custodire alibi, licet in nobis nō deponerēt: sed dicit quod cōmendet nobis, nō verò det; quò industriæ attēdamus ne perdamus illas, quandoquidem sine illis saluari nequimus.

Charitas & gratia Dei sunt coniunctæ.

Sine illis saluari nequimus.

Amicus vnus alteri potest, inquit Beda, aurum, argentum suaque monilia donare: verum amorem quem in corde circumfert, dare nō potest: solus Dei Filius est, qui suum nobis amorē charitatemque simul & exhibuit & dedit. Suam charitatem exhibuit, cùm humanam naturam susciperet: suam charitatem ostendit,

cum gratiam suam communicaret: adeò vt priore charitate nos seruituti exemerit, posteriore verò in filios adoptarit. In figura altare cauum, inaneque fuit; at altare Ecclesiæ firmum solidúmque stat; illa enim ardenti charitate bonitateque quam in illâ fert Christus est solidata. Bene perpendendum est, Deum non commendare nobis fidem, spem, patientiam ac castitatem, sed charitatem solum, vtique vt nos erudiat non modo nos magni debere facere dona, quæ nobis largitur, sed maioris charitatem, in qua largitur, debere facere. Isidorus dicit, omnes quas nobis Deus gratias promittit, omnesque quas nobis suggestiones immittit, ad illum finem directæ sunt, vt ei gratias agamus, & quo amice benigneque cum proximo conuersemur. Quid deest illi, cui charitas non deest? & quid habet ille, qui charitatem non habet? Amabilem misericordêque hominem manuducit Deus, ne excidat à fide sua, ne spem perdat, ne temeret castitatem, ne humilitatem abijciat. Nam apud seuerum tribunal illud nemo timere habet, quòd seuerè cũ illo sit instituendus processus, si modo charitate in hac vita se præclarè ornarit. In quo alio putas, inquit Hieronymus, Christianam charitatem consistere ac salutem animæ, nisi in illo, vt scilicet Christo ex toto corde seruiamus, ac proximorum vtilitati studeamus? Possumne fratri meo maiorem vtilitatem adferre, quàm si illum à recta via declinantem, in candê restituã, atque impium illum ac malum errigam? Castus ac verus amor, dicit Beda, patitur se diuidi Deum inter ac proximum, illa tamen lege, ne præsumptuosus ac arrogans proximus sit, sic enim optare qui

Charitatẽ qui habet, omnia habet.

In quo consistat vera charitas.

re quidem illi salutem possumus, cõsortium tamen eius vitare debemus. Quem discursum nõ alia de causa induxi, quàm vt summam illã charitatem ostenderem, quam erga malum latronẽ bonus tulit, quippe in ipsa cruce in bono dirigere illum, ac stolidæ reprehensionis, qua Christũ notarat, redarguere voluit: inquiens, *neque tu times Deum, qui in eadẽ damnatione es:* ac si diceret: Omi dilecte socie ac frater, miror te, quod tametsi tã malè vixeris, mortique modo sis proximus, tu tamen magis hunc Prophetam lingua crucifigere nitaris, quàm clauis carnifices: clauis nãque aperiuntur venæ, sed tua fœuidicta ac maledicta interiora animi depascuntur, Pauca locutus verba est hic latro, at multa in ijs mysteria continentur: atque ideo necessarium est, cum animaduersione vt legantur, & cum grauitate vt scribantur. Ante omnia autem aduertendũ est, tãmetsi Deus Dominus noster sit in omnibus per potẽtiam, est nihilominus magis in corde linguisque nostris per gratiam. His namque duobus membris maximè inseruire illi, ac maximè etiam offẽdere illum solemus. Augustinus dicit: Fatigantur oculi videndo, audiendo aures, manus laborando, ambulando pedes, nunquam tamen cor cogitando, ac lingua loquendo fatigatur.

Cor & lingua nunquã fatigantur. Psal. 50. & 140.

Cor mundum crea in me Deus. Et *Pone Domine custodiã ori meo,* dixit Rex Dauid. O Deus meus, ô Domine, te rogo, vt innoues cor meum, linguamque custodi as. omnia namque mei corporis mẽbra me possunt offendere, verùm cor linguaque mea simul offendere, simulque damnare me possunt. Cerrissimum signum est, quòd magno loco aqud Deum simus, inquit Ambrosius, quã-

Simmanare non possunt

do ſuam nobis largitur gratiam, quò cor mundum ſit, & cuſtodiatur os. Etenim fundamentum boni Chriſtiani eſt, vt toto corde in Deum credat ſuaque eundem lingua dilaudet. *Ego dabo eis cor nouum*, dicit Deus populo Iſraelitico: *Et ego aperiam os tuum*, dicit Ezechieli. ac ſi diceret: Ego ò Iſrael, illuminabo intellectum tuum quo in me poſsis credere, & tibi, ô Ezechiel, aperiam os, quò meum verbum annunciare poſsis. Etenim non modica gratia eſt, ſi quis me rectè agnoſcat, verbumque meum benè annunciet. Quamborem ad propoſitum meum vt redeam, dico eandem illam gratiam noui cordis, quam dedit Dominus Iſraelitico populo, eandemq; benè annunciandi gratiam quam dedit Ezechieli, perinde Chriſtus bono quoque latroni largitus eſt; tetigit namque cor eius, quò in ſe crederet, & aperuit os eius quò ſe laudaret. Vbertinus dicit: Inſignis concionator ſanè in Eccleſia Dei fuit hic latro, quod ipſos quodammodo Apoſtolos fide ac prædicatione ſuperarit. Cupisne vt maiora, inquit Rabanus, ſanguis Chriſti miracula operetur, quàm cùm ex prædone raptoreque adeò eximiũ cõcionatorem fecit? Suggeſtũ, ex quo concionatur, erat crux: cõcionator latro: ſanctus ille de quo cõcionabatur, erat Chriſtus: Eccleſia in qua concionabatur, erat mons Caluariæ: auditores excipientes concionem eius erant Iudæi: thema ſuper quo concionabatur, erat, *Neque tu times Deum*: & quod concionabatur erat, vt Chriſti opera eleuaret, atque ſocij impudentiam retunderet.

Latro Concionator fuit.

Quod ſit effectum Concionatoris.

Officium prædicatoris eſt, ſecreta referare, vitia exſtirpare, & virtutes inſerere, dicit in Moralibus Gregorius, quo ſalutem homines conſequantur

quantur. Quod maius potest referari secretum, quam quòd confiteatur & prædicet crucifixum hominem, Deum esse? Quis vnquam adeo vitia redarguit atque hic bonus latro? seipsum namque agnouit malefactorem, alterumque accusauit vti blasphemum. Quis vnquam ita viam modumque consequendæ salutis docuit, atque hic bonus latro, quippe qui omnium illam primus ingressus est? In quatuor partes hic bonus latro concionem suam diuisit. Prima erat cum redargueret complicem ac diceret: *Neque tu times Deum.* In altera vero accusauit seipsum, cùm diceret, *nos quidem iustè patimur.* In tertia excusauit Christum, dicens: *Hic autem quid mali fecit?* In quarta Christum pro indulgentia peccatorũ suorum rogauit, dicẽs: *Domine memento mei.* Cùm ergo hic concionator sit, suggestũ nouũ, noua concionis materia sit, æquũ est, vt diligẽter attẽdamus concioni eius, atque opere ipso expleamus, quæ cõsulit nobis. *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius;* dicit Deus per Prophetam Ezechielẽ, ac si diceret: O pertinax Synagoga, cùm recuses credere, quæ dico: nec facere quæ præcipio; decreui deinceps non contẽdere tecum, nec vllius peccati ergo arguere, sed tanquam inemendabilem te dimittere. O quàm mœstum hoc verbum, ô quàm terribilis vox, quòd Deus dicat, non velle se nos dirigere in eo, quod facere debemus, nec velle nos arguere eius, quod malè faciamus? Si namque à nobis suam misericordem manum auersurus est, quò audebimus nos deponere manus nostras? Rogo te, dic mihi, quid possumus nos, q̃d valemus, & quid per nosmetipsos scimus, nisi à Domini manu in nostris

concionis Latronis partes quæ sint.

Ezech. 16.

instru-

instruamur operibus,& de erroribus nostris moneamur? Quod Deus per Ezechielem dicat, non irasci amplius illum velle, signum est illum nobis omnino iratum esse. Ita namque proprietas Dei fert, vt nunquam iracundior sit, quàm cùm nos videt peccantes, neque tamen puniat. O mitis Domine Iesu, ô lux animæ meæ, quæso te, ne mihi auferas tuum zelum, nec remittere manum tuam ad puniendum me velis. Sed quamprimum pecco, illico me punias. sic enim me citius conuertam, tantoque meliorem vitæ meæ rationem inibo. Si Paterfamilias non coarguat aut puniat petulantem seruum, signum est quòd velit illum dimittere: & si ægroto quælibet edendi facultas fiat, signum est eum continuò moriturum. perinde etiam, si Deus nobis frenum laxet, signum est, pleno passu vitia nos patraturos, atque varijs erroribus futuros obnoxios. O quàm obstinatus ille est in vitijs, cui Deus dicit, *auferetur zelus meus à te*: tantundé enim est, ac si Dominus diceret, quòd zelari amplius nos recusaret, sed deinceps nihili facere, neque peccaminosam vitam punire statuisset.

Quidsit. Deum nō amplius irasci velle.

In vitijs obstinatus quis sit.

Zelus alter sanctus, alter vulgaris est in S. scriptura

Duplex in scriptura zelus est, alter sanctus ac laudabilis zelus, quem erga nos Deus habet; & alter ordinarius est ac vulgaris, quem in proximū nostrū gerimus. Vterq; nobis est necessarius, quippe amor proximi nō tantum importat secū, vt non sustentationi modòattendamus proximi; sed etiam saluti eiusdē studeamus. Quid iuuat amice mi, si proximo tuo adiumento sis ipsa pecunia, si in peccatis perennare permittis? O quanto melius est, si proximo extenuare peccata ac deminuere inuenius, quàm si fortunas eius augeamus?

Eto-

Etenim in hoc mundo non est maior thesaurus, quàm puræ conscientiæ possessio. Magnũ zelum erga alterum habuit bonus latro, arguebat quippe illum ideo quod blasphemus esset, & vt Christianus fieret, suadebat, adeò vt loco illius, quòd in furãdo sibi præsto fuisset, ipse modò bene moriendi rationẽ doceret. Chrysostomus dicit: Iã diu erat, quòd conuenerant illi duo latrones, vt quęcunque furarẽtur ea inter se diuiderẽt. Ideoque postquam in cruce bonus latro sustulisset paradisum, libẽtissimè prædã illam cum socio diuisisset: verum Christus Dominus eiusmodi prædę nolebat consentire, neque malus latro merebatur. O quàm magnã charitatem, ô quam inauditam bonitatem bonus latro in malum vsurpauit latronem? Cùm enim ipse factus esset Christianus, alium quoque Christianum facere voluit: & cùm hæres cæli factus esset, secum aliũ conducere voluit: & cùm sibi remissionẽ factã sciret, etiã alteri eandem voluit obtinere; si modo in Christũ credere, ac complicem suum sequi voluisset.

Peculiariter aduertendum esse, dicit Chrysostomus, quod suo socio dixerit bonus latro: *neque tu times Deum*, ac deinde Christo: *Domine memento mei*. Ex illo enim colligere habeo, bonũ latronem ideo meritum beatitudinem esse, quòd tãta cum sollicitudine socij salutem procurarit. Non possumus, teste Remigio, maius nec gratius exhibere obsequium, quàm si proximo salutem suã procuremus: & contrà, grauius offendere Deum nõ possumus, quàm si eum ad damnationẽ promoueamus. Etenim appareret, ac si profusionem sanguinis eius aspernaremur, quandoquidem non laboraremus, vt impendatur benè, tum verò

Sanguis Christi quãdo rectè impenditur.

verò precioſum eius ſanguinem rectè impendi-
mus, quando Chriſti precioſus ſanguis fratribus
noſtris vtilis eſt ad ſalutem. Aliàs enim dicere
poſſumus, per illum bene profuſum, per nos ve-
rò malè expenſum eſſe. Quod melius poſſem le-
gere ſacrum, quod gratius poſſum offerre ſacri-
ficium, quàm ſi proximum meum, quem ille à
peccatis liberauit, auerſum à peccatis ſuis faciã?
Et fratrem auerſum tum à peccatis facio, quan-
do eum caſtigo verbis, operibuſque bonum illi
exemplum præbeo. Etenim ne offendatur Deus,
non modo debemus fratrem noſtrum monere;
ſed etiam ſi modo poſſumus, verbis perſtringere.

Quis audeat modo, inquit Cyprianus, id fa-
cere quod Phinees fecit, qui pugione ſuo arro-
gantem Hebræum illum atque impudẽtem Mo-
abitiden tranſadegit? Quis modo, vti Samuel fe-
cit, inobedientiam Saulis defleret? Quis, vt Iob,
conſurgeret diluculo, atque pro peccatis filiorũ
pacifica holocauſta offerret? Quis, vt Aaró Pha-
raoni minaretur, vt ſynagogam dimitteret, quo
ſuum illa Deum coleret? Quis vti Ieremias ad
caligationem vſque plãgeret, quòd in captiuita-
tem Babylonicã populus abduceretur? Iam nũc
euanuit zelus ſanctorum, nunc ille calor probo-
rum intepuit, iam nunc pœna improborum ob-
liuioni data eſt. Quantum ipſam correctionem
caſtigationemque attinet, mauult amicus modo
amico blandiri, ſuamque conſciẽtiam ſeponere,
quàm pudorem correptionis ſeponere. Profec-
tò non pudor, ſed impudentia; non charitas, ſed
immanitas eſt, ſi permittam vt proximus meus
in damnationem trahatur, non aliafarè de cauſa,
quàm quod corrigere eum ac caſtigare omittam:

ſubin-

subinde namque conuerterētur impij à viis suis pessimis, si monerentur ab amicis ac corrigerentur. Cùm in singula momenta nó desinamus impingere, nec peccare, tum grauiter, tum minus grauiter: quare alios amicos sociosque deposcimus, nisi vt nos manuducant ne labamur, alteraque si lapsi fimus, nos erigant manu? Nemo intermittat corrigere proximum ac amicum ex timore, quasi illum offensurus esset. Si namque deinceps ille rationes suas subducat, inueniet sese præclarum opus præstitisse. Sæpe namque bona admonitio est mēlior, quā pecunia data mutuo.

Corripere proximum bonum est

Quare bonus latro non corripuit latronem malum? ideo, quod Christum non diligeret, sed quod Deum non timeret. vbi pulcherrima etiam de timore Dei intexuntur.

CAP. XIX.

Ecclesia quidem habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Spiritus sancti replebatur, dicit S. Lucas, ac si diceret: Posteaquam S. Stephanus morti datus est, ac conuersus S. Paulus, tanto magis Ecclesia Dei profecit, quanto magis in timore Dei fundata erat, in qua nulla quoque consolatio admittebatur, quam Spiritus S. non immitteret. Excellenti stylo inprimis hic monet nos S. scriptura, quanti nostra interfit vt timeamus Dominum, atque præcepta illius seruemus. Non enim Ecclesia primitiua florere, ac crescere incepisset, nisi timere Dominum, ac S. Spiritus consolationē quærere contendisset. In triumphante Ecclesia, inquit August. operatur charitas & timor sociantur. Quanto namque maior est charitas, qua diligo amicum meum; tanto magis offendere eū ac læ-

Actor. 9.

Deus timēdus eiusque præcepta seruanda sunt.

non timent. Quamobrem Abrabam ab Chaldæis abiit, & Loth à Sodomitis, Homo bonus ipsa charitate mulcendus est, omnoverò malus atque arrogans ipso est timore, ercellendus. Magis nãq; solet se malus cõuertere, timore infernalis pœnæ, quàm desiderio gloriæ cœlestis. Si perinde Deus, teste Irenæo, omisisset infernũ facere, atque ipsum paradisum fecit, pauci Deum colẽtes inuenirentur, plurimi verò offendentes. Si namque vni impio facultas mundo fruendi detur, parum si cœlum illi adimatur, curabit. Verba illa Psalmistæ, *Cælum cæli Domino, terram autem dedit Filiis hominum*, gestabat quidam Mundanus, exsculpta in metallo. At explicatio horum verborum talis erat. Tu Domine tibi reserua cœlum, mihi vero terram relinque. O maledicta lingua, ô execrandum verbum, vt hic ausus fuit blasphemare Deum suum! Secundum enim rigorem iustitiæ debuisset ille vinus in Infernum descendere, quòd renunciasset cœlo, atque in mundo manere satis duxisset. O quantam gratiam illi Deus exhibet, quem à gratia sua non separat, nec à timore sui seiungit. Si namque homo charitatẽ ac timorem habeat, tametsi alia omnis illi desit perfectio, nõ tamen se perditum esse timeat, aut spem salutis amisisse. Quæ omnia ad laudem amplificationemque bonitatis charitatisque boni huius latronis commemoro, qui corripit alterum latronem socium suum, non quòd arrogans ac inuidus esset, sed quod timens Dei non esset, dicens: *Neque tu times Deum*, dans illi intelligere, nulla alia illum de causa in Infernum descendere, quàm quòd Chi illum despicatui haberet.

Psaml. 113.

Quare malus latro ad Infernum descendit.

Considerãdum itidem est, quare bonus latro

alterum non corripuerit ideo quòd Christum non diligeret, sed quod Deũ non timeret. Cùm charitas perfectos deceat, timor verò imperfectos, bonus latro malo non suasit vt diligeret, sed vt timeret Christum. Diligere nãque adeò eximium munus est, quòd, tametsi multi homines sint, qui discant illud, pauculi tamen comprehendant. Putabat Petrus se Christum diligere, vt oporteret diligere, sed quo Christus illi laudis auiditatem præscinderet, ter interrogauit illum num se diligeret. Docens vtique meritum dilectionis non consistere in eo tantum, vt quis ex toto corde diligat; sed etiam vt mitis Dominus Iesus eandem dilectionem accepteret. Voluntatem quam nos amandi Dei habemus, magis illegitima est quàm legitima. scito namque mi frater, quòd simus expeditiores prõptiores q; ad peccandum quàm amandum. Quãobrem bonus latro non voluit docere suum cõplicem amandi artem, sed timendi, partim quia comprehensionem talis muneris angustiæ temporis impediebant; partim quia cor hominis præceps ad timendum est, ad amandum verò tardum. O de quot hodierno tempore dicere possumus quod bonus latro de malo dixit, nempe, *Neque tu times Deum?* Inuenimus namque multos hominum, qui neque Deum amant, neque colunt, neque timent, nec recordantur, neque vllum perpetrare peccatum negligunt, non quia non volunt, sed quia non audent, eò quod non possint. Estne amicus aliquis in hoc mundo, qui fraternam huiusmodi amico instructionem det? Quis amicorum audeat amico dicere: Ecce frater mi, tu superbus es, detractor,

Ad peccandum quàm amandum prõptiores sumus.

tractor, sordidus, maleuolus, ac fabula in omnium ore es. In illa verba Ieremiæ: *Omnes amici eius spreuerunt eam*, dicit S. Bernardus: Væ mihi ô Domine Iesu, væ mihi, omnes quippe sancti Magistri me educantes mortui sunt: omnes amici mei fideles ablati sunt, quorum tametsi adhuc aliquos habeam, mallent tamen me peruertere quàm conuertere. Pauci inueniũtur boni latrones, qui nos conuertere, multi verò mali atque impij qui nos peruertere laborent, sunt, (cuius sanè sine lacrymarum effusione meminisse non possim) quibus non satis est contegere peccata nostra: sed ad eadem nos quoque incitant. *Hodie amicus amicum non corripit nec audet. Thren. 1.*

Cuidam Athenienſi olim interroganti Platonem, in quo ei aliquod amicitiæ officium posset exhibere, respondit ille: Rogo te velis me corripere, in ijs omnib. quæ malè loquor, atque abstrahere ab ijs omnibus, quæ malè facio: officium nãque ac munus, quod amico meo do est, vt me ad virtutẽ promoueat, atque auocet à vitio. Sanè pauci amicorũ sunt, qui illud præstãt, & pauci homines, qui id ab amicis petãt; hoc enim tẽpore nemo cupit talẽ amicũ, qui in suis illum defectib. corripiat, sed qui illis patrocinetur atque defẽdat. Quid prodest si amicus me liberet ab hostibus me obruentibus; si me interea vitiis mãcipet ac dedat me occidẽtibus? Videmus in cruce vnũ p̃ donẽ alterũ corrigere, vnũ furẽ aliũ, nõ verò Christianũ vnũ alterũ corripere, q̃a in vitiis cõsenescere potius, q̃ ab amicis seseparare volũt. *Nonne qui oderũt te Domine, oderã, et inimici facti sunt mihi*, dicit Regius Propheta Dauid, ac si diceret: O magne Deus Israelis, ô magne Deus domꝰ Iacob, toto vitæ meæ tẽpore conatus fui illos odisse, qui te nõ diligebãt, & seseparauime ab iis q̃ te *Corripere aliquem amicitiæ officium est*

Psalm. 138.

non sequebantur, illosque declinaui, qui tibi nō seruiebant. In quæ verba ita discurrit Cassiodorus. O illustrate Rex Dauid, magna tibi causſa suppetit dicendi illud quod dicis, & faciendi quod facis. Si namque impiis socij illos adiuuātes non essent; & si defectum haberent amicorū illis blandientium, aut breui tempore sanè perirent, aut conuerterentur. Quod amicus amicum in negotiis illis non moneat, quæ ad bona spectant, transit: verùm nō monere eum in ijs quæ conscientiam attinent est intolerabile. Quantum namque Dei offensionem, ac conscientiæ pericula concernit, non deberemus illam nec in patre nos educante permittere, nec in fratre, aut amico nostro hæc tolerare. Nathan corripuit Dauidem, Samuel Saulem, Micheas Achabum, & Helias Iezabel, ac Paulus S. Petrum, non propterea quod in inuicem ipsi deliquissent, sed quod contra Deum fecissent: docentes vtique, illum nos in hostibus numerare debere, qui à Deo non diligatur. Nam quomodo diligi à Deo cupis Domino tuo, si amicus eius sis, quem odit Deus? O quàm necessarium est, loqui cum Propheta; *Nonne qui oderunt te oderam, & inimici facti sunt mihi.* Scito namque mi frater, te nunquam bene posse diligere virtutem, eaque ornatos, nisi antè vitia peccataque oderis ac peccatores, quippe ille vel rarò vel nūquam probus fiet, qui impiorum conuersationi assuescit.

Amici corripiendi & admonendi sunt.

Impiorum cōuersatio fugienda.

Augustinus inquit: Quæ miracula maiora videre aut audire cupis, quàm quæ Filius Dei edidit in sua morte, vbi concionatores in fures, & contra fures in cōcionatores permutantur? Perinde atque noua munia assumebant, sic nouos quoque

quoque sortiebantur effectus, adeò vt vnus illũ in templo vendiderit, alter verò in cruce defenderit. Quis alius vltimus prędo in synagoga fuit, & quis primus in Ecclesia prædicator, quàm hic bonus latro qui secus Christum patiebatur? Quis inquam, tam eximiam concionem, quàm hic ipse latro habuit? Etenim in præsentia omnium, cum contradictione omnium, contemptuque omnium se accusauit, excusauit verò Christũ Filium Dei. *Hic autem quid mali fecit?* Quæ verba non Ethnicus sed Christianus dixit, ac si diceret: Qui erat Deus, ac homo factus est; qui æternus erat, ac in temporalem se conuertit; qui ex immenso se mensurabilem fecit; & cum iudex esset, nihilominus se iudicari passus est, *quid mali fecit?* Qui imprudentes docebat, flentes consolabatur, qui ignoscebat peccatoribus, *quid mali fecit?* Qui surdis auditum reddebat, satiabat famelicos, illuminabat cæcos, & mortuos excitabat, *quid mali fecit?* Qui prædicabat Samaritanæ, qui defendebat adulteram, qui Chananæam sanabat, atque ignoscebat Magdalenæ, *quid mali fecit?* Qui prædicabat fidem, qui interpretabatur legem, qui explicabat Prophetas, atque mundo vniuerso scholam erigebat, *quid mali fecit?* Qui viam nobis tenendam planauit, qui veritatem nobis possidendam se statuit, & gloriam seipsum nobis perfruendam ordinauit, *quid mali fecit?* Qui famem quò ego comederem, passus est, qui ambulauit, quo ego quiescerem; qui passus est, ne ego periculis exponerer; & qui mortuus est, quo ego in vita permanerem, *quid mali fecit?* O maledicti vos Iudæi, ô conscelerati Israelitæ, quid quæso mali vestræ illę synagogæ fecit, qui nunquam bo-

Latronis Concio in cruce qua fuerit.

num toti exhibere mundo destitit? Quòd si cuiusquam reus agi possit, non esset illud aliud, quam quod tantum boni populo vestro præstitisset, nulla namque peius res collocatur, quàm quæ in ingratum populum transfertur. Quis potest, teste Anselmo, intelligere, in monte Caluariæ abomnibus in lege doctis accusatũ Christum fuisse, & tantum vnum latronem illius defensionem susceptisse? Vbi impleta aliàs est prophetia illa: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentum reprobabo*, nisi in arbore crucis, vbi Hebræi te accusabant, excusabat verò latro vnicus ac tuebatur? Ad deprædicandam tuam patientiam, ad exornandam misericordiam; ad tuam bonitatem laudandam, ad defendendam innocentiam, non inuenis testatiorem testem, quàm suspensum furem? O mitis Domine Iesu, bene facis in hoc casu, nemo enim potest melius testimonium de tua charitate syncera dare ac misericordia, quàm diues Zachæus, quem visitasti domi; & D. Matthæus, quẽ assumpsisti; & inhonesta illa Samaritana, quam conuertisti, & adultera, quam defendisti; & bonus latro, cui ignouisti. Cùm in mundum propter peccatores veneris, cum peccatoribus comederis, conuersatus cum peccatoribus fueris, & mortuus pro peccatoribus, qui melius de te testari, ac te placare, atque ipsimet illi peccatores possunt? Non satis erat bono latroni defendisse Christum, atque illi patrocinatum esse; sed continuò cœpit accusare dicens: *Nos quidem iustè patimur, & digna factis recipimus*. ac si diceret: Licet tu & ego, egoque ac tu parum modo patiamur, iustè nihilominus patimur. Etenim secundum quantitatem scelerum nostrorum illa nobis irrogantur

gantur tormenta. Profectò à paucis tale verbum adeoque præclara cõfessio dicta est, sed plurimi illi tamen contradixerũt. Natura namque nostra adeò confusioni aduersatur, & fucatas adeò blanditias amplexatur, vt multo velit libentius tormenta tolerare, quàm peccata fateri. Cùm rogaretur primus pater noster, quare sua mandata transgressus esset, continuò in mulierem culpam, illum seducentem coniecit: & cum rogaretur mulier, quare seduxisset Adamum, reiecit in serpentem culpam, adeò vt loco cõfessionis se excusare contenderint. Væ mihi, inquit S. Augustinus, væ mihi: à patre namque meo hæreditaui peccatum, à matre mea excusationem, à Diabolo mendacium, à mundo calumniam, à carne dissimulationem, à meipso superbiam: adeò vt non modo malus sim, sed etiã pro bono haberi cupiam. Scribit alibi in hunc sensum Lucilio Seneca: Nihil noui, quod hinc tibi scribã habeo, nisi quòd mœnia Romana corruerint, quod deserta delubra sint, quòd sacerdotes aufugerint, quòd thesaurus pecuniarũ ablatus sit, quod senes mortui sint, quod iuniores inflati sint, ac latè dominium omnium vitia teneant. O mi amice Lucili, tametsi hæc magna mala existimes, sunt nihilominus hæc maiora quòd nemo se fateatur reum culpæ cuiusquam: sed quòd dictator culpam in Consulem, consul in Censorem, ac censor in prætorẽ, prætor in ædilẽ, ædilis in quæstorẽ deuoluat: adeo vt cũ nullus fateri velit culpam; nunquã possimus sperare remedium. O anima mea, ô cor meum, inquit Anselmus, causa quamobrem te non integrè conuertas est, quia nõ facis confessionẽ integrã. Væ mihi, væ mihi *l* ad omnia commissa peccata mea

Peccata nostra fateri semper natura auersatur.

noui excusationem, quod nimirum aut Dæmon me subduxerit, aut amicus exorauerit, aut quod infirmus fuerim, aut mundus mihi imposuerit, aut ipsemet non rectè me disposuerim: adeò vt modo culpabilior sim excusatione atque impudentia, atque ipsa admissione peccati fueram.

Signum probitatis hominis quod sit.

Certissimum signum probitatis hominis est, aut bonitatis, si neminem aliorum ob ea quæ videt accuset, seipsum verò vel maximè ob ea quæ facit accuset.

Cùm Angelus filios Israel puniret in Galgata, illicò fregerunt idola, & vestierunt se laccis. Quare, vt Deus vidit, quòd confiterentur peccata sua, nec se purgarent, non modo ignouit illis, sed etiam solatus est illos. Cùm Rex Bersabeam in domum suam induceret, atque maritum eius in prælium ablegaret, atque ideo Nathan grauissimè eum Dei loco perstringeret ac castigaret, cótinuò fassus est peccatum suum, & absolutionem est consecutus. Quamprimum Elias Propheta Achab coarguit, quòd Naboth lapidari iussisset, illicò flere ac ieiunare cœpit, ac conteri super hoc peccato, quo meritus est, vt priusquá domo pedem Propheta efferret, peccatum illi remissum esset. Quis vnquam syncero ex corde confessus est, cui non ignouit Dominus? Quare putas tam citò latronem remissionem peccatorum adeptum esse, nisi quia Christum excusaret, informaret cõplicem, seque ipsum reũ ageret! O quàm sancta hęc cõfessio, ò quàm dignus ille cui peccata remitterentur, quæ hic bonus latro cõfessus erat! Non enim in Ecclesia, sed Caluariæ monte; non in confessionali, sed in ligno; non clam, sed palàm; non mussitando, sed clamando

Syncerè cõfitentibus Deus libenter ignoscit

agno-

agnouit ac recognouit Filium Dei ſuum Redemptorem, ac ſe peccatorem. O ſancte, ô benedicte latro, inquit Chryſoſtomus, cur non poſtulas relaxari tibi funes quibus ligatus es, atque extrahi clauos, quibus es affixus, & vt domui tuæ ac familiæ attendatur, atque miſerabili tuo corpori prouideatur de ſepulchro? O quàm infinita tua illa fuerit charitas, quam in Chriſtum gerebas, quippe qui tui ipſius eſſes immemor, Chriſti memor, eiusque innocentiam defenderes, tuamque propriam culpam accuſares, & elata voce panderes? Si nos tecum confiteremur, quod confeſſus es, dicentes: *Nos quidem iuſtè patimur*, nõ noxæ id nobis eſſet ſed maximo fructui. Etenim in altera lance ſi ponerẽtur peccata noſtra, & in altera meritæ pœnæ, longè amplius erit quod in nobis diſſimulas, quàm quod punis. Si Deus omnia noſtra peccata ad finem vſque puniret, ſanè celerrimè vita noſtra terminaretur.

Deus plus diſſimulat quàm quod punit.

Quanto gratior Chriſtus in bonum latronem fuerit, quod illi in crucem vſque adhæſiſſet, quàm pincerna Pharaonis erga interpretem ſuum Ioſephum, eiuſdem in carcere concaptiuum.

CAPVT XX.

Genes. 40.

MEmento mei, cùm benè tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere, quia furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacus miſſus ſum: dicit S. Ioſeph ad principẽ pincernam Regis Pharaonis, ac ſi diceret: In gratitudinem tui explicati ſomnij, & vbi perendie rurſum reſtitutus fueris officio tuo, rogo te, memineris mei, qui iam nunc hic biennio iaceo in ſqualore carce-

ris, ideoque cum Rege loqui velis, quo tandem liberer, absque e vlla huc deiectus caussâ. Cum Ioſepho in carcere piſtor ac Regis pincerna erant, & eadem cum nocte ſomniarent, nec intelligerent ſomnia, explicauit Ioſeph ac prophetice prædixit quò piſtor poſt triduum ſuſpendēdas eſſet, ac ad priſtinum munus pincerna rediret. vti verò interpretatio fuit, talis & ſecuta eſt executio. Cęterum biennio cum in carere iacuiſſet Ioſeph, eo quòd temerare Domini ſui coniugem nollet, fideliter pincernam rogauit, vt ſuo nomine ſupplicaret ſemel Regi: verùm adeò ingratus ille fuit, vt nunquam boni nuncij ergo, quem a Ioſepho audiuerat, meminerit. In illos malè affectus eſt Deus, qui ſe non oſtendunt gratos propter acceptam gratiam. Etenim cum regius pincerna immemor petitionis cōcaptiui eſſet, ſcriptura ſanè illum notare velut ingratum, neque agnoſcentem beneficium non fuit immemor. Ingratus in ſocerum Iacob erat Laban, quatuordecim annis illi fideliter ſeruientem. Nam non modo noctu alteram filiarum inſcio obtruſit, ſed miris etiam eum fraudibus in diuiſione bonorum circumuenit. Ingratus Rex Saul in generum ſuum Dauidem; tametſi enim Dauid illi obſequioſus fuerit atque placuerit, quòd illam carneam turum Goliathum ſtrauiſſet; nihilominus lanceam in illum tempore cænæ contorſit, adeò vt ſi non extemplo declinaſſet Dauid, vitam amiſiſſet. Ingratus Rex Ammō in Dauidem erat. loco enim illius, quòd legatos ſuos ad ſolatium illi miſiſſet, mœſto ſuper parentis interitu, præſcindi veſtes eorum medias, atque dimidiam barbæ partem radi iuſſit: hoc prætextu, quòd nō ſe con

Ingratitudo Deo eſt exoſa.

Exempla ingratitudinis.

2. Reg. 10.

se consolatum, sed exploratum terram suam venissent. Ingratus Rex Ioas in Ioiadam sacerdotē summum fuit; tametsi enim ille Regem à pueris educasset, multisque modis profuisset; iussit nihilominus à morte Ioiadæ interfici filium eius, non quòd prodidisset quempiam, sed quod Regis vitia corripuisset, & veluti adulterum castigasset. Ingratus erat Rex Demetrius in ducem optimum Ionathan; tametsi enim Ionathas in extrema obsidione in auxilium aduolasset, & liberasset eum; non tamen habuit deinceps ipso Demetrio maiorem hostem. 4. Reg. 12.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, dicit Dominus per Prophetam Esaiam, ac si diceret: Quid est hoc ô populeus Israel? bos nouit Dominum suum & asinus, tu verò Israel me non nouisti pro Domino tuo, neque eorum benefactorum memores, quæ tibi præstiti. Tanquam homo iratus, teste Isidoro, comparat Deus ingratos iumentis, boui tanquam vasto animali grauique, & asino tanquam stupido. Nemo enim negligit omittere accepta beneficia; nisi fastidiosus molestusque in conuersatione est, & qui stolidus stupidusque conditione est. Nunquid ingratus est stolidus ille, qui seipsum incapacem facit alterius gloriæ, quandoquidem propter priorem gratiam gratus non fuit? Esaiæ 1. *Ingrati iumentis similes.*

Singula vitia peculiares suas residentias ac sedes habent in regnis diuersis; superbia in regno Babyloniæ, Inuidia apud Hebræos, Ira apud Thebanos, Auaritia in Tyro, Gula apud Sidonios, & Magia apud AEgyptios: sola execranda ingratitudo nusquam sedem habet. Tametsi enim ego ingra- *Singula vitia sedes suas in diuersis habent regnis peculiares.*

ingratus sim erga te, non tamen ingratum te esse erga me volo. Non modo laboriosum, sed etiam periculosum est cum ingrato agere: quāprimùm enim resoluit se non soluere debitum, statim creditores suos odisse incipit. Apud Ciceronem legitur: Bisiam Græcū, Osigem Lacedæmonium, Barcaram Thebanum, & Scipionem Romanum, magis delegisse in peregrinis nationibus exulare, quàm cum suis in patria degere, ingratis ob exhibita beneficia. Comicus alibi asserit, proprietatem abiecti animi atque impudentis hominis esse, quòd ab omnibus sibi ministrari sinat, sed contra se ingratum ostendat. Vnde sequitur illum qui ingrato seruit, nulli seruire, eò quòd omnia malè collocata sint quæ ingrato dātur. Dicit AEschines tametsi Atheuæ Thebæque vrbes repletæ fuerunt facinorosis hominibus, plurimi nihilominus illorum ingrati sunt. Cuius caussa est, quòd illos assumamus in amicos, quos non decet, & cum talibus partiamur bona nostra, qui nobis gratiam referre non sciant. Quamobrem neminem putas tibi beneficiorum tributorum ergò gratias agere velle, nisi quod eiusmodi homines inter amicos ponas, quos in vicinis numerare non deberes?

Periculosū est, cum ingratis agere.

Lib. 3. de Leg.

Ingrato seruiens nulli seruit.

Quòd si alicui digno, docente Cypriano, gratiam præstes, certificatus es, quòd ideò tibi gratiam quoque sit relaturus; sed cum alij donas, qui ipse auarus sit, quomodo vt ille in te liberalis existat petis? Quare vt ad meum propositum redeam, tametsi pincerna Pharaonis ingratum se in Iosephum exhibuerit, non tamen talem Christus se erga bonum latronem exhibuit. In cruce namque illi dedit quod meritus erat, & longè

Deus gratū erga latronem se habuit.

longè plus dedit, quàm erat meritus. Et quia indicauimus quid latro ille à Christo petiuerit, æquum est vt quoque indicemus amplius, quidnam Christus latroni dederit, vnde liquidò constabit multò Deum in dando liberatiorem esse, quàm nos in petendo simus. *Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso*: dicit Christus ad latronem, ac si diceret: O amice mi, ô socie, mi latro, putasne me iam nunc officiorum tuorum immemorē, quæ mihi exhibuisti, quando scilicet honoris mei te defendendi cura tetigit, mihique in vltimam vsque horam consortium præbueris? Tanquam Deus tibi polliceor, & tanquam homo tibi iuro, quod etiamnum hodie mecum in paradiso futurus sis ô felix responsio quam veritas ipsa hic latroni bono dat. Etenim priscis temporibus omnia Deo exhibita officia, fortunæ bonis ac temporalibus pensabantur, nimirum vel concessu pacis, aut ablatione pestilentiæ. *Dabo tibi partem vnam extra fratres tuos*, dicit Iacob ad filium suum Ioseph, ac si diceret: Propter labores ac molestias, quas fratris tui caussa suscepisti, ac propter tua mihi exhibita obsequia in senectute mea, omnia tibi pascua atque agros hoc meo testamento delego, quæ *tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo*. Quid est autem hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? Opulenti illi Patres Abrahem, Isaac & Iacob, nihil aliud testamento suis dant, quàm prata, agros, saltus: at tu, qui pauper es, das latroni integrum regnum. In viuis adhuc cum esses, dixisti, *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet*: & nihilominus modò in extremis eiusmodi testamentum condis, quo vnum hæredem integri reg-

Deus liberalior in dando est, quàm nos petendo.

Genes. 48.

Christus liberalior antiquis opulentis Patribus.

gri regni constituas? ô mitis Domine Iesu, ô gloria animæ meæ, benedictum sit os tuum ac benedicta lingua, qua tam insignia verba es elocutus? Indicant namque, quàm sit infinita illa tua remuneratio tuis electis præparata, quandoquidem latrones etiam, prædonesque integris regnis dones. Quid mihi non dabis ô Domine Iesu, qui à pueris te secutus sum, tibique ab adolescentia mea adhæsi, ac seruiui; siquidem latroni toto vitæ suæ tempore prædis vacanti regnum das? Quid respondes ô magne Redemptor latroni? Primo dicis *Amen*, deinde, *dico*: tertio *tibi*: quarto *hodie*: quinto *mecum*: sexto *eris*: septimo *in paradiso*. Sanè magni fecit in cruce latronem bonum Filius Dei. Etenim cum omnibus illis circum crucē stantibus, non nisi septem verba Christus locutus est; adeò vt totidem cum hoc solo verba miscuerit, quot cum illis omnibus.

Quæ sint notanda in verbis latronis dictis.

Dicit Ambrosius. Dignissima esse quæ notentur ac considerentur verba hæc, partim quia à Christo dicta sunt, partim quia in tali loco, nimirum cruce dicta sunt: tertiò, quia latroni dicta sunt: quartò quia tali tempore dicta sunt, quo nimirum moriturus erat Dei Filius. Ideoque illa verba cum tot circumstantijs dicta meritò sunt annotanda. Cùm Filius Dei, teste Bernardo, ille sit, qui est, & cùm in cruce pendeat, & cùm morti appropinquet, & cùm facinoroso latroni loquatur, quis non diceret omnia ipsius opera extendi ad misericordiam, omnesque promissiones eius ad gloriam referri? Quod in cruce faceres, ô Domine Iesu, erat, vt Patrem tuum rogares misericordiam, dicit Anselmus, & ipse patientiam exerceres, proclamares misericordiā, bonoque

Quæ Christo facienda erāt in cruce

bonóque latroni gloriam ſponderes. Et vti vnó hoc ſpopondiſti, ſic etiam præſtitiſti. In quo caſu aduertendum eſt, quòd in cruce Chriſtus à quatuor diuerſi ordinis hominibus compellatus ſit, ſcilicet, à carnificibus: *Vah qui deſtruis templum Dei*: & ab Hebræis, qui dicebant: *Si filius Dei es deſcende de cruce*, & à malo latrone, qui dicebat, *ſalua teipſum & nos*; & à bono latrone, qui dicebat: *Domine memento mei*. Profectò mirabilis res eſt, cum tot homines crucem circumſtarent, nulli tamē horum reſpondere verbis voluerit, præterquam bono latroni, quæ ſanè adeò amabilia verba ſunt, vt ſi optando conſequi poſſem, illa tibi dicta eſſe optarem, ô anima mea. *Quid clamas ad me*, dicit Deus Moyſi, ac ſi diceret: Sine me Moyſes, ſine me, quid clamas, quid me adeò moleſtas?

Memi... prai... La... cum...

Exod. 14.

Si S. Scripturam accuratè inſpiciamus, reperiemus, ne vnicum quidem verbum locutum eſſe Moyſen, nedum ſonorè clamaſſe, & nihilominus queritur Deus de Moyſe, quòd adeò illū moleſtaret 'aureſque obtunderet. Myſterium verò huius eſt, quòd, cùm populus Iſraeliticus ante ſe videret ferum mare, & pòſt eſſent AEgyptij ad cædem eius prompti, murmurabat contra Moyſen quod ſe eduxiſſet ex AEgypto, atque in deſertum ad occumbendum inibi duxiſſet. Cùm ergò Moyſes ſeſe in iſtis deprehenderet anguſtijs, ne verbum quidem Deo dixit, ſed lacrymans ac orans, Deo ſe commendauit. Quæ oratio adeò efficax erat ac præſtans, vt Dominum quodámodo cogeret, quò ſuæ illum petitionis compotem faceret. Moyſes orabat, & non clamabat; flebat, nec loquebatur; gemebat, nec vociferabatur; deſiderabat, nec tamen vrgebat; ſperabat, nec

nec importunus erat. O præclarā importunitātē, sine cuiusquā offensione; ô excelsā petitionē, sine tamen petitione! quippe ad consecutionem eius quod à Deo petimus, longè meliores sunt gemitus quàm clamores, magisque oblatione lacrymarum quid consequimur, quàm inutili volubilitate verborum. Non facit iniuriam Deus hominibus, quòd dicat illum molestasse se, sonoreque clamasse. Non enim petendi ratio inuenitur, quàm oratio; nec amabilior Deo colloquendi modus est, quàm qui cum lacrymarum profusione fit. Circa quid non occupatur ille, qui corde inquietus est, & quid non obtinet ille, quisquis lacrymis quid ambit? Sæpius namque, teste Augustino, exaudit Deus cor orans, tametsi lingua nihil loquatur: nunquam verò linguam exterius loquentem audit, nisi cor interius quoque comprecetur. Propinquior enim multo Deus est cordi, quo illum diligimus, quàm linguæ quacum illi loquimur. Iustissima Deo caussa erat dicendi Moysi, *quid clamas ad me.* Pluris enim æstimabat lacrymas quas funderet Moyses, quàm clamores, quos edebat populus. Vnde est apud Deum pluris valuisse desideria tacentis Moysis, quàm orationes populi exclamantis. Quid est autem hoc, ô magne Deus Israel? Cum populo qui tibi instat clamoribus non loqueris, & Moysi nihil tibi loquenti respondes. Quid est hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? Tametsi Iudæi carnifices que tecum loquātur, taces nihilominus: & vbi vel semel te compellarit latro, respondes? Inter latrones ac carnifices, & inter carnifices ac latrones exiguum discrimen est. vbi enim carnifices funibus vitam adi-

Lacryma superant clamores ad cōquirendum quid.

Inter latrones & carnifices, exi-

adimunt, perinde fures viatoribus pallia subducunt. Impij illi Iudæi qui dicebant Christo, *descende de cruce*, digni non erant, quibus responderetur. Nemo enim Dei Filio dicere debet, vt descendat de cruce, sed vt ascendat, quippe quibus Infernũ adire mens est, descendere debent; quos verò cœli possessio expectat, debent ascendere. Impudentes illi carnifices dicẽres Christo, *Vah qui destruis templum Dei*, digni non erant, vt responsum à Christo ferrent; non enim ideò in mundum venit, vt templo Salomonis suffuraretur lapides, sed vt Deo suo ac Patri animas lucraretur. Perinde quoque indignus malus latro fuit, qui responsum à Christo ferret, cùm diceret: *Salua teipsum & nos*. Sufficiens enim nemo est, vt sua ille potentia Filium Dei coerceat, quo crucem illum ascendere compellat; sed vltro semetipsum in illam coniecit; non vt ab ea fugeret, sed liberaret mundum. Remigius dicit: Quare debuisset benedicti Dei Filius adeò impio respondere latroni, quandoquidem illum rogabat solum, vt vitam illi seruaret proferretque, neque in minimo saluandæ animæ suæ meminisset.

Iudæi, carnifices & latro malus, digni non erant responsione Christi.

Cùm diceret latro Christo, *Salua teipsum & nos*, quid aliud petijt, quàm vt per miraculum, aut a-lijs magicis quibusdam verbis liberaret se à cruce, atque in pedibus suis eum florentem sanumque statueret? Pro ratione charitatis illius, quacũ Christus est mortuus, & pro ratione sanguinis, qui ex Christi corpore profluxit, illi latroni exigua fuisset præda, si Christus illum ab tormentis illis subduxisset. Etenim non venit in mundum vt fures libertati daret, sed saluaret peccatores. Si non rogasset Christum malus latro, teste Cy-

priano vt ſolueret funes eius, vt refigeret clauos, atque à carnificibus eriperet, tormentaque temperaret: ſed vt ſaluaret animam atque exhiberet miſericordiam; ſine dubio benedictus Dominus Ieſus reſpondiſſet illius precibus, earumque illum comporem feciſſet. O quantus fur, huiusque latero furis eſt ille, qui nihil aliud à Deo, quàm honorem, quo ornetur poſtulat; potentiã, qua ſe defendat; robur, quo offẽdat; diuitias, quas vſurpet, libertatem qua imperet; & ſanitatẽ denique, qua vitam in hoc mundo proferat. Verùm qui eiuſmodi à Deo audent petere, perdanimes vtique Chriſtiani ſunt, atque impudentes raptores, quibus ex nunc vaticinor, quòd aut tales ſuſpendendi ſint vt fures, aut vt impij condemnandi. Ex hoc igitur terribili exemplo & nos exemplum ſumamus, vt non cum latrone deſcendere de cruce petamus à Domino, ſed in illa vt nos relinquat: nedum vt vitam nobis proroget ac proferat: ſed potius vt conſciẽtias noſtras perpurget. Quam enim libenter Deus nobis neceſſaria ad ſalutem ſuppeditat, tam illibenter quæ conducibilia ad voluptatem petimus elargitur.

Malus latro quid petierit in cruce.

Quid nos à Domino petere debeamus.

In hoc capite verba boni Latronis: Domine memento mei, deuotis pijſque verbis explicantur.

CAPVT XXI.

Iudith. 8.

QVia patiens eſt Dominus, indulgentiam eius fletu lacrymis poſtulemus ab eo, dicit S. Iudith, ac ſi clarius: Vos mei delecti ciues atque incolæ Bethuliæ, neceſſarium duco vt complicemus manus, genuaque acclinemus humo, Dominumque pro remiſſione peccatorum oremus, quò omnibus deinceps ignoscat, atque ab hoſtibus liberet.

Etenim

Etenim qui estis vos, vt vrbem Assyrijs tradatis, tentando vtique Dominum si intra quinque dies nemo auxilio veniat? Tali medio reuera, gratiam eius non impetrabitis, sed magis ad iram prouocabitis, illum ac furorem. An vos limitem diuinæ misericordiæ ponere vultis, diemque vnum ad vestrum arbitrium constituere? Ne vos armis, sed lacrymis potius onerare contendite; non commeatu vos instruite, sed peccata defiete; magis enim formidare à peccatis vobis debetis, quam ab hostibus pertimescere. Hoc bellũ hancque famem quam patimini, non tyrannicus vobis Holofernes adfert, sed Deus qui in cœlis est, non armis, sed peccatis vestris. Neque enim existimetis vos obsidentes hostes vestros esse, sed diuinæ iustitiæ administros. Atque ideò vindictam sumere non decet quòd patiamur, sed nostris illud peccatis imputemus, sicque putemus hanc vindictam, vindictam Dei ac pœnam esse, ad emendationem nostri non perditionem irrogatam. Quamobrem charissimi fratres, vbique in Bethulia prædicemus atque publicemus, vt ieiunent senes, iuuenes induantur cilicio, orent Sacerdotes, & reliqui plorent, quò Dominus nõ modo defendat præseruetque muros nostros ab hostibus: sed corda etiam à peccatis. Ad quæ verba Iudith obstupuere incolæ, eiusque consilium sunt amplexati. Vnde intra quinque dies decollatus Holofernes est, castra dissipata, liberata vrbs, ac toti prouinciæ pax est reddita.

Misericordiæ diuinæ termini nõ sunt constituendi.

Hostes, di. uinæ iustitiæ sunt ministri.

Hoc inprimis consilium secutus est latro, illique se conformauit, atque erga Christum exhibuit, dum nimirum ante remissionem peccatorũ suorum orat, ac deinde vt secum in gloriam sese

Latro secutus est consilium Iudith.

quis ea locutus sit, nimirum latro; cui dixerit, nempe Christo; vbi dixerit, nempe in cruce; & quando ea dixerit, scilicet paulò ante mortem: adeò vt numeratu facilia sint, difficilia verò intellectu. Vti eloquens Orator exordium suæ orationi facit illo verbo, *Domine*, quo vtique in Christo Deitatem eius atque humanitatem agnoscit, essentiam eius ac potentiam, hæreditatem eius ac dignitatem, iustitiam eiusque liberalitatem deprædicat. Si non credidisset bonus latro, Christum esse potentissimum Regem ac Dominum, non vtique ab illo integrum regnum flagitasset. Sanè præclarum orationis exordium est *Domine*. Nisi enim orans omnia quæ in mundo ipsius domino subiecta agnoscat, non habet expectare, vt aliquam à Deo gratiam obtineat. O eximie latro, inquit Anselmus, ò beate Martyr, quid vides in crucifixo hoc, quod Dominum illum nuncupes, illique te commendes? Quis vidit vnquam aut audiuit quòd fur se furi, vinctus vincto, crucifixus alij se crucifixo commendet? Fœdera illa & amicitiæ quæ in morte ipsa terminari solent, tu inter te ac Christum initium vis sumere in ipsa morte. Ille certè qui Dominus est liber esse debet, & non vinctus; quare ergo tu illum vocas Dominum, qui vinctus & alligatus ligno est, & perinde ac tu est crucifixus? Dominus dies ac potens sit necesse est; quare ergo tu illum vocas Dominum qui in vita sua lacer incessit, & in ipsa morte nudus pendet? Respondeo: Hunc Prophetam, quem inuoco, & cui me commendo, potentissimum Dominum, Regemque iudico quippe ex commiseratione illius obscuratur Sol, scindun-

Quare Dominum eum vocârit.

tur petrę ex mœrore, velum diuiditur à summo vsque ad imum, aperiuntur monumenta præ metu, Christumque illum esse Centurio agnoscit & profitetur.

Psalm. 8. *Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra*: dicit Regius Psaltes, ac si diceret: O magne Deus Israelis, ò magne Domine domus Iacob, nulla alia vtique de causa tantopere celebratur nomen tuum in vniuersa terra, nisi quia potentia tua ac maiestas, omnium aliorum maiestati antefertur. Atque ideò Cassiodorus dicit, nulla alia de causa S. Scripturā, quemquā bis Dominū vocare, quàm Christū; quòd ille solùs & nemo alius regnator cœlorum terrarumque sit, vitæ ac mortis, animæ & corporis, pacisque demum & belli sit Dominus. Pugnacem Hectorem, magnanimū Achillem, Alexandrum Macedonem, ac Romanorum Cæsarem tātum semel Dominos dicimus, quippe qui Reges tantum suorum regnorum fuerūt: at Filio Dei dicimus *Domine, Dominus noster*. Adeò namque magnum amplumque eius est imperium, vt nemo illud limitare, nedum definire possit. Limitatum terminatum, definitum quinis Principum regnum suum habet, ac prouinciam, nimirum ad tectum aut pinnam templi vsque, & nisi credat, ableget geometram, & inueniet non latius sese suam prouinciam proferre. Non ita se res habet cum imperio Filij Dei, illud namque à mundi terminis supra ipsos igneos cœlorum orbes porrigitur.

Nullus in S. scriptura præter Christū bis Dominus vocatur.

Regnum Filij Dei quousque se extendat.

Cùm Dauid bis Christum Dominum vocet, dicens: *Domine Dominus noster*, quare ergo hic latro semel duntaxat illum Dominum nominat, dicens:

dicens: *Domine memento mei?* Mysterium huius arcani est, quòd Dauid Dominum Christum bis Dominum nominet, quo corpus ille suum ab hostibus defenderet, & animam cum beatis abduceret: verùm ideò latro tantum semel voluit Christum vocare Dominum, non quo suum corpus vitamque Christus defenderet, sed animam solum saluaret. Quamobrem non inuenustè quærit Basilius, quare Dauid Dominus dixerit, *Domine Dominus noster?* nimirum, quia ipsè Dominus figuræ, ac veritatis erat, Ecclesiæ ac Synagogæ, Prophetarum & Apostolorum, veteris nouique Testamenti. Quòd verò id nō fecerit bonus latro, caussa est, quia iam completa figura erat, & veritas accesserat: quia Ecclesia nascebatur, sepeliebatur Synagoga: quia mortui Prophetæ erant, ac de nouo suffecti Apostoli; & quia omnino abolita vetus lex, & Euangelium vulgabatur. Quòd bonus latro Christum Dominum vocaret, significat, nos vnum tantum Dominum, in quem credamus, & vnum Redemptorem, quem adoremus, habere. Quòd ergo dicat Christo *Domine memento mei*, tantundem est, ac si dixisset, quòd illum & neminem alium in Dominum assumpsisset cui seruiret; in Deum, in quem crederet; in superiorem, cui obsequeretur; in amicum, cui adhæreret; in Aduocatum, cui se commendaret.

Cur Dauid bis & latro semel Dominum vocet.

SEQVITVR ORATIO QVAM BONVS LATRO IN *cruce pendens Christo obtulit.*

ALTERVM verbum, quod bonus latro cum Filio Dei locutus erat, fuit, *Memento mei*, ac si diceret: Quandoquidem in oculis omnium, omniúque cum indignatione te Dominum esse professus sim, atque hic in cruce te Redemptorem agnoscam: Rogo te ô mitis Domine, velis meminisse mei, quandoquidem te defendere contenderim.

Memento mei, ô mitis Domine Iesu, quia tu me creasti; *memento mei*, quia me redemisti: *memento mei*, quia me illuminasti. Patum enim prodesset mihi si illuminasses me ad te cognoscendum, nisi etiam gratiam mihi des ad me saluandum. *Memento mei*, ô bone Domine Iesu, quia iuxta te pendeo: *memento mei*, quia in te credo: *memento mei*, quia in te confido: *memento mei*, quia in neminem nisi in te spero, quippe cùm me tibi in seruum obtulerim, in eundem me suscipe & accepta. *Memento mei*, quia me extraxisti ex cœno peccatorum: *Memento mei*, quia Christianum me feciſti: *memento mei*, ac bonum effice: *memento mei*, nimirum vt cœlum mihi tribuas, & quod te maximè rogo est, vt, posteaquam mihi vitam dederis, tu mei meminisse velis, ne animam meam perdam. O mitis Domine Iesu, ô dator vitæ, lingua temea compello, corde temeo inquiro ac peto, vt cùm sanguinẽ in hoc ligno profundas, tu mei meminisse velis, ne malè mihi impendatur. Tum verò precioſissimus ille sanguis malè impenditur, quando ingratus ideò sum; ingratus autem ob sanguinem tuum sum, quãdo pluris facio vitia ad recreandum in iis me, quàm precioſum sanguinem tuum ad me eo saluandum.

dum. Quandoquidem pro me adeò infinitum sudorem sudaueris, adeò infinitos dolores sis passus, innumeras persecutiones exsorbueris, & ad immania mea peccata conniueris, quid lucraberis, ô Domine Iesu, quid lucraberis, si animam meam deperdam, & preciosissimi sanguinis tui fructum? *Memento mei* ô domine, quippe qui per meorum indulgentiam peccatorum, salutationemque animæ meæ mundum vno Christiano angebis, implebis sedem in cœlis, & Ecclesiam locupletabis, tuumq; nomen amplificabis atque exaltabis misericordiã. *Memento mei die Sabbathi*, dicit in veteri Lege Deus: *memento dierum antiquorum*, dicit Dominus ad Moysen: *memento quia ventus est vita mea*, dicit S. Iob. *memento quomodo ambulauerim coram te*: dicit Ezechias Rex: *memento mei cùm tibi bene fuerit*, dicit Ioseph ad pincernam Pharaonis in carcere; & *memento mei dum veneris in regnum tuum*, dico ad te, qui hic crucifixus pendeo. Quid vis vt amplius dicam, ô lux vitæ meæ? Iam sũc dedi pecuniam meam lictori, quam habebam; tunicam, qua inducbar carnificibus legaui, complicẽ meum blasphemantem corripui, & vt potui, te defendi, adeò vt nihil amplius dicere habeam, quàm *Domine memento mei*, illamque confessionem, *miserere mei*. Etenim cùm flexis genibus dicam, *memento mei*, & stillantibus oculis, *miserere mei*, quare eiusmodi æquæ petitioni obserare ostium velles tuæ misericordiæ? Cùm vti malefactor condemnatus sis, tua tibi membra discerpta sint vt latroni, & vti blasphemus sis crucifixus: nihilominus in te credo, & ex toto corde me tibi commendo dicens, *Domine memento mei, Domine miserere mei*, quo misericorditer mecum procedas, quia tibi in patiendo sim similis. Vti fur ego morior, & vti fur tu moreris: in monte Caluariæ occidor ego, & in monte Caluariæ occideris tu: circa meridiem condemnor ego, circa meridiem condemnaris & tu; atque adeò vt vicinus metæ viuendi tu es, sic ego morti sum

Deut. 32. *Iob 7.* *Genes. 40.* *Lucæ 2*

ti sum proximus. Quamobrem dico *Domine memento mei, Domine miserere mei*, quò vnà abeamus ex hoc mundo, & vnà ineamus cælum. Quæ namque lex comportat, ô Domine Iesu, vt me in passione crucis pro socio deligas, & nihilominus cum cælo succedis me derelinquas? Si omnino hinc abire vis, omninoque mori stat, quem in adeò arcta via ac tam longa potes melioremasscíscere socium, quam latronem, tibi quoque in ligno crucis cõsociatum? Tuæ afflictæ Matri adhuc vita est necessaria, tuo fratri Ioanni in custodiam illa data est. Petrus discipulus te negauit, quæstor tuus Iudas te vendidit, totus hebraicus populus te blasphemauit. Et ideo cum nullus præterquam ego, ad latus tuum sit, qui te confiteatur, rogo, *memento mei*, vel aliquid in testamento tuo mihi deleges, vel tecum me in paradisum comportes. O Sancte Nazarene, ô benedicte Prophera, si in ventre cœti exaudiuisti, Ionã, in babylonico specu Danielem, in Ægyptia captiuitate Iosephum Ieremiam in obscuro lacu, & Dauidem *miserere mei*. & *tibi soli peccaui*. dicentem, cur me quoque non exaudires dicentem: *Domine memento mei*. Vide ô Domine mi, vide ô socie, iam disrumpi oculos, iam vltimam horam propinquare, iam nũc visum me perdere, auditum perire obmutescere linguam, iam nũc effugere velle animam meam, adeò angusta via, adeò ancipiti tramite, ad quem melius quam ad te me reciperem? *Domine memento mei*. & ô Domine, *miserere mei*. Fur erat Iosue, quippe qui vuam furatus erat ex terra Chanan: Fur erat Dauid, quippe qui scyphum Sauli abstulerat: Fur erat Rachel, nam Patri abstulerat Deos, fur erat Ionathas, quippe qui mel summitate virgæ ex agro abstraxerat. Fur erat Iosaphat, nã infantem Ioam abdiderat: at nullum horum furum suspendi curasti, aut abigi ex domo tua. Quod si ergo furibus bona tua alienantibus ignoscis, quare mihi furi misero nõ ignoscerес, quo tuo hic honori patrocinor, tibique

que vt socius hic adhæresçam? Cum ab antiquo illa apud te cõsuetudo inueterauit, celebrius adeò furibus ignoscere, & dissimulare adeò memorabilia furta; quare mihi ignoscere nõ velles & à peccatis meis absoluere? Cupisne loco commissorum criminum meorum meas lacrymas? vide vt per genas meas decurrunt: Cupisne te placari sanguine: ecce ne vna quidem gutta amplius in corpore meo est? Cupisne vt me flagellem, ecce omnino dilaniatus sum. Cupisne vt contritionem doloremque in peccata mea geram? tum dico *tibi soli peccaui*. Cupisne plenariam satisfactionem? quomodo eam potero præstare, qui vix semihora victurus sim? *Domine Iesu memento mei*, quò illic in altero mundo me tuo Patri concilies, scribas in libro tuo, & in tuam gloriam transferre velis. Etenim fides tui, floret duata xatin Matre tua, & in meo corde residet. O mitis Domine Iesu, *memento mei*: quò, tametsi ante me recedas ex hac ærũnosa vita, nihilominus mihi relinquas vestigia tua, quibus possim insistere semitãque vnã quã sequi. Si nãque eò sine te pergerẽ quid me futurũ esset? Cùm modo te in Deũ meũ delegerim, & agnouerim pro Redẽptore; tametsi modo discerptus omnino sis ac crucifixus, quare tibi nõ libẽtius seruirẽ, & te laudarẽ, quando te in altera vita visurus ero ac gloria tua? Cùm modo mihi credas crueẽ tuã, quam adorare possem; tuũ corpus, quò illi associari possem; tuã Matrem, quo consolari illã possem; tuum honorem, quò illum queã defendere, tuã Ecclesiã, quò eam augere queam, tuique fidẽ, quò eã cõseruare possim, quare non velies etiã tuã mihi commẽdare gloriam, quò te in eadem æternũ dilaudare possim? Cùm damnatus esses ad crucem, & ad crucifigenũ educereris, audiui in præsentia Pilati dici, non esse tuum *regnũ de hoc mundo*: & quãdoquidẽ Rex es, Regnumque possides, rogo te ô Domine Iesu, *memento mei*, tecumque abducito, tum Patri tuo indicabo, quid illius caussa passus sis, & quã mihi gratiam præstiteris.

Cùm

Cùm ergo bonus latro orationem suam ad Christum absoluerit, suoque Deo se commendauerit, æquum est, vt modo loquatur malus latro ad læuam pendens, nimirum cor meum malignum ac peruersum. Ille enim tantum semel blasphemauit Christum, tu autem facis id indies. *Memento mei*, ô Domine Iesu, *& miserere mei*, ò gloria animæ meæ, quo effusio pretiosi tui sanguinis non malè expendatur in me. Tempore enim effusionis illius non tam percepisti dolorē vulnerum tuorum, quàm ingratitudinē mundi. Tum verò roseus tuus sanguis malè in me expenditur, quando illud indulgeo, quòd mea sensualitas dictat mihi, non verò quòd tuum Euangelium mihi cōsulit. Quid prosunt omnia quæ peto nisi tu petas? Quòd si in fures inquiras, & inuestiges peccatores, quare non quæris me, cùm nullus adsit fur, qui maiora furta me commiserit, neque vllus peccator, qui maiora me peccata perpetrarit. O mitis Domine, ò longanimis Redēptor, si iniquitates quæ in corde meo sunt, & peccata quæ in occulto ad nisi, æquè nota essent mundanis iudicibus, vt sunt tibi; iam diu certè suspensus fuissem & in altera vita condēnatus. Quare cum Propheta Dauid non dicerem, *vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ?* quippe qui indies illā cor meū intrare videa. Eadē enim celeritate qua ego in peccādo vtor ille vtitur in remittendo. Magnam sanè spem habeo obtinendi æquè remissionem, atque ille latro obtinuit. Tametsi enim in crucem suorum delictorum caussa actus sit, est nihilominus ab ea liberatus ac benedictus tua gloria. Et si fures, prædones, ac raptores regnis integris donas; quid te diligētibus non facies quos diligis, & à tuo Patre delecti sunt? Et quia regnum cœlorum rapaci latroni dederis, nulla alia de caussa, quam quia tecū verbum vnum locutus est, & tantum vna hora seruiuit: quid o Domine Iesu non dabis iis, qui te ex corde diligunt, qui te sua lingua dilaudant, atque omnibus tibi viribus inseruiunt?

Quo-

Quomodo Christus Dominus exaudierit verba quinque boni latronis, & ille septem responderit.

CAP. XXII.

EXaudiuit Deus vocem pueri de loco in quo est. Genes. 21. Patriarcha Abraham nothum ex ancilla Agar susceperat; at cùm deinceps ex Sara suscepisset Isaac, hanc ancillam cum filio ex domo sua eiecit. Cùm ergo in deserto errarent ac laborarent penuria aquæ, misit Deus illis Angelum qui consolaretur vtrumque, ac fontis venã ostenderet. Quòd si penitius intueri Scripturam libet, inueniemus neque ancillam Agar, neque filium eius Deum inuocasse: sed tam immensam Dei misericordiam esse videbimus, vt propter nudos fletus pueri, eiulatusque mœstæ matris, commotus fuerit, quò illos solaretur verbis, atque opere ipso præsto esset. Afflictis, mœstisque, teste Platone, parum prodest si inuisantur, pauculisque verbis recreentur, nisi eiusmodi recreatio ac solatium cum aliquo remedio coniungatur. Quando amicum amicus mœstum inuenit ac talem abiens relinquit; & illum pauperem inuenit, & talem tamen relinquit, & illum inuenit flentem & nihilominus talem relinquit, de illo iustius dicere possumus, quòd amicum suũ diuexet ac rideat, quàm soletur. Enimuerò cor mœstum multò citius componitur ac placatur per illa quę quis illi dat manibus, quàm quę quis lingua proloquatur. Ambrosius dicit: Quo opus misericordiæ sit perfectius ac Domino Deo acceptius, à nullo rogari nec emendicari, sed vltro fieri debet, atque à liberrima voluntate proficisci. Nihil

ci. Nihil enim in mundo est carius, quàm quod precibus cœmi debet. O quàm care emit ille quippiam, qui suo illud cum pudore mercatur. Etenim pudibundus animus, ac pudicum cor multò citius sentit, si quis ei detegas faciem, quàm si recludat loculos. Generosus etiam animus in nulla re maiorem gustum habet quàm in dando, nec vllius eundem grauior pudor tangit, quàm si propter aliquid mendicare debeat. Si quis dat, se Dominum facit accipientis: verùm si quid accipiat, se seruum dantis facit. Vt bene cũ Deo negociemur, docet Hilarius, non opus est verbis, sed lacrymis: non precibus multis, sed gemitibus. Etenim tempore illo quo inuocamus Dominum & ob aliquid oramus, multò attentior est ijs quæ cor appetit, quàm quæ lingua profatur. Ancilla illa Agar & Filius eius Ismael, ne vnicum quidem verbum Deo locuti sunt, nec preces vllas dixerunt, sed gelido incubabat saxo filius ac lacrymabatur, Materverò è regione sedebat flens ac gemens: adeò vt benedictæ eorum lacrymæ non manerent indonatæ, nec cordiales gemitus ignoti.

Quatenus cũ Deo negotiari debeamus.

Quare ad propositum vt redeam, dico, Si Deus Ismaelem in deserto exaudiuit, quare non exaudiret illud *Domine memento mei*, quod ad Christum dixit ille latro in Caluariæ monte? Nemo miretur me latronem Ismaeli, & Ismaelem latroni committere. vti enim alter in deserto educatus est venatu, ita alter in pijs alitus est raptu. Et vti Ismael præclarum fratrem habuit, sic impium habuit socium latro bonus. Iuuenis erat Ismael, vtpote triennis tantum, & iuuenis erat bonus latro, qui ante trihorium Christianus primum

Comparatio boni Latronis cum Ismaele.

tium factus esset; non enim ætatem Deus à natali nostro supputat, sed à baptismo. Posteaquam surrexisset à mortuis Christus, suos Apostolos ac discipulos vocauit *pueros*, non enim respiciebat quòd plerique illorum iam senes ac cani essent; sed magis respiciebat, quòd non diu, & ante adhuc annos pauculos primum baptizati essent, cùm nimirum in cœnaculo illis pedes lauaret, atque ipsamet in cœna sacrificium Missę institueret. Vti Ismael ad rupem fleuit in solitudine: ita quoque bonus latro suam orationem in cruce monteque Caluariæ perfecit. Immò quòd amplius est, licet vni aqua data sit ad bibendum, est tamen alteri quoque sanguis porrectus ad se saluandum. Vti Abraham legitimum Filium habuit, nempe Isaacum, & illegitimum nempe Ismaelem: ita Pater habuit legitimum scilicet Christū, & illegitimum scilicet latronem; quorū in Ecclesia alter natus est, alter in Synagoga. Benedictio quæ Ismaeli debebatur erat, vt in omnes ipse, atque in ipsum omnes insurgerent, quàm etiam bonus latro accepit. Licet namque omnes aduersati fuerint Christo vt dānarent eū, aduersabatur tamen illis omnib. hic latro, vt defenderet Christum, & illi omnes contra huic aduersabantur. Ismael pater erat multorū barbarorum, sed bonus latro exemplum erat multorum peccatorum; non vt illi, veluti ipse, malè viuerent, sed vt se, velut ipse, conuerterent. Mater Agar nō poterat videre filium suum morientem; multò minus, Filius Dei poterat bonum latronem condemnatum videre. & vti acceptæ vnius erant lacrymæ, sic accepta erant verba alterius, cum nimirum diceret: *Domine memento mei.* & *ô bone Ie-*

Quo tempore Deus etatem supposuit.

su mi-

Latro in petendo fuit discretus.

fu miserere mei, meritò Filius Dei exaudiuit bonum latronem in omnibus, quæ petijt: adeò enim in petendo discretus erat ac temperans, vt nihil peteret quod ad ipsius solatium vergeret, sed ad salutem conduceret. Si de solatio solum fuisset sollicitus, petiuisset vt aut solueret quispiã illi laqueos, aut refigeret clauos, aut sanaret vulnera, aut liberaret à cruce, aut vitam ipsi prorogaret: verùm nihil aliud à Christo petijt, nisi vt animæ suæ meminisset. Ad quam inprimis egregiam petitionem latronis, non habuit animum Christus negandi illi, sed ad verbum illud *memento mei*, respondit Christus: *hodie mecum eris in paradiso*. Neque tardius neque citius respõsum à Christo bonus latro meritus erat. Etenim ex vna parte nõ habebat pro more filius Dei illis respõdere, qui se iniuria aut falso testimonio notaret: ex altera verò parte ostendebat non modicã partem prudentiæ esse, si homo non curaret calumnias. Quod verò Christus Dominus nõ voluerit sui voti compotem facere latronem malum, in illo casu erga illum nouum genus misericordiæ exercuit, quo cauebat ne amplus peccaret, nec suam dãnationem aggrauaret. Si enim illũ à cruce Christus liberasset, relapsus fuisset in statum pristinũ, auxisset culpas, ac pœnas duplicasset. In vtroque latrone suam bonitatẽ, teste Augustino, ostendit Christus. In bono quidem, dando illi suam gloriam; malo verò negãdo illi longiorẽ vitam. Si namque diutius vixisset, peccasset amplius, & ad numerũ peccatorum inflicta illi tormenta plura fuissent.

Quare Christus Latronẽ malum sui voti compotem non fecerit.

Christus in vtroque Latrone suam bonitatem ostendit, & qualiter.

Et quia in his verbis, *Hodie mecum eris in paradiso*, comprehensa sunt septem verba, vti supertus memo-

memoratum est, æquum est, de vnoquoque nos aliquid dicere, quò beneuolus Lector videat, quousque nundinando progressus sit bonus latro, & quàm sublimiter illi Christus respõderit.

Primum verbum quod Christus latroni respondit erat: Amen, id est, per veritatem quasi iuro. Cuius verbi vsus tam in veteri Lege, atq; apud Filiũ Dei frequẽtabatur. *Stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali, &c. Et respondebit omnis populus, & dicet Amen*, dicit Deus Moysi, ac si diceret: Mea voluntas est vt sex Principes illi Israelis ascendãt in montem Hebal, atque ibidem præuaricatoribus legis elata voce maledicant, quibus vniuersus populus *Amen* respondeat; Et cùm in verticem montis euasissent, sic ordiebantur præuaricatoribus legis maledicere. *Maledictus qui non honorat Patrem suum & matrem, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam sanguinis innocentis, & dicet omnis populus Amen. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ, & dicet omnis populus, Amen.* Ex quibus omnibus colligere est, hoc verbum *Amen* prodigiosum ac terribile verbum fuisse, quippe quo ad confirmationem iuramẽti facti vtebantur, non verò ad benedictionem. In quo etiam casu cõsiderãdum penitus est, quòd Deus eodem die præceperit alios sex Principes in Garisim montẽ ascendere, quo omni populo benedicerẽt, seruanti præcepta: verùm ne eiusmodi benedictioni *Amẽ* adderetur, vti maledictioni addi præceperat cauit. Quod priuilegiũ

Deut. 27.

Verbum Amen ad maledictiones vti sunt primi Israelis.

seu prærogatiuam non fuit merita synagoga obtinere, quippe quam Deus Ecclesiæ suæ reseruarit, vti in illa promissione quam Christus bono latroni fecit, videre est, dicens: *Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso*; adeò vt verbum illud *Amen*, quo synagoga confirmauit maledictionem, Christus in Ecclesia Electis suis benedixerit.

Christus contra ad benedictionem.

Verbum hoc *Amen*, teste Vbertino, quod priscis temporibus vsurpabat synagoga ad maledictionem, modo Ecclesia catholica eò vtitur ad benedictionem, eò quod Filius Dei, quoties aliquid eximium promittere veller, illud adhiberet, aut profunda mysteria significaret. Adeò gratum acceptumque Christo Domino fuit, vt Euangelistæ eius ac Chronologi quinquagies eũ vsum illo fuisse dicant: Apostolus verò Paulus decies & octies id in Epistolis. vsurparit: D. Ioannes in Apocalypsi quinquies, in epistolis verò adhibuerit ter. Non satis erat, docente Augustino, Filio Dei quod semel diceret *Amen*, sed repetebat illud identidem dicens: *Amen, Amen*, nobis vtique ostendens non solum se veritatem loqui, sed ipsam quoque veritatem esse. Nõ Angelus quidem nec hõmo, potest dicere *Amen, Amen*, scribit Remigius. Tametsi enim veritatem in omnibus loquantur, non tamen inde sequitur, quod ipsa veritas sint. Hoc enim magnum priuilegium Deus nulli alij, præterquam vnigenito suo communicauit. qui ex peculiari gratia dixit, *Ego sum via, veritas & vita*: non dicit Christus, ego scio viam, sed, *ego sum via*: quisquis enim à Christo non ducitur in via, nec deducitur, ille errat in via ad cœlos. Tandem non dixit Christus, Ego do vitam, sed, *ego sum vita*. Etenim in de-

Quotiesin Euangelio sit verbum Amen.

Ioan. 14.

In domo Domini solum illibatam, ac bonam vitam ducimus: & bonum, solum viuum æstimamus. Perinde quoque non dixit Christus, In meis verbis veritatem loquor, sed ipsa *sum veritas*. Vti enim Diabolus illa vorago est, vnde omnia mendacia exæstuent; ita quoque Filius Dei fons est, vnde omnis veritas promanet. *Diabolus mendaciorũ vorago.*

Benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen, dicunt Angeli in Apocalypsi, quasi dicerent, Domino Deo nostro ac agno, illa omnia de iure obueniunt. Perinde S. Ioannes enarrat, quod turbã magnam viderit Sanctorum & Angelorum, quam dinumerare nemo poterat, stantium ante thronum & Agnum, qui vestiti essent stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & procidentes in facies suas adorarent Deum, dicentes *Amen, Amen, Amen*. O quàm magna mysteria, ô quàm secreta in hoc verbo *Amen*, Sacramenta latent? Inuenimus enim in veteri Testamento, quòd eo sæpius Christus vtitur, immò Angeli eo Deum laudant, atque in suis sanctis ritibus Ecclesia adhiber. Quoties oramus orationẽ Dominicã, toties illo *Amen* firmamus eandẽ. Illis verbis, *per omnia secula seculorũ* subijcimus *Amen*: itẽ illis, *qui tecũ vivit & regnat*, respõdemus *Amen*. O sancta benedictio, ô benedictũ verbũ. Posteaquã enim dixisset Filius Dei *Amen*, cœpit peccata in cruce remittere, & Ecclesia orationes suas terminare. Hoc verbũ teste Ruperto, nec græcũ, nec chaldaicũ, nec latinũ, sed Hebraicũ est: & licet tam benè verti potuisset, quàm verba alia, non tamen voluit id facere Ecclesia; sed vt Christus semper dixit *Amen*, sic etiam Ecclesia semper *Amen* vsurpat. *Apocal. 5.* *Cap. 7.* *Sub verbo Amen secreta latẽt Sacramẽta & mysteria.* *Verbum Amen hebraicũ est.*

Non alia de causa indulgentiam bono latroni factam, tradente Chrysostomo, orsus est Christus verbo, *Amen dico tibi*, nisi vt nos certificaret, quod omnia quæ promitteret, complere vellet. Olim illud vsitatũ erat vt prius quid aliquis promitteret, ac deinde iuramento firmaret, sed Filius Dei contrarium fecit. Primo enim iurauit ac deinde promisit latroni paradisum. Posset tamen quispiã quærere, quare Christus iurare voluerit prius latroni, & non potius verbis suis voluerit credi? Cui respondet Cyprianus. Cùm res adeò insignis esset, quam promittebat Christus nimirum Paradisus: & quia ille cui promittebat magnus peccator esset nimirũ latro: & parum fidei promissor videretur, vtpote qui in cruce penderet: & quia fex hominum adesset in cuius præsentia promitteret nimirũ Iudæi, voluit ante iurare Filius Dei quam promittere. Quod verò iurauerit non ideo factum est, quasi in eius verbis fuisset defectus, sed quò citius à Synagoga crederetur. Nisi enim, teste Augustino promissionem suã iuramẽto confirmasset, putassent Iudæi illam ioco factam fuisse. Si enim Christus non iurasset, quis non putasset, ex ioco factum esse, quod nimirũ infami inhonoroq; homini famã ac honorem promitteret, mortuo vitam, pauperi diuitias, & scelerato gloriam? Cum ingens esset pertinacia Hebræorum, & tenella adhuc fides latronis, voluit promissionem suam iuramẽto prius firmare, quò ita quisque certificatus esset, illum qui in extremo agone iuraret, defraudare neminem, ac seducere cupere.

Quare Christus primò Latroni iurauit, & suis credi verbis non voluerit.

NOD

Quod filius Dei nunquam nomen, Paradisus, ore suo, vsurpauerit, nisi eum cum latroni promitteret; & præterea illa verba Hodie mecum eris in paradiso *pulchrè explicatur* CA. XXIII.

NOn dixi semini Iacob, *Frustrà quærite me, ego Dominus loquens iustitiã, annuntians recta,* dicit Dominus per Esaiam Prophetam, ac si diceret. Non temerè dixi propagini Iacob, vt mecum dũtaxat loquerentur, neque alteri crederent, quia ego sum Dominus qui illi fructuosa monstrem, ac de rebus sanctissimis cum illo conferam. Cum ergo iustus sit Deus, dicit Hieronymus, iusta loquitur; & quũ sanctus sit sancta loquitur. Nam omnes reliqui, (illo solo excepto) non bene eloquuntur ea, quæ facere nos oportet. Quãdo amici nostri nos aut alloquuntur aut monẽt, magis apparet, quod illud coniectent, quàm vt de eo nos certificent, quod loquuntur; adeò vt post acceptum damnum nobis consulant, & quãdo errauimus viam ostendant. Iustissimè dicit Dominus Iacob non frustra accepisse, quod Deus illi dixerat, neque frustra præstitisse: quod Dominus præceperat. Etenim dedit illi primogenita Esau, & generum illũ Laban fecit, dedit illi duas vxores, Liam & Rachelẽ, parentemque illũ duodecim liberorum constituit, & demum caput duodecim tribuum Israel. *Esai. 45.*

O quàm verè loquitur Dominus dum dicit, quod non nisi vtilia doceat, & non nisi ad iustitiam nos erudiat. Nemo enim cum illo agit, quẽ iustum non faciat; neque cum illo conuersatur quispiam, quem non sanctum reddat: Adeò vt licet impii ac pertinaces dicant quòd Dei sint, non tamen Deus dicere velit, quòd sui sint. Quid *Deus vtilia nos docet & ad iustitiam erudit.*

Filii vanitatum aliud dicere possunt, quam vanitates? quid filii mendacii aliud quam mendacia? Quomodo possibile est, vt mutuam nobis fidelitatem præstemus, vbi regnat inuidia, atque fraguisugum illud interesse intercurrit. Solus Deus ille est qui nobis oculos ad videndum det, rectãque viam ad ambulandũ monstret, & ne impingamus, lapides amoueat, & qui quid facere, quidue omittere debeamus, moneat. O quàm appositè dicit Dominus. Ego loquens iustitiam & annuntians recta. Etenim huc vsque nemo saluus factus est, qui non ante ab illo deductus fuerit ac monitus: & nemo perditus fuit, qui non eius consilium spreuerit. Rex Roboã duodecim regna adiit à maioribus suis profecta, sed eorũ decem perdidit, retinuit duo, non alia de causa, nisi quia recusarat audire monẽtem Dominum, & ad suum placitum consulentes iuuenes audiuerat. Dicat mihi aliquis quid Roboam, Assa Iosias, Achab, Benadab & Manasses effecere contra hostes suos, quid in negotiis suis expediuerunt, quid verò in amicorum gratiam præstiterunt, quandoquidem neque in Deum crederẽt, neque consilio eius obsequerentur? Cum Dominus dicat. *Ego Dominus loquens iustitiam*, quem audiremus cui crederemus nisi illi? Etenim ille & nemo alius videt prętẽtia, nouit futura, intelligit dubia, assequitur occulta, præscit futura, atque omnino ille nullusque alius quærit vtilitatem nostrã, & nobis prodesse molitur. Quare crederem homini & in Deum credere intermitterem? siquidem homo de prętentis nihil scit amplius, quã quod auditu accipit, & de absentibus nihil nouit prętera, quã quod ex relatu cõdiscit & de præsentibus

Rectam viã monstrat, & quid faciendum monet

Quærit item vtilitatem nostram.

sentibus nisi quod videt ipse, & de futuris nisi quod diuinādo cōiicit, cognoscit. Nō sine causa, teste Bernar. dixit per Isaiā Dominus *Ego Dominus loquens iustitiā & pronuntians rectū*. Etenim consiliū quod nobis dant homines, magis ex diuinatione quàm ex certitudine aut prudentia proficiscitur: Verùm cōsiliū quod Dominus nobis dat, nō potest falli, neque alio vllo effectu terminatur, quàm quē ordinauit ille. Verba illa, *nō frustra dixi quærite me*, à paucis hominib. nobis dici possunt, & gloriari parū de cōsiliis ab illis nobis præbitis possumus. Sæpius. n. multò consultius esset illorum cōsiliis nunciū remittere, quàm illis se attēperare. Certè frustra ille cōsulit, quisquis mihi indies passiones meas alit, & auget, indiesque me forensib. litibus magis immergit. Quippe consilium boni amici est, errante in via reducere, & oēs oppressos fauore prosequi, cōsolari mœstos, & inflāmatos in inuicē conciliare. Illa verba, *audiā quid loquatur in me Dominus meus* sic explicat Basilius. O mitis Domine Iesu, quàm libenter audirē ea, quæ mihi dicis. Etenim eloquens ad dicendum es, cōsilio sapiens, benignus indulgentia, iustus conniuentia, potens ad commendandum, ad dandum munificus, & verax ad præstandū. Quid probus à te vnquā petiit, q̄ illi tu nō dederis? Quid aliud mūdus dare potest, quā quod videt? & q. t aliud potest nobis dicere homo. q̄ quod scit? Tametsi vnus hominū diserte is sermōe sit: deest tamē illi prouidētia dirigēdi in opus verba quæ dixit; adeò vt ex vna parte iucūdissimè audiatur exaltera verò periculosè illi credatur. Tametsi homo iustitiā diligat grauatisq; libēter p̄sto sit, est nihilominus dur⁹ ad remit-

Consilium boni amici quod sit

tendũ hostibus suis: adeò vt iustificator alienarũ iniuriarũ sit, propriarum verò acerrimus vindicator. Multos hominũ quoque inuenire est, opibus potentes, qui tamen animum non habent, ea bona tangendi: adeò vt si aliquid in gratiam precum ab amicis factarũ daturus sit, ille citius flere incipiat, quàm precibus illis ipso opere suffragari. Inuenire est quoque multos hominum, qui audiri volunt, licet loqui nesciant: & honorari volunt, tametsi nullam auctoritatem habeãt: & amari, licet ipsi diligant neminem: & qui obsequia expetant, quãtumuis iis indigni sint. O qua ineffabilis iuxta ac miserabilis res est, loqui cũ stulto, adamare ingratum, poscere quippiã auarum, & conuersari cum mendace, atque inseruire indigno? Quibus omnibus se ille grauat oneribus, qui Dei sit immemor, & spẽ suam ponit in homine: nemo enim adeò diu homini vanè confidit, à quo demum mercedem suam nõ retulerit. Quare ad propositum vt redeam, dico, quod per omnia felix fuerit bonus latro, quippe qui solus inuocauerit Christum, in illum solùm crediderit, quare etiam ad remunerationem aliquam illi soli dixit Christus & non alii, *hodie mecum eris in paradiso*. Miserandum inprimis erat, tot Leuitas, Sacerdotes, Legisperitos & inueteratos amicos Christi crucem circumstare ac videre, quomodo Christus moreretur, nulli tamẽ illorum Christum dicere, *Hodie mecum eris in paradiso*, atque ipse latroni dixerat: adeò vt quidem verba illa inaudierint, nihilominus tamen ipsa promissione fuerint spoliati. Cùm decreuisset vt inquit Chrysostomus, Filius Dei bono latronicœlum dare, cur idẽ tacens non dedit? quare per alterum

Christus solũ Latroni in cruce paradisum promisit.

rerũ illi nõ denunciauit? quare auriculariter nõ intimauit ill.? cur dixit palã? quare nõ secum in cœlum illum abduxit, sed potius in Paradisum? Profectò adeò magna hæc mysteria, adeò arcana Sacramenta sunt, vt nullus intellectus sufficiens sit ad intelligendum, nec lingua ad eloquendum, nec digiti ad scribendum pares sint: atque ideò indigeamus eius gratia quæ nos informet, & spiritu sãcto, qui nos illuminet vt per sequamur. Quòd Christus ad bonum latronem dixerit, *Hodie mecum eris in Paradiso*, tantundem est, ac si dixisset. O amice mi, latro, cùm sciam, quocum loquar, æquum est, vt tu quoque scias, quo cum loquaris. Scito enim me Creatorem cœli esse, ac mundi Redemptorem; Prophetam illum, adeò diu exspectatum; promissum Messiam, datorem Euangelij, & omnino Dominum paradisi. Palam hic coram omnibus profiteor, cuius omnes testes esse volo, quod in testamento meo huic latroni paradisum donauerim quo omnes illi, qui mihi in Ecclesia successuri sunt, sciant quam munificè meos ministros remunerer, & quantis mei imitatores beneficijs exornem. O insignis latro, ô fortunate raptor, ô quàm felix fortunatusq; fuisti! siquidem nihil commisisti, quod miti Domino Iesu acceptum non fuerit, neque verbum vllum locutus sis, quo illi non feceris satis. Beati fuerunt pedes, quib. te associasti illi: beati oculi, quibus illũ intuitus es: beatum fuit corpus illud, quo cũ cruci afixus cũ illlo es: beata fuit lingua, qua illũ confessus es; beatum cor tuum, quo in illum credidisti.

Regi Pharaoni, teste Chrysostomo, legatum misit Deus, nempe Moysen: Regi Dauidi Pro-

gloriã ac paradiſum in eo mihi temetipſum promittas? Quid eſt autẽ hoc, ô mitis Domine Ieſu, quid hoc? Malefactoribus te fidis, raptoribus te cõmendas, peccatoribus te immolas, & latronibus te teſtamento delegas? cùm illi adeò obſtrictus ſis; cũ illi tantũ debeas, da illi totã prouinciam Achaiæ, da partẽ Aſſyriæ, da regnum Paleſtinæ, da monarchiam Aſiæ, Nam cùm illi teipſum des, apparet quod multis præiudices. Eſtne alius paradiſus præterquam teipſo frui? Eſtne alia gloria præterquam viſio faciei tuæ? Eſtne alia quies præterquam apud te? Eſtne? aliud bonum præterquam quod à manu tua veniat? *Hodie mecum eris in paradiſo*, hodie me videbis à facie ad faciem, meaq́ue eſſentia perfrueris, mihi cohabitabis, gloriæ meæ partẽ habebis, & morietur tua mors atque iterum vita tua reſurget. *Hodie mecum eris in paradiſo*: inibi nãq; ſemper meus eris, inibi ſemper tuus eris, inibi mihi ſemper ſeruies, inibi te ſemper diligã, inibi peccare deſines, inibi tibi benefacere nunq̃ ceſſabo. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi gaudiũ ſine triſtitia videbis, ſanitatẽ ſine dolore, vitã ſine morte, lucẽ ſine tenebris, quietẽ ſine perturbatione, ſocietatẽ ſine ſuſpicione, honorẽ ſine ignominia, ſine defectu copiã, & gloriã ſine termino. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi .n. non cõſeneſcet iuuentus, non deturpabitur pulchritudo, nõ deficiet ſanitas, nõ corrũpetur gaudiũ, non ſentietur dolor, nõ audientur gemitus, nõ inuenietur triſtitia, nõ refrigeſcet charitas, neq; mors vlla terrorẽ incutiet. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi namque ex periculoſo mari in portum euades, ex pugnâ ad triumphũ perges, ab ariditate trãſibis ad fõtes, à tenebris ad lucẽ, ab inopia ad copiã, à ſõnijs ad veritatẽ,

Latro in paradiſo quid facturum & conſecuturus ſit.

à fide ad experientiam, & à tepida charitate ad ardentissimam gradum facies. *Hodie mecum eris in paradiso*; vbi flere non poteris, sed ridere; non quiritari, sed iubilare; nō rogare, sed acceptare; non blasphemare, sed laudare: non gemere, sed canere: non odisse, sed amare: non mori, sed viuere. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi enim pedes eò pergent, quo cogitabant; tāgent manus, quod quærebant; videbunt oculi, quod anhelabant; audient aures, quod amabant: & possidebit cor tuum, quod suo gemitu poscebat. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi fraudes dæmonis non timebis, voluptates carnis, vanitates mundi, hostium astus, & amicorum importunitatem nec insultus diei, nec pericula noctis, nec animæ angustias. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi enim non erit nox tenebrescens, nec senescens dies, nec hyemans bruma, nec æstus calida, non frigus te refrigerans, non te deformans calor, non fames extenuans te, non sitis exsiccans, non vitæ terminum accipiens.

O anima mea dic mihi, quid consideras quid contemplaris? Cur non audis quod hic dicitur? Videsne quis dicat, cui dicat, & vbi dicat? Filius Dei est, qui loquitur; latro est, quo cum loquitur; promissio paradisi est, quam loquitur; mons Caluariæ, vbi loquitur; hora verò in qua loquitur, est vltimus halitus vitæ eius; & Synagoga est, coram qua loquitur. Vt possibile est huiusmodi legationem nuntiumque talibus cum circumstantijs factum nouum esse, magnique momenti? In sacra enim scriptura nihil necessarium est, quod non etiam mysticum sit. Profectò nouum quid est, quippe qui ab Incarnatione

sua

sua nunquam hoc nomen, *Paradisus*, ore vsurpauit, nisi in extrema hora sua spiritum redditurus. Et cum eodem tempore nullum alium nisi latronem suum socium inuenit, illi paradisum promisit. Quare ô anima mea, cupis paradisum habere, vide, hic Filius Dei est qui illum dat: & vide quid latro agat cui dat; & posteaquam videris quid illi agant, tunc adige te, atque impelle, vt eadem agas. O anima mea, ô cor meum, non vides Dominum dantem paradisum pendere in cruce, latronemq; cui detur cœlum etiã pendere in cruce: adeò vt crucifixus gloriam paradisi nulli alteri det, nisi crucifixo?

Quid agendum nobis vt cum latrone paradisum adipiscamur.

Ego, teste Bernardo, sic statuo, nudum regnũ suũ nõ nisi nudo dare: & dimembratum, non nisi dimembrato: & exsangnem, non nisi exsangui; & crucifixum, non nisi alteri crucifixo. Quid ergo tu sedens petis ab alio, & gaudens à pendenti in cruce ac patiente? Quid petis vestite atq; exornate ab eo qui in cruce laniatus pẽdet? Quid tu sane ac præpinguis ab alio, in cruce excarnificatus qui pendeat? Quid tu liber ac solutus ab alio in cruce ligato & affixo clauis? O tu anima mea euigila, euigila nec tardare, & si ex ore Christi audire verbum illud cupis, *Hodie mecum eris in paradiso*, à te proijce affectus tuos, denuda cor tuum à passionibus, ex carne tua omnes malas inclinationes reuelle, crucifige in cruce libertatem tuam, & phantasmatis præsumptionum ruarum renuntia, omnesq; malas affectiones tuas sepeli. Remigius dicit: cùm cœlum adeò sublime sit, necesse est, vt cum latrone crucem suscipias, quò cœlum conscendas. Nam si eius socius in peccãdo fueris, non vtiq; socius eius in regnando futurus es.

Quare

Quare Filius Dei in cruce omnibus dixerit: Amen dico vobis: *at solum latroni,* Amen dico tibi. *Et quomodo hic latro primus Martyrum fuerit, qui cum Christo mortui, primusque Sanctorum, quē canonizarit Christus.*

CAP. XXIV.

Psal. 2. Impiis duplex minatur pœnā à Deo.

TVnc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos dicit regius propheta Dauid, ac si diceret. Exacerbatus magnus Deus Israelis cum impijs in furore suo loquetur. Aymo dicit, duplicē pœnā minari Dominum impijs, nempe quod illos verbis castigare velit quò terreat, & illorum intellectum erroneum reddere, quò nihil præclarum factu agant. Deum nobiscum in via loqui tolerabile est, sed si nostrum intellectum perturbet, miserabile in primis est. Nisi enim Deus in hoc miserabili mundo nos illuminauerit in vijs nostris, singulis passibus prolabemur. Augustinus ait, cùm in sacra scriptura mentio fit eius, quod Deus in ira sua loquatur, significat illū nobiscum loqui misericorditer: si verò mentio fiat, quod in furore suo conturbet nos, significat illum diuinā sua gratia nos illuminare. Nam in hoc mundo non potest grauius nobis malum accidere, quàm si à nobis manum suā amoueat. Non ira Deus ab ira occupatur vt instar hominis turbetur: multò minùs à furore sic cōprehenditur, vti furere solent homines: Item cùm dicitur iratum Deum esse, nihil aliud est, quàm eum pœnam nō vsurpare, quam in alios extra profundit: Item Deum furore occupari, nihil est aliud, quam quod peccatores grauissimis pœnis castiget, vt conuertāt sese, aut omnino ab illorum pœnis abstineat. Nam Dominus Deus aliter nō potest irā suā ostendere, nisi cùm conuertam suam misericor-

diam

diam non exercet. Clemens Dominus est ac misericors cum peccata aquis cruciabusque hic punit, quàm si eadē in infernum vsque puniēda differat. In domo Dei, inquit Ambr. non punire, punire est: & dissimulare, est irasci: nō loqui, est exacerbari: indulgere, est minari: sustinere est pati, & dilatare atque remittere, vlcisci est. Q. ę potest esse maior pœna, quā hic nō punire? Tūc nobiscum Dominus in ira sua loquitur, quando ex gratia in ingratiā prolabimur per peccata nostra: In ira Deus locutus est cū nostro primo parēte, cū diceret: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, ac si diceret. Quādoquidē excidisti ex gratia Dei & ex vetita arbore comedisti, in perpetuā id tibi in pœnā impono, vt quæcunq; comedas & bibas, ea corde solicito bibas ac comedas, vultu oppleto sudore, & corpore molestijs laboribusque grauato, adeò vt in optimo bolo comedere desistas, & incipias gemere. Eodē prorsus modo Deus in ira locutus cū fratricida Cain, dicēs. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, ac si diceret. Quādoquidē tu, ô immanis Cain occidisti fratrē tuū vtiq; ex inuidia & malitia, nō possū omittere, quin te coarguā. Nā sanguis eius vindictæ cupidus est, atq; ideò præcipio vt tota vita de loco in locū profugias, tremēti ac nutabūdo capite. In ira locutus est Dominus cū potēti illo Rege Nabuchodonosore, cū illi diceret, *eiciā te ab omnib. & cū feris erit habitatio tua*, ac si diceret. Quādoquidē ex ærario Ecclesiæ meæ thesauros fur atus es, et captiuū abduxisti populū meū, reiectiuus eris à consortio hominum, atque in deserto deges & montanis, cum feris & fænum vti bos comedes, & pelle non secus atque fera cingeris, quoad me cognoscas pro Domino

Deus quādiu tum suā non exerceat.

Deus quando nobiscū in ira sua loquatur.

Genes. 3.

Genes. 4.

Daniel. 4

&

& te peccatorem feras. In ira locutus est Deus cum summo Sacerdote Heli cum diceret: *Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui vt non sit senex in domo tua*: ac si diceret; quandoquidem non puniuisti filios tuos sacrificia alienantes & exercentes cum mulieribus, à te tollam summum sacerdotium, tuos occidam primogenitos, & vt nullus in domo tua consenescat faciam; adeò vt in tua progenie non sit superstes futurus filius qui hæreditatem adeat, neque senior consilium maturum dans.

1. Reg. 2.

Quare vrad propositum meum redeam dico, Dominum eiusmodi modum ac consuetudinē loquendi vsurpasse cum Synagoga; at modò lōgè alio modo loquitur cum cognatis Synagogæ suæ, vti hoc clarè apparet in morte Christi dicentis ad latronē. *Hodie mecum eris in paradiso.* Nō legimus Christum toties vsum verbo ira, ac verbo misericordia. *Per viscera misericordiæ nostræ visitauit nos oriens ex alto*: dicit sanctus Zacharias ac si diceret: Filius Dei ex cœlo in terram descendit, misericordiæ impulsu. O quàm sublime verbum. O quàm diuinum est hoc oracullum, per quod clarè datur nobis intelligi, quantopere Deus nos diligat, quoniam dilectione cordis sui nos inuisat. Multos hominum inuenire est, qui misericordiam ore solum vsurpent, non verò manibus: adeò vt mitia verba, sed seuera præstēt opera; adeò vt in capiendo securitatem aliquam inueniant, at in mortificando adulationem. Alios homines inuenimus, qui misericordiam gerant in manibus, non verò in lingua, & hi verbis sunt seueri & operibus manſueti; adeò vt tales homines minentur & territent, non au-

Deus sæpius verbo misericordia quàm ira vsus est Luc. 1.

autem occidunt. Solus benedictus Dominus Iesus bonitatem ac misericordiam in lingua gerit, siquidem eandem nobis adeò impensè commendat, & in manibus eandem gerit, siquidem illum adeò exercet; & in corde suo illâ complexus est, siquidem adeò illam diligat. Bernardus ait: Deũ deponere non voluisse misericordiam in oculis, ne illa excœcaretur; nõ in auribus collocare, ne surda redderetur, non in manibus, ne perderetur; non in corpore, ne consenescceret; non in lingua, ne obmutesceret; sed in corde suo deponere illam voluit, ad omnium illorum vtilitatem, qui ex corde illum amaturi essent. Quod namq; quis ex corde diligit, id seruatur ac custoditur in corde. O mitis Domine Iesu, ô vita animæ meæ, per viscera tuæ misericordiæ tè obtestor, vt miserearis huius meæ peccatricis animæ. Nam cùm nullum alium Deum in corde habeam, quã te ipsum solum, sic non video, quî melius tuam misericordiam expendere possis, quàm in me. Corde illo misericordiæ locutus es cũ latrone, cùm dixisse contentus non eras: *Amen dico*, sed adiecisti, *tibi*: docens illum per hoc, quòd cum illo & cum alio nullo loquaris, & quòd illi soli, neq; cuipiã alteri Cælorum regnum promittas. Si bonus Dominus Iesus, cùm latroni diceret: *Amen dico tibi*, non conuertisset se ad illum, nec dixisset *tibi*, cùm Mater eius, quæ Humanitatem dederat, adesset, immò & alter latro liberationẽ petens, omnes cogitare potuissent sibi promissionem factam paradisi esse: verùm quid est hoc, ô mi Domine Iesu, quid est hoc? cum latrone loqueris, & Matris obliuiscceris? Non loqueris cũ Matre, quæ nouem te mensibus gestauit in vtero, & loqueris

cũ latrone, qui ante tres horas te primùm agnouit? latroni ſolummodò ob tria verba promittis illicò Paradiſum, & Matrem quæ ſuis te penè redemit lacrymis non curas? Latroni, qui nihil aliud quàm infeſtare vias & itinera didicerat, hominesq; iugulare ac ſanguinem profundere, tuum pretioſiſsimum ſanguinem citius applicas, quàm tuæ Matri dilectiſsimę? Nonne eſſet æquũ, vt lac, quod ex vberibus eius virgineis ſuxiſti, modò compenſes, & ſanguine lateris tui ſuppleas? Lactis pro ſanguine, & ſanguinis pro lacte, inter Filium & Matrem, Matrẽ ac Filium quæ poſſet permutatio fieri excellentior, quæ melior in mundo cõpenſatio? Quod ſi verò tam diu exſpectare, ô Domine Ieſu vis quoad illa tibi loquatur, vti latro tibi locutus eſt: tunc vide, quo pacto ex mera defatigatione tibi opitulari nequeat, neque ex mera triſtitia te contueri, neque ex nimio pauore te corroborare, neque ex nimio timore tecum loqui poſsit. Per viſcera miſericordiæ tuæ te adiuro, ô mitis Domine Ieſu, vt dicas: *Amen dico vobis*, vti dixiſti, *Amen dico tibi*. Hoc enim medio ſolaberis Matrem, ſatisfacies latroni, exſpoliabis limbum, ſanabis mundum, & ego pleniſsimam ſpem remiſsionis mihi conferendæ habebo. Cùm prò omnibus hominibus, & nõ pro vno ſolo moriaris, quare non perinde dicis, *Amen dico vobis*, atque dixiſti, *Amen dico tibi*. O mitis Domine Ieſu, ô viſcera animæ meæ, cùm flexis genibus, madidisque oculis tibi dicam, *Tibi ſoli peccaui, tibi ſoli peccaui*, quare dignus non eſſem ex ore tuo audire, *Amen dico tibi*.

Pſalm. 50.

Anſelmus ait: Paradiſum Matri dare, nimis adhuc erat tempeſtiuum: dare alteri latroni, pro-

meri-

meritus non erat: Centurioni illum dare, nondum se conuerterat: dare verò Hebræis, nimis illi obstinati ac duricordes erant: adeò vt non sine causa solùm bono latroni dixerit, *Amen dico tibi*, & non, *Amen dico vobis*. Sanè sublime verbum fuit, quod Deus ad primum parentem dixit, nimirum, *dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli*: verùm multo sublimius verbum fuit à Christo bono latroni dictum. Multo namque melius est, in cælo socium Angelorum esse, quàm in terris Regem animalium. Potens verbum fuit, quod Deus cum Noe locutus est, nimirum, *inueni te iustum coram me*: verùm multo potentius fuit, quod bono latroni locutus est; multo namq; melius, iustum quempiam esse, & mercedem iusti referre, quàm iustum solummodò vocari. Præclarum in primis verbum fuit, quod cum Dauide Deus miscuit, nimirum, *inueni virum secundùm cor meum*, verùm multo maius fuit verbum, quod ad bonum latronem locutus est Christus. Dauid enim vicinus solummodò fuit cordi Dei: sed latro in cordis medio. In veritate Dauid solummodò vicinus cordi Dei fuit, quippe qui denuo in peccatum relapsus sit, sed bonum latronem in medio cordis sui habuit, quippe redire illum ad peccandum rapiendumque passus non est. Præclarum verbum fuit, quod Deus locutus est ad Abraham Patriarcham, verùm multo præclarius fuit quod bono latroni Deus dixit. Summum namque mysterium, quod Deus manifestauit Abraham, erat hoc, quod nimirum in mundum missurus esset suum filium: sed bono illud latroni non reuelauit, sed clarè ostendit. Plus Christus latroni quàm Abrahamo credidit. Etenim primus peccator fuit, qui suis

Genes. 1.

Genes. 7.

Latro primus qui Christi sanguine redemptus.

tendũ hostibus suis: adeò vt iustificator alienarũ iniuriarũ sit, propriarum verò acerrimus vindicator. Multos hominũ quoque inuenire est, opibus potentes, qui tamen animum non habent, ea bona tangendi: adeò vt si aliquid in gratiam precum ab amicis factarũ daturus sit, ille citius flere incipiat, quàm precibus illis ipso opere suffragari. Inuenire est quoque multos hominum, qui audiri volunt, licet loqui nesciant: & honorari volunt, tametsi nullam auctoritatem habeãt: & amari, licet ipsi diligant neminem: & qui obsequia expetant, quãtumuis iis indigni sint. O quã ineffabilis iuxta ac miserabilis res est, loqui cũ stulto, adamare ingratum, poscere quippiã auarum, & conuersari cum mendace, atque inseruire indigno? Quibus omnibus se ille grauat oneribus, qui Dei fit immemor, & spẽ suam ponit in homine: nemo enim adeò diu homini vanè confidit, à quo demum mercedem suam nõ retulerit. Quare ad propositum vt redeam, dico, quod per omnia felix fuerit bonus latro, quippe qui solus inuocauerit Christum, in illum solùm crediderit, quare etiam ad remunerationem aliquam illi soli dixit Christus & non alii, *hodie mecum eris in paradiso.* Miserandum inprimis erat, tot Leuitas, Sacerdotes, Legisperitos & inueteratos amicos Christi crucem circumstare ac videre, quomodo Christus moreretur, nulli tamẽ illorum Christum dicere, *Hodie mecum eris in paradiso*, atque ipse latroni dixerat: adeò vt quidem verba illa inaudierint, nihilominus tamen ipsa promissione fuerint spoliati. Cùm decreuisset vt inquit Chrysostomus, Filius Dei bono latronicæ lum dare, cur idẽ tacens non dedit? quare per a-

Christus solũ Latroni in cruce paradisum promisit.

terum

terũ illi nõ denunciauit? quare auriculariter nõ intimauit ill.? cur dixit palã? quare nõ secum in cœlum illum abduxit, sed potius in Paradisum? Profectò adeò magna hæc mysteria, adeò arcana Sacramenta sunt, vt nullus intellectus sufficiens sit ad intelligendum, nec lingua ad eloquendum, nec digiti ad scribendum pares sint: atque ideò indigeamus eius gratia quæ nos informet, & spiritu sãcto, qui nos illuminet vt per sequamur. Quòd Christus ad bonum latronem dixerit, *Hodie mecum eris in Paradiso*, tantundem est, ac si dixisset. O amice mi, latro, cùm sciam, quocum loquar, æquum est, vt tu quoque scias, quocum loquaris. Scito enim me Creatorem cœli esse, ac mundi Redemptorem; Prophetam illum, adeò diu exspectatum; promissum Messiam, datorem Euangelij, & omnino Dominum paradisi. Palam hic coram omnibus profiteor, cuius omnes testes esse volo, quod in testamento meo huic latroni paradisum donauerim quo omnes illi, qui mihi in Ecclesia succesturi sunt, sciant quam munificè meos ministros remunerer, & quantis mei imitatores beneficijs exornem. O insignis latro, ô fortunate raptor, ô quàm felix fortunatusq; fuisti! siquidem nihil commisisti, quod miti Domino Iesu acceptum non fuerit, neque verbum vllum locutus sis, quo illi non feceris satis. Beati fuerunt pedes, quib. te associasti illi: beati oculi, quibus illũ intuitus es: beatum fuit corpus illud, quo cũ cruci afixus cũ illo es: beata fuit lingua, qua illũ confessus es; beatum cor tuum, quo in illum credidisti.

Regi Pharaoni, teste Chrysostomo, legatum misit Deus, nempe Moysen: Regi Dauidi Pro-

gloriã ac paradiſum in eo mihi temetipſum pro mittas? Quid eſt autẽ hoc, ô mitis Domine Ieſu, quid hoc? Malefactoribus te fidis, raptoribus te cõmendas, peccatoribus te immolas, & latronibus te teſtamento delegas? cùm illi adeò obſtrictus ſis; cũ illi tantũ debeas, da illi totã prouinciam Achaiæ, da partẽ Aſſyriæ, da regnum Paleſtinæ, da monarchiam Aſiæ, Nam cùm illi teipſum des, apparet quod multis præiudices. Eſtne alius paradiſus præterquam te ipſo frui? Eſtne alia gloria præterquam viſio faciei tuæ? Eſtne alia quies præterquam apud te? Eſtne? aliud bonum præterquam quod à manu tua veniat? *Hodie mecum eris in paradiſo*, hodie me videbis à facie ad faciem, meaque eſſentia perfrueris, mihi cohabitabis, gloriæ meæ partẽ habebis, & morietur tua mors atque iterum vita tua reſurget. *Hodie mecum eris in paradiſo*: inibi nãq; ſemper meus eris, inibi ſemper tuus eris, inibi mihi ſemper ſeruies, inibi te ſemper diligã, inibi peccare deſines, inibi tibi benefacere nunq̃ ceſſabo. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi gaudiũ ſine triſtitia videbis, ſanitatẽ ſine dolore, vitã ſine morte, lucẽ ſine tenebris, quietẽ ſine perturbatione, ſocietatẽ ſine ſuſpicione, honorẽ ſine ignominia, ſine defectu copiã, & gloriã ſine termino. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi .n. non cõſeneſcet iuuentus, non deturpabitur pulchritudo, nõ deficiet ſanitas, nõ corrũpetur gaudiũ, non ſentietur dolor, nõ audientur gemitus, nõ inuenietur triſtitia, nõ refrigeſcet charitas, neq; mors vlla terrorẽ incutiet. *Hodie mecũ eris in paradiſo*: ibi namque ex periculoſo mari in portum euades, ex pugnã ad triumphũ perges, ab ariditate trãſibis ad fõtes, à tenebris ad lucẽ, ab inopia ad copiã, à ſõnijs ad veritatẽ,

Latro in paradiſo quid factu-rus & conſecuturus ſis.

à fide ad experientiam, & à tepida charitate ad ardentissimam gradum facies. *Hodie mecum eris in paradiso*; vbi flere non poteris, sed ridere; non quiritari, sed iubilare; nō rogare, sed acceptare; non blasphemare, sed laudare: non gemere, sed canere: non odisse, sed amare: non mori, sed viuere. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi enim pedes eò pergent, quo cogitabant; tāgent manus, quod quærebant; videbunt oculi, quod anhelabant; audient aures, quod amabant: & possidebit cor tuum, quod suo gemitu poscebat. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi fraudes dæmonis non timebis, voluptates carnis, vanitates mundi, hostium astus, & amicorum importunitatem nec insultus diei, nec pericula noctis, nec animæ angustias. *Hodie mecum eris in paradiso*: ibi enim non erit nox tenebrescens, nec senescens dies, nec hyemans bruma, nec æstus calida, non frigus te refrigerans, non te deformans calor, non fames extenuans te, non sitis exsiccans, non vitæ terminum accipiens.

O anima mea dic mihi, quid consideras quid contemplaris? Cur non audis quod hic dicitur? Videsne quis dicat, cui dicat, & vbi dicat? Filius Dei est, qui loquitur; latro est, quo cum loquitur; promissio paradisi est, quam loquitur; mons Caluariæ, vbi loquitur; hora verò in qua loquitur, est vltimus halitus vitæ eius; & Synagoga est, coram qua loquitur. Vt possibile est huiusmodi legationem nuntiumque talibus cum circumstantijs factum nouum esse, magnique momenti? In sacra enim scriptura nihil necessarium est, quod non etiam mysticum sit. Profectò nouum quid est, quippe qui ab Incarnatione

sua

sua nunquam hoc nomen, *Paradisus*, ore vsurpauit, nisi in extrema hora sua spiritum redditurus. Et cum eodem tempore nullum alium nisi latronem suum socium inuenit, illi paradisum promisit. Quare ô anima mea, cupis paradisum habere, vide, hic Filius Dei est qui illum dat: & vide quid latro agat cui dat; & postea quam videris quid illi agant, tunc adige te, atque impelle, vt eadem agas. O anima mea, ô cor meum, non vides Dominum dantem paradisum pendere in cruce, latronemq; cui detur cœlum etiã pendere in cruce: adeò vt crucifixus gloriam paradisi nulli alteri det, nisi crucifixo?

Quid agendum nobis vt cum latrone paradisum adipiscamur.

Ego, teste Bernardo, sic statuo, nudum regnũ suũ nõ nisi nudo dare: & dimembratum, non nisi dimembrato: & exsangnem, non nisi exsangui; & crucifixum, non nisi alteri crucifixo. Quid ergo tu sedens petis ab alio, & gaudens à pendenti in cruce ac patiente? Quid petis vestite atq; exornate ab eo qui in cruce laniatus pẽdet? Quid tu sane ac præpinguis ab alio, in cruce excarnificatus qui pendeat? Quid tu liber ac solutus ab alio in cruce ligato & affixo clauis? O tu anima mea euigila, euigila nec tardare, & si ex ore Christi audire verbum illud cupis, *Hodie mecum eris in paradiso*, à te proijce affectus tuos, denuda cor tuum à passionibus, ex carne tua omnes malas inclinationes reuelle, crucifige in cruce libertatem tuam, & phantasmatis præsumptionum tuarum renuntia, omnesq; malas affectiones tuas sepeli. Remigius dicit: cùm cœlum adeò sublime sit, necesse est, vt cum latrone crucem suscipias, quò cœlum conscendas. Nam si eius socius in peccãdo fueris, non vtiq; socius eius in regnando futurus es.

Quare

quare Filius Dei in cruce omnibus dixerit: Amen dico vobis: *at solum latroni*, Amen dico tibi. *Et quomodo hic latro primus Martyrum fuerit, qui cum Christo mortui, primusque Sanctorum, quē canonizarit Christus.*

CAP. XXIV.

Psal. 2. Impiis duplex minatur pœna à Deo.

TVnc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos dicit regius propheta Dauid, ac si diceret. Exacerbatus magnus Deus Israelis cum impijs in furore suo loquetur. Aymo dicit, duplicē pœnā minari Dominum impijs, nempe quod illos verbis castigare velit quò terreat, & illorum intellectum erroneum reddere, quò nihil præclarum factu agant. Deum nobiscum in via loqui tolerabile est, sed si nostrum intellectum perturbet, miserabile in primis est. Nisi enim Deus in hoc miserabili mundo nos illuminauerit in vijs nostris, singulis passibus prolabemur. Augustinus ait, cùm in sacra scriptura mentio fit eius, quod Deus in ira sua loquatur, significat illū nobiscum loqui misericorditer: si verò mentio fiat, quod in furore suo conturbet nos, significat illum diuinâ sua gratia nos illuminare. Nam in hoc mundo non potest grauius nobis malum accidere, quàm si à nobis manum suā amoueat. Non ita Deus ab ira occupatur vt instar hominis turbetur: multò minùs à furore sic cōprehenditur, vti furere solent homines: Item cùm dicitur iratum Deum esse, nihil aliud est, quàm eum pœnam nō vsurpare, quam in alios ex ira profundit: Item Deum furore occupari, nihil est aliud, quam quod peccatores grauissimis pœnis castiget, vt conuertāt sese, aut omnino ab illorum, pœnis abstineat. Nam Dominus Deus aliter nō potest irā suā ostendere, nisi cùm conuertam suam misericordiam

diam non exercet. Clemens Dominus est ac misericors cum peccata aquis cruciibusque hic punit, quàm si eadē in infernum vsque puniēda differat. In domo Dei, inquit Ambr. non punire, punire est: & dissimulare, est irasci: nō loqui, est exacerbari: indulgere, est minari: sustinere est pati, & dilatare atque remittere, vlcisci est. Q. ę potest esse maior pœna, quā hic nō punire? Tūc nobiscum Dominus in ira sua loquitur, quando ex gratia in ingratiā prolabimur per peccata nostra: In ira Deus locutus est cū nostro primo parēte, cū diceret: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, ac si diceret. Quādoquidē excidisti ex gratia Dei & ex vetita arbore comedisti, in perpetuā id tibi in pœnā impono, vt quæcunq; comedas & bibas, ea corde solicito bibas ac comedas, vultu oppleto sudore, & corpore molestijs laboribusque grauato, adeò vt in optimo bolo comedere desistas, & incipias gemere. Eodē prorsus modo Deus in ira locutus cū fratricida Cain, dicēs. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, ac si diceret. Quādoquidē tu, ô immanis Cain occidisti fratrē tuū vtiq; ex inuidia & malitia, nō possū omittere, quin te coarguā. Nā sanguis eius vindictæ cupidus est, atq; ideò præcipio vt tota vita de loco in locū profugias, tremēti ac nutabūdo capite. In ira locutus est Dominus cū potēti illo Rege Nabuchodonosore, cū illi diceret, *eiciā te ab hominib. & cū feris erit habitatio tua*, ac si diceret. Q. ādoquidē ex ærario Ecclesiæ meæ thesauros furatus es, et captiuū abduxisti populū meū, reiectiuus eris à consortio hominum, atque in deserto deges & montanis, cum feris & fænum vti bos comedes, & pelle non secus atque fera cingeris, quoad me cognoscas pro Domino

Deus quādiu tum ira sua non exercet.

Deus quando nobiscū in ira sua loquatur. Genes. 3.

Genes. 4.

Daniel. 4

&

& te peccatorem feras. In ira locutus est Deus cum summo Sacerdote Heli cum diceret: *Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui vt non sit senex in domo tua*: ac si diceret; quandoquidem non puniuisti filios tuos sacrificia alienantes & exercentes cum mulieribus, à te tollam summum sacerdotium, tuos occidam primogenitos, & vt nullus in domo tua consenescat faciam; adeò vt in tua progenie non sit superstes futurus filius qui hæreditatem adeat, neque senior consilium maturum dans.

1. Reg. 2.

Quare vrad propositum meum redeam dico, Dominum eiusmodi modum ac consuetudinē loquendi vsurpasse cum Synagoga; at modò lōgè alio modo loquitur cum cognatis Synagogæ suæ, vti hoc clarè apparet in morte Christi dicentis ad latronē. *Hodie mecum eris in paradiso.* Nō legimus Christum toties vsum verbo ira, ac verbo misericordia *Per viscera misericordiæ nostræ visitauit nos oriens ex alto*: dicit sanctus Zacharias ac si diceret: Filius Dei ex cœlo in terram descendit, misericordiæ impulsu. O quàm sublime verbum. O quàm diuinum est hoc oraculum, per quod clarè datur nobis intelligi, quantopere Deus nos diligat, quoniam dilectione cordis sui nos inuisat. Multos hominum inuenire est, qui misericordiam ore solum vsurpent, non verò manibus: adeò vt mitia verba, sed seuera præstēt opera; adeò vt in capiendo securitatem aliquam inuoniant, at in mortificando adulationem. Alios homines inuenimus, qui misericordiam gerant in manibus, non verò in lingua, & hi verbis sunt seueri & operibus mansueti; adeò vt tales homines minentur & territent, non

Deus sæpius verbo misericordia quàm ira vsus est Luc. 1.

au-

autem occidunt. Solus benedictus Dominus Iesus bonitatem ac misericordiam in lingua gerit, siquidem eandem nobis adeò impensè commendat, & in manibus eandem gerit, siquidem illum adeò exercet; & in corde suo illâ complexus est, siquidem adeò illam diligat. Bernardus ait: Deũ deponere non voluisse misericordiam in oculis, ne illa excœcaretur; nõ in auribus collocare, ne surda redderetur, non in manibus, ne perderetur; non in corpore, ne consenesceret; non in lingua, ne obmutesceret; sed in corde suo deponere illam voluit, ad omnium illorum vtilitatem, qui ex corde illum amaturi essent. Quod namq; quis ex corde diligit, id seruatur ac custoditur in corde. O mitis Domine Iesu, ô vita animæ meæ, per viscera tuæ misericordiæ tẽ obtestor, vt misereris huius meæ peccatricis animæ. Nam cùm nullum alium Deum in corde habeam, quã te ipsum solum, sic non video, quî melius tuam misericordiam expendere possis, quàm in me. Corde illo misericordiæ locutus es cũ latrone, cùm dixisse contentus non eras: *Amen dico*, sed adiecisti, *tibi*: docens illum per hoc, quòd cum illo & cum alio nullo loquaris, & quòd illi soli, neq; cuipiã alteri Cælorum regnum promittas. Si bonus Dominus Iesus, cùm latroni diceret: *Amen dico tibi*, non conuertisset se ad illum, nec dixisset *tibi*, cùm Mater eius, quæ Humanitatem dederat, adesset, immò & alter latro liberationẽ petens, omnes cogitare potuissent sibi promissionem factam paradisi esse: verùm quid est hoc, ô mi Domine Iesu, quid est hoc? cum latrone loqueris, & Matris obliuisceris? Non loqueris cũ Matre, quæ nouem te mensibus gestauit in vtero, & loqueris

meritus non erat: Centurioni illum dare, nondum se conuerterat: dare verò Hebræis, nimis illi obstinati ac duricordes erant: adeò vt non sine causa solùm bono latroni dixerit, *Amen dico tibi*, & non, *Amen dico vobis*. Sanè sublime verbum fuit, quod Deus ad primum parentem dixit, nimirum, *dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli*: verùm multo sublimius verbum fuit à Christo bono latroni dictum. Multo namque melius est, in cælo socium Angelorum esse, quàm in terris Regem animalium. Potens verbum fuit, quod Deus cum Noe locutus est, nimirum, *inueni te iustum coram me*: verùm multo potentius fuit, quod bono latroni locutus est; multo namq; melius, iustum quempiam esse, & mercedem iusti referre, quàm iustum solummodò vocari. Præclarum in primis verbum fuit, quod cum Dauide Deus miscuit, nimirum, *inueni virum secundùm cor meum*, verùm multo maius fuit verbum, quod ad bonum latronem locutus est Christus. Dauid enim vicinus solummodò fuit cordi Dei: sed latro in cordis medio. In veritate Dauid solummodò vicinus cordi Dei fuit, quippe qui denuo in peccatum relapsus sit, sed bonum latronem in medio cordis sui habuit, quippe redire illum ad peccandum rapiendumque passus non est. Præclarum verbum fuit, quod Deus locutus est ad Abraham Patriarcham, verùm multo præclarius fuit quod bono latroni Deus dixit. Summum namque mysterium, quod Deus manifestauit Abraham, erat hoc, quod nimirum in mundum missurus esset suum filium: sed bono illud latroni non reuelauit, sed clarè ostendit. Plus Christus latroni quàm Abrahamo credidit. Etenim primus peccator fuit, qui suis

Genes. 1.

Genes. 7.

Latro primus qui Christi sanguine redemptus.

oculis vidit perfectam ac cõsummatam mundi Redemptionem, vtpote cui primùm sanguis filij Dei fuit applicatus. Peculiari modo sanguis filij Dei sese erga Matrem Dei secus crucem stantem habuit, & peculiari modo erga latronem, in cruce pendentem. In vestes enim mœstæ matris guttatim incidit; verùm animam sancti latronis statim saluauit, atque ideò in paradisum illicò ascendit latro, mater verò eiusdem in monte Caluariæ flens restitit. O pretiose sanguis, ô diuinum balsamum, quare adeò misereris latronis, & quare adeò differs & expectas afflictæ Matri tuæ æternam gloriam conferre, quam è vestigio latroni das? Quare expectas iuuare illam, quæ te peperit, & quare miseraris tam citò illum, qui te solum in crucem vsque comitatus est? Quare in illa auges lacrymas, & in ipso culpam mitigas? Eximium certè verbum fuit, quod Magdalenæ Deus dixit, nimirum, *remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum*: sed magis eximium fuit verbum illud, quod bono latroni dixit: tametsi enim Magdalenam dilexerit, illiq; peccata remiserit, nihilominus latronem velut amicũ dilexit, remisit vt Christiano, & vti iustum recreauit.

Luce 7.

Amoris signum quod sit.

Signum amoris est, teste S. Bernardo, remittere: maius tamen amoris signum est, condonare & remittere. Remissio subinde ex coactione fit, verùm condonatio ex libera voluntate. Origenes ait: O sublime mysterium, ô diuinum Sacramentum, quis vnquam vidit similia, quis vnquam similia audiuit, quod nimirum ortum inter & occasum solis, bonus latro à Pilato damnatus sit, à præconibus ludificatus, à carnificibus afflictus supplicio, proprio ore confessus, à Christo remissione

sione donatus, atq; omninò in paradisum deductus. Quid verò est hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? Quis potest intellectus comprehendere, innocentiam Abel, iustitiam Noë, fidem Abraham, amorē Dauidis, mansuetudinem Moysis, & Iobi patientiam, liberalitatem Tobiæ, paupertatem Lazari, multis annorum millibus in limbo angustiatas fuisse, neque tamen duas aut tres horas hunc latronem in purgatorio passum esse? Ambrosius inquit: Ab illa hora ac momento, quo cœpit bonus latro Christum defendere, & confiteri, omnia tormēta Christus illi vt malefactori illata, tanquam noui Martyris suscepit: adeò vt veluti latro passus sit, verùm vti insignis Martyr vitam finierit. Insignis Martyr hic latro fuit, passus enim est secus Christum, cum Christo, vbi Christus, & quomodo Christus, immò quod maius est, primus Martyrum fuit, qui post Christum natus fuit, primusque sanctorum fuit, quem Filius Dei à morte sua canonizauit. S. Stephanus Martyr primus fuit, posteaquā Christus in cælum ascendisset; verùm inter mortem Christi ascensumque non fuit alius in mundo Martyr, quàm hic latro, cuius conuersionem causauit Christus, cuius lacrymas suscepit, cuius martyrium approbauit, cuius sanctificauit passionem, cuius animam glorificauit.

Latro fuit Martyr & primus à morte Christi.

S. Augustinus ait: O mitis Domine Iesu, ô dulcedo animæ meæ, cùm salues accusatorem suæ culpæ, defensorem innocentiæ tuæ, imploratorem misericordiæ tuæ, patronum honoris tui, confessorem tuæ essentiæ, & socium tui ipsius, quare non saluare & liberare meam peccatricē animam velles? Cùm adeò memorabili pugna

victor redeas, & hodie adeò insignem triumphũ retuleris, & tuo tibi is sanguine constiterit, exiguum lucrum esset, nihil amplius tecum abducere, nisi hunc latronem. Tanto præclarior ac spectabilior triumphus est, quanto magis ille captis fartiatur. Quod si verò me non velis inde abducere, mane nihilominus hic apud me, ô mitis Domine Iesu. In hoc enim afflicto mundo non aliam à te gloriam posco, quàm vt seruem bonam conscientiam. Altum, inquit Origenes, & mirabile mysterium est; quod Christus latroni non dixerit, *Amen dico vobis*, tametsi adhuc alij homines præsentes essent ibidem, sed quod solùm illi dixerit: *Amen dico tibi*. Voluit enim nos docere, quod cùm illi soli remitteret, suã misericordiã ostenderit; cùm verò alijs non remitteret, per hoc suam ostenderit iustitiã. Multi circumstabant crucem peccatores, qui perinde tam libenter obtinere voluissent remissionem peccatorum, verùm inter illos solum latro promeruit audire remissionem sibi factam esse. Docemur enim illo, quod neque desperare, nec abijcere animum de obtinẽda remissione debeamus, quandoquidem illi eadem facta est; neque peccare ex spe remissionis obtinendæ, siquidem Dominus illi soli remisit. Sit horum ergo omnium hæc conclusio, quòd nos priusquam peccemus recogitare debeamus, non ignouisse Dominum multis, qui tum temporis præsentes erant: & vt post commissum peccatum meminerimus Dominum remisisse latroni secus se pendenti ac patienti. Atq; hoc modo timebimus eius iustitiam & rememorabimus misericordiam: quin & flexis genibus & cum lacrymarum effusione contritoque corde oremus illum

Desperandũ vbiquam est, neque ex spe remissionis obtinendæ peccendum.

illũ atq; inuocemus, vt eiusmodi erga nos misericordiam exercere velit, hic per gratiam, & ibi per gloriam. Amen, Amen, Amen.

Finis secundi verbi, quod Saluator in cruce dixit.

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA, IN TERTIVM VERBVM QVOD FILIVS Dei in cruce dixit.

PROLOGVS.

Tobiæ 10.

HEu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? dicit Anna mater Tobiæ iunioris, cum tanto vtique sensu & tam seriò, vt consolationem non admiserit, sed quotidie in vias exiret, atque identidem respiceret, eò quod sperabat filium alicunde venturum esse, quo, si possibile, à longè eum videre posset. Si ergo eiusmodi planctum super filio Anna instituerit, quem sciebat domum esse rediturum, quid non de immaculata Virgine dicemus, quæ stabat infernè ad crucem, neque vllam spem red tus filij sui domum habebat, siquidem illum videbat crucifigi oculis suis, vltimumque spiritum ducere? *Nunquid obliuiscì potest mulier infantem suum, vt non miserearur filio vteri sui?* inquit Propheta Isaias, ac si diceret: Obliuiscitur ne mulier filij sui, vt illius nunquam misereatur? Solent matres tristari propter dolorem filiorum, quis ergo inhiberet Matri planctum super filio ac dolorem, & tali quidem filio, qui in ligno crucifixus esset? Si prædo Christus fuisset, vti duo illi latrones erãt, aut si seditiosus fuisset, vti Barrabas, quem dimittebant, potuissent illũ condemnare vti Samuel Regem Agag: *Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua,*

Isaiæ 49.

1. Reg. 15.

Luc. 9. dicit Samuel ad Regem Agag, cuius contrarium Christus fecit. Nam tametsi illa vidua nihil loqueretur, nihilominus feretrum cohibuit, filiumque Matri sanum atq; integrũ tradidit. Ille Synagogæ princeps, statim vt Christo mortem conquestus est filiæ suæ, ecce, Christus descendebat illicò cum eo, & excitabat à mortuis eius filiam. Maximum solatium quod mater eius in adeò misero rerum statu habuit, erat, quod contemplaretur illa sublimia ptofundaque crucis mysteria, in qua Christus pendebat. Christum passum esse in ligno insensibili quid significat aliud, nisi quod propter peccatorem moriatur, qui non cognoscat illum? Quod lignum illud non sentiret onus, quod portaret, quid significat aliud, nisi quod impius non cognoscat gratiam, quã illi Dominus exhibet? *Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eũ, eò quod incenderit ossa Regis Idumeæ vsque ad cinerem:* dicit Dominus per Prophetam Amos. Quod si rectè intelligamus Prophetam, monet nos his verbis Deum illud nobis velle remittere, quod ex infirmitate committimus, & quod ignorantia delinquimus, obliuioni se traditurum, & quod ex malitia peccamus, id cõdonaturum: verùm quicquid ex pertinacia ac obstinatione peccamus, illius demum nullum remedium esse, quod tria illa brachia, quæ vera habet crux significant: quartum enim brachium, quod supremum in cruce fuit, tantum propter titulum inductum est, quem supra caput poni Pilatus iusserat, quod non fuisset opus, si crucem tunc, vt modò pingitur, fecissent. Vnum brachiũ quod versus terram porrigitur significat, nos debere cauere nobis, ne cogitationes nostras nimium infigamus terrenis, & aliud superesse brachium, quod iter in cœlum ostendat, quo omnia nostra desideria dirigere debeamus; & alia duo brachia nos ad salutem vocãr, inuitantque, si modò nos velimus ipsi. Quod Dauid dicit: *sub vmbra alarum tuarum protege me*, quid aliud si-

Amos 2.

ud significat, nisi sub hisce nodis arboreis latitātes miseriās in quietem conuertendas esse, ignominiam in triumphum, dehonorationem in honorem, vulnera in victoriam, ingratiam in consolationē, captiuitatem in libertatem, & æternam mortem, in æternam vitam. Cùm filius Dei affixus esset, non clauis sed infinita charitate, in se suscepit expianda peccata omnium hominum, & per mortem suam omnes nostros aduersarios deuicit. Duo erant, quæ tum temporis Matrem maximè cruciabāt, cùm nimirum videret filium suum illorum causa mori, nemo enim à necessitate redēptionis liber erat: itē cū videret illū in isto pati corpore, quod à se accepisset, Quod Euangelista dicat, benedictū Dominū Iesum vt vidit Matrem & Discipulum dixisse Matri: *Mulier ecce filius tuus*: & discipulo: *ecce Mater tua*, ô quantum arcanum est hoc, ô quàm profundum mysterium? Quomodo est possibile illibatā Virginem filium habere, qui verus homo sit. Quomodo est possibile Matrem Dei, Matrem esse veri hominis? quando humana natura impetrauit vt vnus duas haberet matres, & vt homines in matrem illibatam Virginem essent habituri? Quomodo vis ô Domine Iesu, vt Ioannes eius sit filius, siquidem natura non permittit, vt quis de nouo generetur ab illa, & multò minus mediante adoptione fieri id possit, quandòquidem adeò vilis hæreditas est. Quod ergo Mater Domini stat ad crucem, nihil aliud significat, nisi Ecclesiā, quæ amplectitur sponsum suum, & à morte Christi initium sumit: per Ioannem verò intelligitur anima cuiusque fidelis. Filiatio, de qua hic agitur, nihil aliud est, quàm zelus fraternæ charitatis, quam Deus à nobis exigit: ita quidem vt cùm Christus ad Matrem dicat, vt Ioannem adoptaret in filium, & ad Ioannem virginem in Matrem vt assumeret, præcipiatur nobis, vt seruiamus atque obediamus Ecclesiæ tanquam Matri, illaque nos filiorum loco habeat. Amor

Ioan. 1. Christi erga nos, adeò excellens erat, vt non satis illi fuerit habere nos loco fratrum, iuxta illud, *dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*, sed etiam voluit, vt illius fratres iam inde à Matre simus. Etsi enim propter primum peccatum iustitiam originalem perdiderimus ex se optimam, nihilominus nos adhuc fratrum loco habet, adeò vt longè maius sit, quod illius debemus gratiæ, quàm quod naturæ: Natura enim nos corruptibiles genuit, sed gratia reddidit incorruptos, vnde in nobis cõmunis quidam salutis appetitus excrescit, & cognitio veri Dei. Posito verò, quod malæ cõsuetudines, ac noxiæ affectiones, apud aliquos soliãt diuersos effectus operari, non tamen id magni faciendũ est, *quia ex illa hora accepit eam discipulus in suam*, dicit Euangelista, ac si diceret. Ab illa hora, qua S. Ioanni Christus commendauit Matrem suam, in custodiam suam accepit illam, id est, In ea hora qua Filius Dei nobis omnibus assignauit Matrem naturam, perinde & Matrem ipsam gratiam assignauit, quã maxima cum reuerentia Ioannes accepit, & merito loco gratiæ susceptit. Neque hoc fiebat ea mente, quod filium Dei pro filio Zebedæi Virgo permutauerit, neque viuum Ioannem pro mortuo Christo delegerit, sed sponte sua in hoc consensit, siquidem adeò cæca non fuit, quin mysteria non intelligeret, quæ tum temporis tractabãtur, aut dubitaret filium suum post triduum resurrecturum non esse, sed optimè perpendebat omnia, quæ Dominus per illa adeò lacrymosa verba voluit significare.

EXPLI-

EXPLICATIO TERTII VERBI, QVOD FILIVS DEI IN CRVCE DIxit ad benedictam Matrem suam,

Mulier ecce filius tuus.

Quod Matris Dei dilectio alias omnes tam humanam quàm angelicam superauerit.

CAPVT XXV.

SIcut Mater vnicum amat filium; ita ego te diligebam, dicit Dauid Rex cùm nuntium acciperet, Regem Saulem inimicum suum, & ducem Ionathã amicum suum in prælio cecidisse. Hoc prælium inter Hebræos ac Philistijm factum est in montibus Gelboe, atque ideò cùm Rex Dauid nuntium accepisset occubuisse in pugna Saulem, scidit vestimenta sua, & omnes viri, qui cum eo erant, fleuitque ac dixit. O celebris domus Israel, cur non defles seniores principum terræ, qui hodie ceciderunt? Quî fieri potuit fortes Israel adeò misere perijsse, & in ore gladij occisos esse? O quantopere rex Saul & princeps Ionathas se dilexerunt in vita sua, siquidem in morte diuisi nõ sunt? Tametsi enim gladius satis potens ad adimendum illis vitam fuerit, qua viuebant; non tamen satis potens fuit ad adimendum cor illis, quo se diligebant. Quis gladius ausus fuit eorum pectus trãsfodere, & quę lancea eorũ carnẽ contingere? Saul enim & Ionathas amabiles in vita sua, aquilis velociores in cursu, & in prælio fortiores leonibus. Sagitta Ionathæ nũquã redijt retrorsum, & gladius Saul nunquã reuersus est inanis. Filiæ ergo Israel super Saul flete, qui vestie- 2. Reg. 1.

ba-

bat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. O montes Gelboe, nec noctis ros, nec pluuia diei veniat super vos, siquidem permisistis hostes Israel, vt occiderent Regem Saul, & dilectissimum meum Ionathan opprimerent: ô fidelis amice, ô vetus socie mi Ionatha, cur sine me mortuus es? Nec cor meum consolationem admittit, nec à lacrymis desistere queunt oculi, quando summæ illius obligationis recordor, & mutui inter te ac me amoris. Tuus enim & meus amor adeò magnus erat, vt superaret amorem Matris erga vnigenitũ. Hanc luctuosam historiam non ob aliam causam induxi, nisi quò ad meum vsum postrema verba Dauidis tra-

2. Reg. 1. ducerem: *Amabilis super amorem mulierum. Sicut Mater vnicum amat filium suũ, ita ego te diligebã.* Nam facilè ex eo subducere possumus, amorem Matris

Amor Matris omnem aliũ superat. in filium omnem alium amorem superare. Nam si Dauid alium potuisset amorem maiorem apprehendere, vtiq; illi etiã comparasset. S. vir fuit Rex Dauid, & arrogans fuit adolescens eius filius Absalom: verùm posteaquam nuntium accepisset eundem à Ioabo confossum, adeò sensit id senex, tantumque luctum ac planctum instituit, vt quiuis colligere potuerit, magis illum sibi ipsi mortem exoptasse, quàm vitam filio eripi, vidis-

2. Reg. 18. se. Nunquid qui dixit, *Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom*: libentius se ipsum in sepulchrum inferri iussisset, si modò filio vita reddita fuisset?

Non potuit maiorem Deus probationem inuenire ad probandam Abrahæ charitatem, nisi vt

Genes. 22. præciperet illi vnici decollationem filij. Cùm ergo hic senex iam gladium ad hunc filium decol-

landum

landum sustuliſſet, arripuit eius brachium Angelus, & subsistere ab incepto præcepit. Deus enim iam tum sufficientem satisfactionem acceperat, cùm aduerteret Abraham magis Deum, quàm vnigenitum diligere.

Posteaquam nuntiatum Iobo esset, omnes illi boues præda auersos, fulmenque de cælo 7000. ouium occidisse, 3000. Camelorum abegisse Chaldæos, atq; pecorum magistros interfectos, non se commouit vir optimus, neq; vllum ignominiosum verbum dixit. Verùm cùm quartus illi nuntius indicaret septem eius filios ac tres filias in domo natu maximi filij oppressos, non potuit dolorem suum dissimulare amplius, sed eundem magis operæ, quàm verbis ostendit. Nã illicò dilacerabat vestes suas, euellebat crines, & in terram procidebat. *Iob 1.*

De patriarcha Iacob legimus, quod in tota peregrinatione sua nunquam fleuerit, neque in vllis tribulationibus vnquam questus sit, nisi quoad illi nuntiatum esset, dilectissimum filium Ioseph à fera deuoratum esse in deserto: Qui adeò vehementer eum luxit, vt nullam consolationem admiserit, sed in isto planctu ac lacrymis cum filio in sepulchrum voluerit descendere. *Genes. 37.*

Cùm Sunamitide Prophetæ Helisæi hospitæ mortuus esset vnigenitus, adeò acerbè mortem eius tulit, vt fatuæ in morem arua oberraret lacrymans: adeò vt neque maritus illam posset domũ reducere, nec consolari Prophera. Posteaquam intellexisset summus Sacerdos Heli Philistijm superasse Hebræos, & in pugna ablatam fuisse arcam duosque filios Ogni & Phinees trucidatos, retrorsum de sede excidit, efflauitque ani-

animam. Cùm illa senioris Tobiæ vxor videret filium suum diu occupatum in nuptijs, multas lacrymas profudit irremediabiles. *Heu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari; lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ?* & tametsi illam senior Tobias consolaretur, non admisit, sed exiliens circumspiciebat & circuibat vias omnes per quas spes remeandi, & videndi filium dabatur.

Tobiæ 10.

Amor parentum erga filios.

Quæ omnia exempla non alia de causa volui inducere, nisi vt ostenderem quantus amor parentum sit erga filios, & quàm seriò illos Matres defleant, si fatis concedant, aut in remotis nationibus peregrinentur. Anselmus dicit amorem illum Maternum non solum in rationalibus esse hominibus, sed etiam apud irrationales bestias reperiri: gallina enim cum miluo congreditur, ciconia cum vulture, pullus cum lupo, cum panthera leæna, cum rhinocerote elephas, cum vulpe anser, & cum coccyge pica. Parentum amor, teste D. Ambrosio, adeo magnus est, vt sæpe animalia insectetur homines qui eorum pullos subduxerunt; quo docent, quòd ex sua parte multo libentius velint capi, quàm videre, quod sui pulli capti abducantur. Si ergo irrationalis bestia talem philostorgiam, affectumque propter pullos ostendit, quid non faciet prudens homo atq; intelligens? Cùm Demosthenes valde defleret, & ferret ægerrimè mortem filij sui, aliusque id ei exprobraret, respondit: Apparet te nunquam patrem fuisse, neque scire, quid amor filiorum sit: filium namque habere, inter amabilia amabilissimum est, & perdere eundem inter luctuosa luctuosissimum. Quæ omnia vt ad meum propositum

tum traducam, dico; quis vnquam est inuentus in hac mortali vita, qui adeò tenerè filium suum adamarit, atque Mater Dei suum vnigenitum? *Ipsum solum tenet mater sua, & pater eius tenerè diligit eum,* dicit Iudas patriarcha ad fratrem suũ Ioseph, ac si diceret, ô mitissime Princeps ac Domine, ego & fratres mei te, quàm demissimè rogamus, vt fratri nostro Beniamin remittere digneris commissum furtum: Etenim afflicta mater eius non tenet alium filium, & tenerè eum pater diligit. Multò iustius verba hæc de Virgine, eiusque filio dici possent, quàm de Beniamin eiusque matre Rachele, quæ præter illum ad huc alios haberet, etsi id nesciret. Nam Ioseph frater Beniamin viuebat, & potentissimus, ditissimusque in AEgypto erat: solus æternus Pater non habet nisi vnicum filium; sola Regina cælorum non habuit nisi Christum filium: Pater quippe non educauit alium naturalem filium, nec humanum filium alium Mater progenuit. Opportunè de Patre dicere possumus quod tenerè diligebat filium suum. Totam enim suam illi essentiam dedit, totam scientiam, totam potentiam, totam voluntatem suam, omnesque diuitias suas. Quam habuit Pater essentiam, quàm potentiam, quam non habuerit etiam filius? Quid significat *quod tenerè diligebat eum,* aliud, nisi quod Pater filium suum dilexerit tali dilectione, vt nihil eorum quæ haberet, negaret illi, neque eorum quidquam quæ sciret, cælaret? Sed relinquamus amorem Patris, & parum de benedicta Matre loquamur, quę pretiosissimum suum filium tenero corde diligebat, ardentibusque visceribus deplorabat. O Regina cælorum, ô Domina hierarchiarum, quare non

Deus Pater vt filium suum dilexerit.

diligę-

diligeres filium tuum adeò tenero amore, siquidem tu cùm illum pareres tenerrima adhuc eras? Si virgo quæ parit delicata est; si tempus quo parit tenerum sit, & si natiuitas ipsa talis sit, quare non esset etiam dilectio, qua diligit tenerrima? Cùm Iacob inter duodecim filios, vnicum tantum impensè diligeret, non est dubitandum Matrem Dei, quę non nisi vnicum filium habet, eundem adeò amabili ac tenera dilectione amauisse: quandoquidem senex ille amorem in multos diuisisset filios; Mater verò sanctissima eundem in vnicum tantum filium contulisset. Bernardus dicit non esse amorem in hoc mundo, qui non ponderari ac mensurari possit excepto amore illo, quem filius Dei in Matrem gerebat, & Mater in illum. Illum namque omnes Angeli mensurare nequiuerunt, atque omnes sancti ponderare. S. Anselmus dicit matres ac patres non adeò possunt suos liberos diligere, atque Virgo: sed neque obligati sunt tantopere filios diligere. Obligati enim sunt, diligere proximum vnà cum liberis, & fratres vt seipsos, & Deum plus seipsis. Amor qui in tot partes sectus est, quomodo possibile est, illum comparari posse amori quem filius erga Matrem suam gerebat, & quem Virgo erga filium? Si amor debeat purus & illibatus esse, diuidi non debet, sed contrahi: nō debet esse medius, sed integer: non multos, sed vnum solum debet respicere: non debet esse temporarius, sed æternus: non suspitiosus, sed certus. De quo dicere possumus quod amet, si hanc amoris regulam non curet? Quod si ex his 7. conditionibus vel vna deficiat, tam amatori, quàm amato, tum non sunt vocādi amatores, sed noti. Nam in lege charitatis

ritatis nullus defectus admittitur, charitas enim omnes supplet: non querimonia toleratur, omnibus enim satisfacit; nullam iniuriam facit, nam dissimulat omnia; nulla inuenitur pigritia in illa, ad omnia enim peruigilat; non conuincitur auaritię, nihil enim cuiquam negare potest. O Regina gloriæ, ô lux beatitudinis, quis vnquam adeò alta charitatis vincula, adeò sublimia eius onera compleuit, ac tu ipsa cum filio tuo? *Tenerè diligebat filium* benedicta Mater, cùm enim caro esset de eius carnibus, os de ossibus eius, & sanguis de eius sanguine, quare illam ergo suorum viscerum facturam non diligeret? *Tenerè diligebat filium*, nam diligebat eum vt filium, zelabatur illum, vti sponsum; seruiebat illi vti marito; tractabat vt fratrē, honorabat vti patrem; & adorabat vt Deum. *Tenerè diligebat filium*: cùm enim grauida ab illo esset, ibat in Bethleem; & cùm penderet ab vberibus eius, fugiebat in AEgyptum: puerum in templum ducebat, neq; vnquam illum quantumuis hic illicque concionaretur deserebat; & quod plus est, oculis omnes eius miserias ac ærumnas deflebat, paupertatem suis manibus arcebat, nimirum vigilijs noctis & textura diei. *Tenerè diligebat filium*, nam in præsentia adorabat illum, in absentia speculabatur eum, in itinere sequebatur illum, in aduersis solabatur. Bernardus inquit, quid voluit Filius, quod non voluit Mater, quid petiuit Mater, quod non dedit Filius? Habitabant in vna domo, vnà vtebantur eo quod textura lucrabatur Mater, vnaq; absumebant, quod filio propter conciones dabatur. Et quid dicam amplius nisi quod vnà pro omnibus peccatoribus orarent, vnaque omnia peccata deflerent.

Quod vti dilectio Matris erga filium magna fuit, perinde amor filij erga Matrem magnus fuit, ad cuius declarationem pulcherrima figura ex Canticis sublimi stylo adducitur.

CAPVT XXVI.

Cant. 2. *Introduxit me* Rex *in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*, dicit sponsa in Canticis, ac si diceret; Lumen oculorum meorum, & quies cordis mei, me manu apprehendit, & introduxit in cellam vinariam, & commodissimè instruxit quo modo diligere debeam. S. Bernardus ait. O dilecta sponsa ô electa sponsa, quare dicis & manifestas, quod tuus sponsus te in cellam vinariam introduxerit, & te amandi rationem docuerit; meritò enim puduisset te hoc dicere, & doleres meritò si id faciendum esset? Aliæ sponsę campos intrare solent ad carpendos flores, aut hortos ad poma colligenda: solent in officinas institorum panni pergere, vt pannos inibi sibi coëmant: solent ambulare per compita, & suas complices visitare; tu verò cellam ingrederis, vt te ibidem ex vasis vinarijs recrees? An nescis teneræ eiusmodi ac nobili fœminæ ignominiæ esse, si os vinum redoleat, & pro incasta habeatur? Adeò peregrinum tibi, ô sponsa Domini deberet esse vinum, vt te puderet, illud etiam vel ioco nominare, & pro noxio exemplo habere petitionem vini, & ebrietatem sacrilegium reputare. Diuinus ille Plato ait: Aureo seculo amicũ amicæ aut cognatæ, nulla alia de caussa dedisse osculum, nisi vt intelligeret, num etiam vinum bibisset; nam si vinum bibissent aut adimebatur illis vita, aut vrbe pellabãtur. Plutarchius perinde memorat, quod

Apud Romanos mulieres à vino abstinebant.

quod quando Romana mulier opus haberet vini hauſtu, aut propter infirmitatem corporis, aut ſtomachi debilitatem, tum primum à Romano ſenatu veniam habere debuerit, & idem extra vrbis mœnia bibere. Macrobius narrat duos Romanos Senatores Romæ aliquando contendiſſe, & cùm vnus alteri obijceret, vxorem eius adulteram eſſe, replicabat alter, quod eius vxor ebrioſa eſſet. Hac lite ergo in ſenatu diſcuſſa vter amborum maiore iniuria notatus fuiſſet, decretum eſt, maiorem infamiam fœminæ ebrietatē quam adulterium adferre. Quæ cùm ita ſint, quare conatur ergo hæc noſtra ſponſa & electa virgo non modo vinum bibere, ſed idem etiam cella educere? & non ſolum efferre inde, ſed etiam bibere? & non ſolum bibere, ſed etiam eo inebriari? & non ſolum inebriari, ſed alios etiam ad idem inuitare, quo etiam illi ſe vino expleant? Sponſa quæ apertè loquitur: *bibite amici & inebriamini*, chariſſimi, quid aliud ſignificat, quàm bibite amici mei, & potate dilecti? Tu dicis, quod in tabernis & hoſpitijs in quibus prudentes ſuam ſapientiam prudentiamq; ſolent perdere, tuus dilectus ſponſus tibi ibidem exhibeat charitatem maximam? Quare dicis, *quod ipſe ordinauit charitatem*, quandoquidem in tabernis patientiam perdimus, accendimus iram, ſpargimus mendacium, nutrimus gulam, & infirmamus virtutem? Reſpondeo. Non terrearis, mi frater, neq; mireris quod dicam, *quod introduxerit me in cellam vinariam*, nam in taberna, quam ego ingreſſa ſum, & in quam me ſponſus meus deduxit, nulli alij intrare niſi prædeſtinati habent, & nulli vinum illud bibere, niſi Electi ſolent. Diuina taberna, in quam ſponſus

deduxit sponsam, est S. scriptura, cuius libri sunt vasa, & in illis conclusum vinum est Filius Dei in veteri lege promissus. Quod vinum tum primũ vendi cœpit, cùm prædicationem bonus Dominus Iesus exorsus est. Quare architriclinus vino optimo pepercit, qui primùm in fine nuptiarum biberetur, nisi vt daret intelligi, vasa & mysteria sacræ scripturæ primùm in fine legis aperienda esse? Cùm Christus suis discipulis diceret: *alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis*, voluit per hæc verba ostendere Patres veteris testamenti tantùm plantasse, circumcidisse, collegisse vuas, vinumq; conuasasse, solùm discipulos vinum bibisse, quippe qui mysteria sacrarum scripturarũ sint assecuti. In diuinã tabernam Dominus duodecim Duces Ecclesiæ introduxit, cùm in illa vltima cœna, illos Spiritus S. vino inebriauit, quæ illorum ebrietas nullum reliquit mysterium, quod non cognoscerent, nec secretũ vllum, quod non assequerẽtur. O pretiosum vinum, ô beatam ebrietatem, ô crapulam sanctam? Nam quamprimum duces Ecclesiæ hanc vinariam cellam ingressi sunt, ex timidis, audaces, ex indoctis, docti, ex simplicibus prudentes, ex tepidis feruẽtes, eloquentes ex balbis, ex piscatoribus prædicatores facti sunt. In hac diuina taberna non habet locum superbia, non vociferatur inuidia, non vincit gula, non inflammat luxuria, non regnat desidia, & malitia ibidem ignoratur. In taberna Dei ianua est humilitas, sustinet patiẽtia, operatur charitas, regnat temperantia, custodit industria, & deuotio triumphat. Quis non ex vino eiusmodi libenter biberet, & eiusmodi sanctam tabernam libenter introiret? Origenes ait, cellã vinari-

Ioan. 4.

Apostoli duces sunt Ecclesiæ.

Cellavinaria

vinariam in quâ ſponſam introduxit ſponſus, nõ aliud profectò eſſe quã Catholicam Eccleſiam, in qua vaſa ſint Sacramenta, & in illis ſeruatum vinum ſint 7. dona Spiritus S. propter quæ Eccleſia errare non poteſt, & abſque quibus nullus ſaluari poteſt. Quid recèns nato infante fieret, actuali fide & ſpe deſtituto, niſi illicò in hanc ſanctam tabernã duceretur? Quid ſunt vaſa ex quibus bibimus aliud, quàm 7. Sacramenta quibus ſaluamur? Ex primo vaſe bibimus, quando baptizamur; ex altero, quando confirmamur; ex tertio, quando ordinamur; ex quarto, quando confitemur; ex quinto, quãdo corpori Domini communicamus; ex ſexto, quãdo matrimonio iungimur; ex ſeptimo, quando ſacra vnctione delibuimur. Vide, quàm appoſitè Eccleſia ſuum vinum cuſtodiat, & quomodo vas vltimum cum vita noſtra exhauriatur, vitaque noſtra exhauriatur cum vaſe vltimo. Vua, vnde hoc nobile vinũ expreſſum eſt, eſt nata in Bethleem, educata in Nazareth, in Palæſtina traducta, putata in morte Caluariæ, & expreſſa in cruce, in qua omnis ſanguis ex corpore Domini profluens in vinum conuerſus eſt, quod in eius Eccleſia biberetur. Exiguum quid eſt vnum amicũ alteri promittere, vt det omnia, quæ habet, immò & ſanguinem: quæ certè promiſſio quotidie fit, ſed à nemine eam compleri videmus. Tu offers promittisq; amico tuo, quod illius cauſa velis tuum fundere ſanguinem: at ſi deinde à te quid petat, auertis faciem ab illo? Talis nõ eſt filius Dei, qui facit, quod loquitur: dedit enim in cibum corpus, in potum ſanguinem, per quæ redempti ſumus & omnes Electi ſaluati. O mitis Domine Ieſu, quo imples animam quam

deſignat Catholicam Eccleſiam.

Vaſa ex quibus bibimus 7. ſunt Sacramenta.

Apocal.17. diligis, nisi vino sanguinis tui pretiosi? *Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum*, dicit S. Ioannes in Apocalypsi, ac si diceret. Relegatus in Insulam Pathmon, vidi inter alia mulierem non vino ebriam ex vuis expresso, sed sanguine ex venis decurrēte. Vino ebrios quotidie videmus: hoc enim ebrius fuit patriarcha Noë, in monte Carmelo Nabal, arrogans Holofernes. Ira ebrios etiam videmus in dies, qua Rex Iesu fuit ebrius, qua princeps militiæ Ioab, Abner occidens. Inuidia ebrios multos homines videmus in dies, fratres scilicet Iosephi ex inuidia illum vendentes, & impios Pharisæos ex inuidia Christum occidentes. Ebrios amore multos etiam videmus, quemadmodum ducem Hemor ob Dinam filiam Iacob, & Iacob ob filiam Laban Rachelem, & Dauid ob vicinam suam Bersabeam, item Ammon ob Thamar sororem suam. Vnde colligitur aliquos esse, qui se vino impleant, aliquos ira, aliquos inuidia, & ambitione aliquos, adeò à sede mentis dimotos, vt propter adeptionem exigui honoris seponant pudorem, & animam in Infernum præcipitent: verùm nunquam audiuimus nec vidimus quempiam se inebriasse sanguine; tametsi enim barbari ad fundendum sanguinem proni sint, non tamen sunt ad bibendum.

Thesaurus Ecclesiæ. Ecclesia Christiana non habet pretiosius monile nec nobiliorem in sua taberna thesaurum, quàm sanguinem sancti sanctorum, quo curat nos & sanat, quando ægrescimur, quo iuuat quando cecidimus, mundatq; quando peccauimus, & quo quando morimur, iustificat. Hoc modo ebrij erāt

Actor. 5. Apostoli cùm dicerent, *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*: Ebrius erat S. Petrus, cùm diceret:

Facia-

Faciamus hic tria tabernacula: ebrius S. Paulus, cùm diceret: *Non solum alligari sed & mori paratus sum*: & ebrius erat S. Laurentius cùm diceret; *assatum est, verte iam & manduca*. Si S. Stephanus meracum vinum bibisset, lapides vtiq; cum impatientia excepisset, & prunas D. Laurentius sensisset, & gladium D. Bartholomæus: verùm posteaquam introissent in cellam Dei, & bibissent sanguinem sanctissimum, lapides pro rosis, & prunas pro odoriferis herbis habuere. Fuit ergo satis causæ sponsæ gloriandi, non verò erubescendi, quod sponsus eam in cellam vinariam introduxerit, in qua dormiuit sine vigilijs, & vigilauit sine somno, in quam sine ignominia intrauit, in qua sine vlla alteratione vixit, in qua sine vlla solutione vectigalis & census comedit & bibit. O dilectissime Domine Iesu, ô gaudium animæ meæ, vnicam solum guttã ex hac diuina cella ac taberna mihi bibendã da. Permitte, ô Domine Iesu, permitte vt sciã, quomodo gloria tua sapiat, & sanguis tuus pretiosus. Quò enim magis bibero varias mundi potiones, tanto plus sitio. Ex tot guttis sanguineis, quas fudisti gratis, mihi sine dubio dabis vnicam guttam ad restinguendam sitim, meæ peccatricis animæ. Perinde quoq; aduertendum est, non solum gloriari sponsam, quod illam sponsus in cellam ad bibendum deduxerit, sed etiam quod instruxerit, qui ordinatè posset diligere: adeò vt ex simplice Virgine, delicatam exercitatamque amasiam fecerit. Illud verbum, *Ordinauit in me charitatem*, est verbum delicatum, & dignum quod benè intelligatur. Vult namque per hoc S. Scriptura nos docere, nullum amorem posse esse constantem, nisi in illo ordo seruetur, Matth. 17.

Si ordo, testante Ouidio, in piscatione seruatur, & certa ratio, si ad aucupium, si ad prælium adhibetur ordo, quare nonadhiberetur ordo in mutuo hominum amore? Non omnes piscatores amant, non omnes aucupes amant, nō omnes bellatores amant, & nihilominus omnes amatores, piscantur, aucupantur, bellant. Satis enim piscatur ille, qui alterius animam & voluntatem piscatur; & satis aucupatur ille, qui alterius cor aucupatur; & satis pugnat ille, qui alienum amorē expugnat. Bernardus ait: Caue tibi, ô anima mea, ne cum sponso tuo Christo id tibi accidat, quod varijs hominibus in vano, mūdanoq; amore, in quo illi, qui se inuicem amant, sępe rixantur ad inuicem, & litigant, non tam propter proditionem quam instituerunt, quàm propter inordinationem, quam in amando exercuerunt. Origenes ait: Si in amore nullus ordo sit, mera erit in ordinatio. Nam amor in odium conuertitur, ministerium in iram, laus in vituperium, solicitudo in obliuionem, diligentia in indulgentiam, liberalitas in auaritiam, visitatio in absentationem, gemitus in publicam querimoniam. Augustinus ait: O quàm bene ait sponsa: *Ordinauit in me charitatem.* Nam quantò callidior est zelus, ac vehementior spiritus, tantò æquius est vt ille, qui amat, sit circumspectior quò sic sopiatur zelus, & sese moderetur spiritus, & se charitas ordinet. Anselmus ait: O quàm bene ordinat mitis Dominus Iesus in me charitatem, quando suam mihi gratiam communicat, quò Dominum possim diligere in illo, per illum, & pro illo: & quando mihi gratiam communicat, vt amare possim meum proximum in Deo solo, per Deum, & quia Dei domus

Ordo in amore necessarius est.

Deus quando dicatur ordinare suam charitatem in nobis.

domus est. Cyprianus ait, illum in veritate non posse dicere, *ordinauit in me charitatem*, qui Dominum Deum diligit, non quia bonus est, sed quia illi gloriam communicat: Et tametsi talis peccare desistat, non tamen propterea desistit, quia malum peccatum est, sed quia infernum timet. Et tamesi suum proximnm diligat, non tamen propterea, quia Christianus est, diligit, sed quia amicus est; adeò vt talis neque Deum nec proximum diligeret, nisi inde aliquod commodum speraret. Et hæc amandi ratio originem suam à Diabolo habet, qui amorem, quo in Deum debebat ferri, ad Deum, & per Deum in seipso collocauit, per seipsum, & ad seipsum transtulit. Remigius ait: tum Deum in me ordinare charitatem, quando illuminat me atque aptum facit, quò amor meus incipiat in illo esse, & in illo progrediatur, & in illo desinat. Ille namque verus amor vocari non potest, qui non in Deo, per Deum & cum Deo fundatus sit. Tunc cum sponsa dicam, teste Irenæo, *ordinauit in me charitatem*, quando talem ordinem in meis oculis ponet, ne scilicet videant vanitatem, & obturabit aures meas, ne prophana audiant, meamque linguam cohibebit, ne inania loquatur verba, & occludet cor meum, ne ad vetita anhelet. Hieronymus ait: O quàm rectè potest ille dicere cum sponsa, *ordinauit in me charitatem*, qui seipsum peccatorem agnoscit, alios verò in iustis habet: se culpabilẽ, alios verò inculpatos; Nam neque Christianus amor, neque lex diuina id secum afferunt, vt in proximo bonitatem diligam, in meipso verò malitiam foueam.

Quæ omnia vt meo accommodem proposito

aio, quis vnquam intrauit, aut quis intrabit vnquam penitiùs in diuinam cellam, atq; intrauit Mater Dei & illibata virgo? Nec in diuina viscera, nec in æternam cellam, nemo adeò penetrauit, neque vnquam tantum quisquam vini bibit atque hæc. Nullum enim neglexit vas, quod non gustauerit; neque vllam gratiam Spiritus Sancti, quam non possederit. Omnibus alijs Virginibus, inquit D. Hieronymus, gratia inmensura & pōdere collata fuit; verùm Matri Dei nō est eo modo data, sed superefluens & abundans: adeò vt pro seipsa sctis, quo frueretur, haberet, & satis alijs communicare posset. Neque Angeli, qui in cęlis erant, neq; sancti, qui in limbo manebāt, nequaquam tot diuina mysteria cognouerunt, atq; Mater Dei. Nam nō est putandum, illum aliquid cælasse Matrem, qui se ipsum totum illi credidit. O Mater Redemptoris mei, ô aduocata peccatorum meorum, quæso te dic mihi, quid non potuisti, quid non habuisti, quid non sciuisti, cùm in proprijs Dominum meum & Deum meum viscęribus cohiberes? O Regina Angelorum, ô Domina cælorum, iure dicere potes, *dilectus meus mihi, & ego illi.* Tametsi enim ille te in æternam suam tabernam induxerit, nihilominus illum tu in virgineam tuam deduxisti cellam, in qua illum instruxisti, quid sit, esse hominē; & te ille instruxit, quid sit, Matrem esse Dei. Vti filij Iob per domos conuiuabantur; perinde filius Dei & Mater de vna cella in aliam transgressi sunt, vt in rebus diuinis se recrearent, dum nimirū Mater dicit filio, quomodo se in hoc mundo debeat gerere, & cōtra filius Matrem doceret, qualem ibi in cælis habituri quietem essent, ad quos sanctos discursus

In Matre Dei gratia fuit superabundans.

Cant. 6.

sus ac interlocutiones audiendas, indignæ hierarchiæ erant. O quàm contentus, teste Bernardo, filius Dei fuit in cella Matris suę? nam longè meliorem gustum hausit de castis cogitationibus, quas videbat in visceribus Matris suæ, quàm de lacte, quod ex vberibus suxit. O si quis dignus fuisset videre, quo pacto anima filij iaceret in anima Matris, & corpus filij Matris visceribus cohiberetur: immò tametsi natalis tempore se diuiserint corpora, nunquam tamen ab inuicem corda separata sunt.

De primo & altero verbo quod S. Simeon ad Virginem dixit, & quo pacto multi homines à legibus Christi deflectant, in quo non est Christus culpabilis.

CAP. XXVII.

Ecce hic positus est, in ruinam & resurrectionem multorũ in Israel: dicit ille diuinus Chronographus Lucas. Posteaquam Mater Dei completo puerperio, exisset in templum ad purificandum se, tam ipsa mater, quàm pater admirati sunt id, quod Simeon de hoc puero loquebatur, & quod prophetissa Anna de illo prædicabat. Propter miraculũ, teste Cypriano, quod Simeon de puero prophetabat, Mater lætata est, angeli verò territi. Dicebatur enim de illo quod futurus esset; *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis Israel*, spem populorum, & omnium nationum Redemptorem. Neque satis fuit Simeoni illud, quod dixit, sed præterea dicebat, quod vellet libenter exire ex hoc mundo, quandoquidem oculi eius vidissent Salutare mundi, quod cor eius tantopere anhelasset. Naturale est, vt cùm quis aliquid ante Luc. 2.

oculos videt, quod multis lacrymis coëmit ac desiderijs, citius malit mori quàm illud deserere. Origenes ait: Omnis illa laus, quam de filio prædicabat Simeon, recreabat cor Matris. Cùm enim dicerent filium lumen esse, facile cogitare potuit se quoque illuminandam esse: & cùm dicerent, filium eius gloriam honoremque Israelis futurum, facile potuit iudicare, se quoq; collaudandam honorandamque esse, adeò vt omnes illas gratias, quæ alijs promitti solent, iam possideret Mater. Augustinus inquit: Rectissimè dicere Simeonem, infantulum Iesum futurum lumen gentium; nam illos ad suam sanctam fidem traduxit: & futurum esse gloriam Hebræorũ, nam ex toto illorum genere, nunquam tantus surrexit heros ac Christus fuit, quod inde est colligere, quia ad maiorem illorum exaltationem ex synagoga fecit Ecclesiam, ex figura veritatem, ex Prophetis Apostolos, ex sacrificijs Sacramenta. Considerandum est, nõ simpliciter dicere Simeonem, eris *gloria plebis, sed plebis tuæ*. Nam hoc dixit propter malos & impios, in synagoga degentes, qui tametsi inter populum Iudaicum viuerent, non tamen erant de populo. Inter Dei populum numeratus fuit Abel, Seth, Noë, Sem, Abraham, Iacob, Ioseph & Dauid, omnesque alij Prophetæ, quorum laus ac gloria filius Dei fuit. Priusquam enim veniret in hunc mundum, crediderunt in illum, & crediderunt, quòd ad saluandos se veniret. Cain, Cham, Ismael, Esau, Roboam, Athalia, Iezabel, Annas & Caiphas, inter populum Dei habitarunt, sed in numero Electorum Dei non fuerunt. Nemo enim se appellare ciuem & incolam ciuitatis Dei potest, qui non firmiter in

Quis sit incola ciuitatis Dei.

Deum

Deum credat. Refer me, ô Domine Iesu, refer me in numerum populi tui Electi, quo ego tuo lumine illuminer, tuoque honore decorer: nemo quippe illuminari potest, nisi tu illum illumines; & nemo honorari, nisi tu illum honores. O quot inuenire hodierno tempore est homines, in Ecclesia, qui non sint membra Ecclesiæ, ô quot inuenire est in religione, qui ad religionem non pertinent. Non enim in nudo nomine perfectio consistit, quod illi gerunt, nec in alba aut nigra cappa, quam induunt; sed in bona malaue vita, quam instituunt. Quid iuuat si ego me Christianum vocem, & fide paganus sim? quid iuuat si me reuerendum religiosum vocari sinam, si vita impius mundanusque sim?

Perfectio in quo cõsistat.

Anselmus inquit: Vti filius Dei non venit in mundum propter honorem illorum, qui inter populum habitabãt, sed propter illos qui ad populum pertinebant; perinde tu mi frater non deberes contentus esse eo, quod in religione sis, sed etiam in numero religiosorum haberi: aliâs talis eris, qualis Saul inter prophetas fuit, & inter filios Dei Sathan. Origenes ait: Cùm Simeon dona Christi dispensaret, dabat lumen Ecclesię dicens: *Lumen ad reuelationem gentium*; & gloriam Israeli conferebat, dicens, *gloriam plebis tuæ Israel*: verùm hunc honorem ac gloriam perdiderunt, quando filium Dei in cruce inhonorarunt. Si miseri Iudęi aliâs potuissent agnoscere, magna erat gloria ac honos quem filius Dei Synagogæ dabat, cùm ni mirum originem suam sumpsit ab eorum gente, & inter illos nasci voluerit, cum illis conuersari, prędicare, ac tot miracula patrare: verùm cùm recusarent intelligere, nec illi gratias agere, illis eiusmo-

eiusmodi honor ac gloria in dehonorationem atque ignominiam est commutata. Lumen quod adgentilitatem spectabat, ex qua S. Mater Ecclesia prodijt, ei ablatum non est, vti Synagogæ ablatus est honor & gloria, siquidem ex quo Spiritus S. missus est Sanctis Apostolis, nunquam aberrauit Ecclesia, & nũquam non scopum attigit. O quantum erat gaudium Matris, cùm suum dilectissimum filium in templo præsentari videret, & à Simeone benedicto suo Patri offerri, atque ab Anna prophetissa laudari? Gaudebat Mater cum filio, cùm illum in vlnis gestaret, cùm illum vsurparet oculis, cùm lactaret vberibus, cùm pro illo sacrificium offerret, & cùm miracula illa inaudiret, quæ proloqueretur de eo senex. Sic ergo gauisa Virgine conuertit sese Simeon ad eam & dixit: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur*: Mea filia, tu iam intellexisti à me quo pacto hic filius tuus & meus Dominus, lumen gentium, & gloria Hebræorum futurus sit: sed præterea scias illum ruinam multorum quoque futurum esse, & resurrectionem item multorum, signumque fore ad quod homines vitæ suæ nauigationem instituent, & in quod colliment omnes, sed attingent pauci. Illud ipsum autem quod hic Simeon de Christo loquitur, dicit de eo Rex Dauid, *cadent in reticulo eius omnes peccatores*, ac si diceret, omnes impij homines ac peccatores incident in rete ipsius, excepto me, cùm ego sim peculiari priuilegio donatus. Benè considerandum est, Prophetam non dicere, quempiam coactum esse, vt in rete incidat, sed quod ex libera voluntate in illud ruituri sint, adeò vt dici non possit, rete aut Dominum

Luca 2.

Psal. 40.

Liberè non coactè peccatores in rete Domini incidunt.

minum retis, ad id obligari, quod, cùm in piscationem laxatum sit, sese in illud homines inuoluant. Perinde quoque non dicit Simeon: *ipse erit ruina*, sed positus est in ruinam. Magna namq; differentia est, si te cogam ad casum, & tu ipse cadere velis.

Remigius ait, tametsi Dauid dicat: *cadent in reticulo omnes peccatores*, & Simeon dicat eius: *Ecce hic positus est in ruinã multorũ in Israel*: faceremus nihilominus Domino iniuriam, si diceremus illum caussam esse, quod alius a fide abeat, aut damnationẽ incurrat. Qui enim alias quadraret, quod diceret se in mundum ad redimendum venisse, & nihilominus damnationis nostræ causam esse? Si pontem faciam quo profundum periculosumq; fluuium transmittam, quare culpabilis ego sum, si tu teipsum de eodem sponte præcipites? Cùm manè suos radios Sol per totum orbem dispergat, cuius culpa est, quod per eius splendorem caloremque durescat lutum, & liquescat cera? Si ad transitum paludis meliorem positus sit lapis, & tu ab illo aberres, teq; collutules, quare lapis in hoc culpabilis est? Reuera filius Dei in hoc mundo nihil aliud fuit, quàm pons, quem transiremus; & lucerna, à qua videremus; & lapis, quẽ insisteremus; & gladius quo nos defenderemus. Quare ipse culpabilis haberetur, si nos theriacã, quã ille nobis dat, in venenum mutemus? Cassiodorus ait: Absque vlla culpa filij Dei omnes peccatores terræ in reticulũ eius cadent. Cùm enim in mundum venerit, cùm mundo prædicarit, cùm mundum redemerit, cùm mundum instruxerit, non est culpabilis ipse, quod semetipsum homo condemnet: siquidem legem seruare non vult,

quam

quã illi Deus posuit? adeò vt periculum illud non in lege, sed in nostra transgressione sit & inobedientia. Quod ergo senex Simeon de Iesu puellulo dicat: *Hic positus est in ruinam*, non voluit dicere, filium Dei futurum esse causſam damnationis multorum, sed multos homines, ab ipsius benedicta lege esse recessuros, & inprimis Hebræi, qui pro eo, quod deberent esse præcones doctrinæ illius, carnifices sanctissimæ vitæ eius fuerũt. *In reticulo eius*, teste Augustino, *ceciderunt* gentes, illum non agnoscentes; ceciderunt Hebræi, illum non susciptentes; ceciderunt Tyranni, Martyres persequentes; ceciderunt Hæretici, adulterantes Scripturas, & etiam nunc omnes impij in eo cadunt, eius nomen blasphemantes. Ex ijsdem floribus mel apes colligunt, venenũ aranea: ex eadem materia venenum fit ad occidendum, & theriaca ad sanandum; ex vna eademque sepe, & fragrantes rosæ, & mordentes serpentes educãtur: ab vna arbore eademque tam bene ad ædificandam Ecclesiam lignum præciditur, quàm ad faciendum patibulum. Prudens facile capiet, quò velim: hæc enim adeò clara sunt, vt neeessarium nõ sit ea declarare. Quę culpa potest filio Dei imputari, quod ex eius lege exsugat venenum Iudæus & contrà mel Christianus? Infidelis certè trahit ex ea fel, sed fidelis mel, impius ex ea serpentes, pius verò rosas educit: iustus ex eo Ecclesiam ædificat in qua saluetur: verum Tyrannus ex ea patibulum, in quo damnetur.

Peculiariter etiam considerandum est, Prophetam non dicere, quod peccatores cadant in rete, sed *in reticulo*: adeò vt si aperire oculos velimus, plures vias exquirendæ salutis à Christo oblatas videbi-

videbimus, quàm perditionis noſtræ cauſſas obtruſas à Diabolo. Reticula laquei omnes ſunt, quos collocat Diabolus ac fraudes, quas ad deciendum nos cõcinnat: ingentia verò retia ſunt, quæ ad nos capiendum Chriſtus expandit; ſed proh dolor, atque iterum proh dolor, tametſi decem homines in retia Chriſti incidant, nihilominus decẽ millia in Diaboli reticula prolabũtur. Cyrillus ait; Ex prophetia Simeonis ac Danielis videre eſt, filium Dei veniſſe in mundum, ad caſum ruinamque Babyloniorum, AEgyptiorum, Chaldæorum, Perſarum, Medorum, Argiuorum, Palæſtinorum, ſiquidem in omnibus his regnis Euangelium prędicatum & ſuſceptum eſt. Chryſoſtomus ait, filium Dei in ſe humanam carnem ſuſcepiſſe, in ruinã nempe templi Salomonis, ſacrificiorũ Iudaicorum, & cœremoniarum Iſraeliticarum legis Moſaicæ, & totius luxus ac pompæ Synagogæ. Etenim hæc omnia in cruce terminata ſunt, cum diceret: *Conſummatum eſt.* In ruinã atque abolitionem peccati Filius in hunc mundum venit, quippe cùm ſumma veritas eſſet, hoſtis erat mendacij: & cùm amicus eſſet amoris, inimicus odij ac immiſericordiæ fuit; cũ laudaret humilitatem, ſuperbiam perſequebatur: adeò vt nullus adeò vehementer caſtigarit vitia, neque laudarit virtutes atque Chriſtus. Ad ruinam ciuitatis Ieruſalem filius Dei in mundum venit: Nam in illa turris non remanſit quæ non deijceretur; non muri, qui non ſternerentur; nulla domus, quæ non concremaretur; nulla Eccleſia, quę non vaſtaretur; nullus theſaurus, qui non auferretur; nullus hortus, qui non deſolaretur; nulla Virgo, quæ non violaretur; nulla mulier, quæ nõ

Chriſtus requos collocat Diabolus ac fraudes, quas ad deciendum nos cõcinnat: ingentia verò retia ſunt, quæ ad nos capiendum Chriſtus expandit; ſed

Filius Dei in quorum ruinam ſum ruinamque Babyloniorum, AEgyptiorum, Chaldæorum, Perſarum, Medorum, Argiuorum, Palæſtinorum,

captiuaretur; nullus Vir, qui nō internecioni dederetur aut seruituti. In ruinam Synagogæ venit filius Dei in mundum, non enim illi regnum vllum reliquit, in quo posset degere; non vrbem, quàm incolere; non regē, qui regere; non patriarcham, qui illos honorare; non prophetam, qui monere; non dominum, qui defendere; non bellatorem, qui custodire illam posset. In ruinam Pharisæorum ac Saducæorum filius Dei venit in hunc mundum: abstulit enim illis Hypocrisin, quam exercebant; auctoritatem, qua imperabāt; doctrinam, qua seducebant; auaritiam, qua spoliabant alios; & simoniam, qua innotescebant.

Explicatio tertij verbi, quod senex Simeon ad Virginem locutus est, in templo, & in hunc finem declarat Auctor tres scripturæ auctoritates.

CAPVT XXVIII.

Lucæ 2. IN *resurrectione multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* dicit S. Simeon, ac si diceret: Mea filia Maria, iam intellexisti Filium tuum, Dominum meum, futurum ruinam multorum; & contrà scire te oportet, eundem causam futurum resurrectionis multorum lapsorum, conuersionisque malorum, immò signum, in quod multi collimabunt, pauci verò attingent. Origenes ait, verissimè Simeon per os Spiritus Sancti locutus est, cùm diceret, filium Dei venturum in hunc mundum, non modo, quo omnes impij caderent, sed quo omnes etiā pij resurgerent. Munus enim boni ac fidelis medici est, vt euacuet ac tollat, malos humores, atque ipsas vires corroboret. Quem fructum haberemus ex aduentu illius in mundum, si modo tantum damnauisset impios, neque

Christus quare in mundū venerit.

Medici boni officium.

neq; pios erexisset? Cùm Dominus per Prophetá dicat. *Consolabòr super hostibus meis*, concludere possumus, quod multo libentius nobis malit remittere, quàm castigare; adeò vt semper quidem iustitiam exerceat, sed nihilominus promicare simul misericordiam suam sinat. Cùm dicit Dominus, *Heu, vindicabor de inimicis meis*, quod posset mitius verbum dici, quæ melior iustitia cum misericordia misceri ac exerceri posset? Nam ante deflet peccatores, quàm peccatores castiget; & antè lacrymas profundit, quàm pœnam ostendat. In mundanis ac tyrannicis iudicijs puniuntur delicta, absque omni misericordia, & postea reos decipiunt; sed in domo Domini prius defletur peccatum, & deinde punitur: nihil enim magis Deo contrarium est, quàm vindicta; neque quidquam acceptius eidem quàm misericordia. *Perditio tua ex te Israel, ex me autem salutatio*: dicit Deus per Prophetam Oseam, ac si diceret: ô Israel quas non ego molestias graues laboresque tui caussa suscipio? Nam errantem in viam reuoco; cespitantem sustineo; cæcum deduco; cadentem erigo, commaculatum purgo; cæcum etiam illumino; & dubitantem moneo. O quàm dignum hoc verbum Prophetæ est, quod defleatur & retineatur. Nã indicatur nobis quàm parũ possimus nos, quàm parum valeamus, quàm parum habeamus, quàm parũ sciamus; tametsi enim in nostrâ potestate sit cadere, & cæno inuolui, est tamen solius Dei si velit ab illo nos educere. Rectè loqueris, ô Simeon, quod filius Dei positus sit *in resurrectionem multorum*, nisi enim ille, postquam ceciderimus & in sordibus iacuerimus, nobis manum porrigat, quis sufficiens satis ad erigendos

Isaiæ 1.

Deus iustus simul & misericors.

Oseæ 3.

Deus solus auxiliator noster.

nos de terra esset? Quid factum fuisset populo Israelitico in Aegyptia seruitute, nisi eum Dominus potenti dextera eduxisset? Quid fuisset factũ bono Dauide, cùm occidi iussisset bonũ Vriam, & vxorem eius Bersabeam ad se adduci, nisi Dominus eum moneri iussisset, & per Prophetam Nathan illuminari? Quid Rege Ezechia factum fuisset, cùm illum ad mortem Dominus cõdemnasset & quidem subitaneam, nisi eum per Isaiã Prophetam visitasset, eiusque lacrymas acceptasset? Quid S. Petro vsu venisset, nisi Dominus alligatus columnæ illum aspexisset, commouisset̃q; ad flendum? Quid S. Paulo accidisset Damascum abeunti vt captiuos adduceret christianos omnes, nisi Dominus cum illo locutus fuisset, in ira sua, & ex Saulo Paulum, ex persecutore Christi, prædicatorem Euangelij fecisset? Quid me factũ fuisset, & alijs Mundi totius peccatoribus, nisi mitis Dominus Iesus nos illuminaret, ne impingeremus; & nisi manum porrigeret vt erigeremur. Bernardus ait, de me, ô Domine Iesu, dicere possum: *perditio tua ex te Israel, ex me autem saluatio.* Tametsi enim in aliquibus scopum attingam, fit tamen illud tua mediante gratia; & contrà si in aliquo errem, fit illud ex mera mea malitia: adeò vt ruina per meum peccatum caussetur; verùm ad resurrectionem tua indigeam misericordia. Anselmus ait: quo pacto posset maior mihi infirmitas obuenire, aut maius accidere infortuniũ, quàm hoc, quod cùm æger sim, me curare nequeam; & cùm maculatus sim, me mundare nequeam; & cùm peccem, me non possim conuertere, nisi Dominus ante me illuminet atq; vt illuminauit latronem in cruce; & nisi me ante respiciat, vti Petrum aspexit.

Sine auxilio diuinæ gratiæ nihil possimus.

Sana

Sana me Domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, dicit regius Propheta Dauid, ac si diceret; Nemo me sanare potest, nisi tu, ô Domine Iesu, me sanes: & nemo me saluare potest, nisi tu, ô mi Redemptor me salues. Nam alius nemo, nisi tu, agnoscit meam infirmitatem, & in nullo alio consistit mea salus, nisi in teipso. Cassiodorus ait; vide & attende quod Propheta ante omnia à Deo petat, vt primo se sanet, ac deinde vt se saluet: nisi enim Dominus, nos ante à peccatis perpurget, non opus est, vt vllâ tibi spem adipiscendæ gloriæ fabrices. Basilius ait: *Sana me Domine & sanabor.* Nisi enim mecum ambulaueris, & nisi apud te fuero, quâto me plus curauero, tanto magis ægrotabo; & quo magis veram viam ingrediar, tanto magis errare incipiam; & quando diligentius me mundauero, tanto me magis maculabo; immò quod pessimum est, quia nescio, in quo maximè scopum attingam. Anselmus ait: *Sana me Domine & sanabor.* Nam quis posset eiusmodi occulta vulnera, eiusmodi apertos defectus, eiusmodi delicta grauia, & eiusmodi crassam negligentiâ, impuras cogitationes curare ac mederi, nisi tu ô mitis Domine Iesu? *Sana me Domine & sanabor*, parũ enim iuuat curatio sine sanitate, pugna sine victoria, natatus cũ submersione, studiũ sine profectu, petitio sine datione, seruitium sine consecutione? *Sana me Domine & sanabor*, à superbia, quæ me præcipitat; ab inuidia, quæ me putrefacit; à desidia, quæ corrumpit me; ab auaritia, ad immisericordiam quę me propellit; ab impudicitia, quæ me inflammat; & à sensualitate, quæ à me nõ recedit. *Sana me Domine & sanabor*, à mundo me seducente, ab hostibus me

perſequentibus, ab amicis me infeſtantibus, à cogitationibus me torquentibus, ab impijs garrulis, me inhonorantibus. *Sana me Domine & ſanabor*, nõ à prurigine aut ſcabie, ſed à peccato; non à cæcitate, ſed improbitate; non à membris, ſed à cogitationibus; non à corpore, ſed à defectibus; non à munditia, ſed à malitia; non à febricula, ſed à viſcerum contagione; non à tumore pedum, ſed ab inordinatis affectibus: *Sana me Domine & ſanabor*, ab inordinatione deſideriorum meorum, à nictibus curioſis oculorum, à ſuperfluitate verborum, à tepore operum, à teneritudine membrorum, à rapina manuum mearum, à malitia cordis mei, & à verme auaritiæ. O mitis Domine Ieſu, ô ſolatium animę meæ, ſana animam meam, quia peccaui tibi cogitatione, peccaui tibi dilectione, peccaui tibi omiſſione, peccaui tibi conſenſu, & peccaui tibi opere. Sana meam animam. Nam in te peccaui cogitatione, verbo, opere, omiſſione bonorum operum, atq; ideo dico culpam meam, vt mihi digneris eſſe miſericors.

Pſal. 50. *Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* dicit Pſalmiſta, ac ſi diceret: Vt Filius tuus in mundum venerit, tunc me Hyſſopo cõſperges, & tua ſancta me manu lauabis, quo non ſolũ mundar à peccatis meis, ſed etiã niue prima fiã cãdidior. Aymo ait: quis eſt ille qui nos lauari iubeat, niſi Pater æternus: & quis eſt, qui nos lauet, niſi benedictus eius filius: & quid eſt illud, quo nos lauet, niſi eius pretioſus ſanguis; & qui ſunt illi quos lauat, niſi membra Sanctæ Eccleſiæ? O præclare Hyſſope, ô fortunatum balneum, in quo ſeſe Angeli (ſi illis indulgeretur) abluturi eſſent, & Hierarchiæ (ſi auderent)

balnea-

balneaturæ. Multa flumina erant in Samaria, sed in nullo saluari potuit Naaman ac mundari quã Iordane: multæ cisternæ erant in Ierusalem, sed in nulla curati sunt ægroti, nisi in piscina probatica: multi fontes erant in Palæstina, sed Dauid nullo sitim sedauit, nisi cisterna Bethleemitica. Quo doceo, multum quidem sanguinis effusum esse in mundo, sed nullus potuit mundare, præterquam sanguis Christi. Non omnes aquæ abluunt, non omnes mundant piscinæ, non omnes fontes exsatiant, non omnis sanguis sanat. Nam sanguis animalis noxius est, sanguis hominis impurus: sed sanguis Christi lauat, sanat, exsatiat. Quisquis Sacram Scripturam accuratè inspicit, & Apocalypsin Ioannis, ille videbit S. Ioannem ne vnum quidem Sanctum vidisse qui se in aqua lauaret, ex fluuijs decurrente: sed sanguine defluente ex agno. O quàm efficax hic sanctus sanguis est, nam ad lauandum ac balneandum, non quidẽ illo magnopere habemus opus, sed modicè; quod inde apparet, quia Propheta non petit, vt vas plenum acciperet Dominus ad lauandum se, sed vt hyssopum acciperet ad conspergendum se. Satis est, ô Domine Iesu, satis est, quod me conspergas, non verò quod laues. Vnica namq; gutta tui sanctissimi sanguinis sufficiens est, ad gloriam tuam explendam cum Sanctis, & ad tuam Ecclesiam bonis instruendam.

Diligentissimè quoque sunt expendenda illa verba: *Asperges me Domine hyssopo & mundabor*; vti enim conspersione hyssopi vna aquæ gutta huc, altera illuc dissipatur: & hic madescit, alter aridus manet; perinde in dispensatione sanguinis Christi fit. Tametsi enim ille profusus sit propter

totum mundum, paucis tamen applicatur. Sanguis Christi hyssopo dispensatur; nam non quilibet saluatur Christianus, gentiles damnantur; iustus mundatur, impius turpis manet; virtute præditus conspergitur, aridus manet impius: & quod pessimum est, aliqui abluunt inibi peccata, aliqui verò ne guttam ad lauandum se cõsequuntur. Die festo, aspergit Parochus omnes præsentes in templo, & licet aliqui parochianorum non aspergantur, non est culpabilis in eo Parochus, aut quod alius non satis tempestiuè templum intrarit, aut oculos suos vultumque auerterit ab aspersione. Summus Sacerdos ac parochus Iesus Christus, mortuus est pro omnibus, & pro omnibus suum pretiosum sanguinẽ fudit, verùm quia tu infidelis & impiè hæretice non vis intrare Catholicam Ecclesiam, & tu impiè ac deprauate peccator in horas singulas faciem tuã auertis, quam culpam ille cõtrahit, si apud te sanguis ille non operetur? O quàm beata est illa anima, in quam nisi vnica gutta cadit, non aquæ quam parochus effundit die Dominico, sed diuini pretiosiq; sanguinis. Lotio enim in tam præclara piscina, te niue candidiorem faciet, & lucidiorẽ Sole.

Christus pro omnibus mortuus.

Cæterum tempus est, vt ad nostrum propositum redeamus, & vt id quod ante memoratum est applicemus illi, quod Simeon dixit de Christó. Quod ergo Simeon dicat, Christum *positum esse in resurrectionem*, & quod Propheta dicat: *perditio tua ex te Israel, ex me autem saluatio*, & quod Rex Dauid dicat; *Sana me Domine & sanabor*: & alibi, *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor*, datur nobis clarè intelligi, nisi à manu Domini purgemur, nemo satis sufficiens futurus sit ad mundandum nos.

Irenæus

Irenæus ait: Quare filius Dei in mundum venit, nisi quia flagitia flagitiosiq́ue caderent, & virtutes, istq́; præditi resurgerent? Illo enim mundum intrante, idololatria cecidit, & surrexit veritas; cecidit malitia, & surrexit innocentia; cecidit vindicta, & misericordia surrexit. Cùm ideo tu, ô Domine Iesu, venias, teste Vbertino, quo mali omnes malitiæq́ue cadant, quis peior me est in mundo: quis adeò graui ruina cecidit, atque ego: quis pòteſt peius cadere, quàm ille, qui excidit à gratia tua? Veni ergo ô Iesu, in resurrectionem virtutum mearum, veni in ruinam delictorum meorum, nisi enim effeceris vt peccata mea ex corde meo cadant, nunquam in me virtutes possunt resurgere. Remigius ait: aduerte & benè quidem aduerte, quod Simeon de Christo prius dicat, illum positum in ruinam multorum esse, & deinde subiungat, positũ illum in resurrectionẽ. Impossibile namque est in me resurgere humilitatem, nisi prius excidat à me superbia; neque vt resurgat patientia, nisi à me ira cadat; nec temperantia resurgat, nisi ante gula corruat; adeò vt meipsum ante mortificare debeam, quò deinde Christus me excitare possit. Bernardus ait: *In ruinam & resurrectionem* hominum filius Dei venit in mundum, nam per humilitatem eius cecidit superbia, & per paupertatem eius auaritia, per patientiam eius ira cecidit, caro per castitatẽ eius, gula per temperantiam, & per doctrinam eius insciẽtia. Chrysostomus ait. *In ruinam & resurrectionem* venit filius Dei in mundum, cùm superbiam in humilitatem conuerteret, auarum in misericordem, iracundum in mansuetum; indiligentem in diligentem; & tepidum in deuotum ac

zelosum: adeò vt in eadem persona ruina scelerum & resurrectio virtutum inueniatur.

Quo pacto Salomon à Patre suo regnum voluptatis hereditarit, Christus verò regnum miseriæ.

CAPVT XXIX.

Luc. 2. ET tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Hoc quartum verbum est, quod Sanctus Simeon dixit ad Virginem, ac si diceret. Mea filia Maria, indicaui tibi, quid futurum sit Filio tuo, nunc verò manifestabo, quid tibi euenturum sit; nimirum vt idem gladius illi sit vitam adempturus, & tuam ipsius animam transiturus. Quod potuisset tristius nuntium, quod acerbius verbũ dici ad Virginem sanctam & illibatam, quàm quod illi Dei loco indicetur gladium, filij Dei & sui ipsius cor esse cõfixurum? Assumpsit Abraham gladiũ ob filium suum Isaac, nõ tamen occidit illum: Balaam obuiauit Angelo gladium manibus tenenti, non tamen sauciauit illum: Iosue vidit euaginato gladio Angelum tante se, non illo tamen ictum vllum intentauit: & Salomon ad diuidendum Infantem gladium arripuit, non tamen diuisit. Quid est autem hoc, ô Regina cælorum? Gladius Abrahami non vulnerat filium, & gladius Filij tui vulnerat cor tuũ? Gladius Balaã non lædit asinam, & gladius Filij tui non parcit animæ tuæ? Gladius Iosue minatur, non tamen sauciat, & gladius Filij tui non minatur quidem, sed tamen sauciat? Gladius Salomonis meretricis filium miseratus est, & gladius Filij tui propriam Matrem non miseratur?

Genes. 22.

Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam

viam

viam ligni vitæ, dicit Scriptura, ac si diceret: Poste- *Genes. 3.*
aquam primi parentes nostri violassent legem Dei, illicò Deus vtrimque Angelum gladiũ flammeum atq; ancipitem tenentem collocauit ante hortum voluptatis, ne quisquam intrare posset, vt de arbore vitæ comederet. Augustinus ait: Priusquam homo sciret, quid esset peccare, non erat in domo Dei neque culter neque gladius: at quamprimum ex gratiæ statu cecidit, in domo sua Deus crucem, gladiumque induxit. Priusquã homo peccaret, nulla erat in domo Dei occlusa ianua, neq; Cherubim, qui vigilaret; nec gladius, qui custodiret: verùm illo momento, quo miser homo peccauit, clausa ianua fuit & clauis perdita. Quis est gladius, de quo hic loquimur alius, nisi Filius Dei in quem credimus? In Apocalypsi filius Dei vocatur gladius anceps; ille quippe & non alius est, qui castiget malos, ac tueatur bonos; qui viuos mortificet, & viuificet mortuos. In manu Cherubim erat intromittere in paradisum quempiam, aut excludere: & in manu filij Dei est, nos aut immittere in cælos aut excludere. Multo nobiliorem nos habemus custodiam in nostro paradiso atque Adam in suo. Tum temporis enim stabat Cherubim ante introitum portamque paradisi, sed modo ipse filius Dei porta ac introitus est. Cùm diceret. *Ego sum ostium*, quid significauit aliud, nisi quod ille esset clauis qua reseraremus illud; & ostium per quod intraremus: & dux, qui nos deduceret; & paradisus quẽ incoleremus? Benè considerandum est, quod gladius quo Cherubim paradisum custodiebat non ex auro aut argento aut ferro factus erat; sed ex igne, quæ res adeò noua atq; inusitata est, vt vix

Status innocentiæ qualis fuerit.

Christus vocatur gladius anceps.

videa-

videatur credibilis, nisi in sacris literis testata foret. Ferrũ igni coniunctũ sępe vidimus, ignemque rursum cũ ferro, verùm de igne sine gladio, aut alio quopiam flammeo gladio nunquã quid legimus, nisi de hoc custodiẽte paradisum. Quare vt hæc figura figurato applicetur, dico omnes homines rubiginosum ferrum esse: siquidem aut originali, aut veniali, aut mortali peccato sunt maculati: excepto gladio filij Dei viui, qui in errores, peccata, rubiginemque præuaricationum incidit, quasi flammeus gladius fuit, in fornace Spiritus Sancti fabricatus. Quid est gladius paradisum custodiens, aliud, quàm benedictus Dominus Iesus, qui in cruce pateretur? Cùm tu, ô mi dilecte Domine Iesu diceres, *ignem veni mittere in terram*, nunquid eras tum temporis omnino igneus, siquidem venisti vt totum mundum igneum redderes? O quanto meliorẽ iam gladium habet Ecclesia, quàm tum Synagoga habuit? Nam illius gladius neminẽ intromisit in paradisum: sed noster gladius semper binos & binos intromittit. Et quid dicam tibi amplius, nisi, quod Synagogæ gladius omnino igneus fuerit & ardens; noster verò ex mera dilectione cõpositus, quæ consoletur. O quàm beatus essem ego, si tua dilectissima illa acie, aut mucrone occubuissem? Eiusmodi enim ruina in resurrectionem fuisset conuersa, & iugulatio in venæ incisionem, & mors in vitam. Misericordia Domini adeò magna est, vt non dicat ego mortifero, sed viuifico; nedum ego percutiam, sed sanabo; adeò vt mortificare ipsius nihil aliud sit, quàm viuificare, & vulnerare illius nihil aliud, quàm sanare. Tum mortificat nos Dominus, quando malas nostras affectiones cohibet;

Luce 12.

Deus quãdo nos mortificat & vulnerat.

bet; & tunc manu sua nos vulnerat, quando ex mera misericordia nos castigat, adeò vt nũquam tanquam bonus medicus ferrum imponat, nec ardens candensque ferrum vsurpet, nisi caro sit putrefacta.

Et quia Simeon dicit dolorem, ac gladium cor Matris penetraturos, aliquid de dolore illo dicemus quẽ Christus sustinuit, vnde facile colligitur, quos cũ Matre dolores partitus sit. *Abijt ergo Dauid inde, & fugit in spelunca Odullam. Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps*: dicit scriptura. Hæc figura cùm adeò sublimis ac mystica sit, necessarium est calamũ acuere: illa nãque prænotãtur immensi illi dolores, quos Christus Dominus ac Saluator noster sustinuit. O quantò consultius mihi fuisset peccatori misero, vt anima mea gustaret hos, quàm describeret calamus? Nam vita, doctrinaq; filij Dei bona est vt prædicetur, sed melior atque vtilior, quæ degustetur. 1. Reg. 22.

Tẽpore legis veteris multi homines figura Christi fuerunt, verùm in nullo melius figuratus est, quàm in Rege Dauid: Non enim Christum vocarunt Adami filium, nec Moysis filium, sed filium Dauidis, partim quod ex regio genere descenderet, partim quia in ea plus, quàm in alio figuratus esset. *Dauid figura Christi.*

Peculiari priuilegio dixit Deus ad Dauidem: *Inueni virum secundum cor meum*, & de Christo solo dicit: *Hic est Filius meus dilectus*: adeò vt per amorem, quem Deus gerebat olim in Dauide, figuratus sit ille amor, quem erga dilectum filium gerebat. Similiter figura fuit Dauid filij Dei. Vti enim bonus Rex persecutiones à suo Rege ac Domino susti-

sustinuit, perinde Christus persecutionem passus est ab Israelitis absque vlla sua culpa; ita vt Saul Dauid persequeretur ex inuidia, Hebræi verò Christum ex mera malitia infestarent. Perinde etiam Dauid gessit typum Christi in spelunca Odullam. Tametsi enim ibi Dauid fuerit caput omnium angustiatorum virorum, nihilominus Christus plures miserias solus exantlauit quàm coniunctim illi. Nam omnes Deos superauit potentia omnesq; Martyres tormentis. Rex Dauid pessimè à suis fratribus tractabatur, exsibilabatur à Goliath, expellebatur à Saul, ludebatur à Michol, lapidabatur à Semei, persecutionē sustinebat ab Absalome, spoliabatur ab Amalechitis, à Ceylitis prodebatur, & ab Ammonitis explodebatur: Et tametsi adeò multæ essent angustiæ Dauidis, erant tamen numerabiles: sed, quid dicemus de illis angustijs, quas bonus Dominus Iesus sustinuit, quæ à nemine numerari possunt, immò quas imitari nemo, ac sequi potest. Certissimum est Dauidem Regem à decem populis fuisse infestatum, & duodecim regna aut tribus sub se habuisse; quare expendere volumus, quis omnium horum regnorum hæres institutus sit, & quis filius, horum omnium hereditatem adiens, fuerit.

Salomonis hæreditas quæ fuerit.

Salomon filius Bersabeæ & Dauidis 12. regna hæreditauit, absq; vllo hoste illum lacessente aut contristante; absq; vlla seditione illum affligente, absq; omni debito pecuniario quod illum molestare potuisset. Cùm ergo Dauid non reliquisset filio suo Salomoni bellum, sed multum pecuniæ atque opum, decreuit Salomon illa flagitijs impendere, quæ alioquin hostibus impendisset. Flagitia & regna, regna ac flagitia hæreditauit

Salomon

Salomon: sexaginta enim coronatas Reginas vxores habuit, & concubinas 700 præter quas adhuc aliæ oberrabant. Flagitia ac regna hæreditauit à patre suo Salomõ, gloriatur enim ipse, quod oculi eius nihil viderint, quod negaretur; neque quidquam cor eius affectauerit, quod non obtineret: adeò vt non vineret sicuti æquitas postularet, sed dictaret caro. Thesauros quos hæreditarat à patre, in spectabilium structura domorum consumebat, ad habitandum in ijs: item in apparationem arcium, ad se defendendum: item in hortorũ culturam, ad recreationem sui illos effundebat: item in piscinas ad piscationem. Alebat præterea cantores multos illi precinentes: item tympanatribas illum recreantes, multasq; elegantes puellas in aula coram eo saltantes. Hæreditauit à Patre suo Salomon, magnam pacem & tranquillitatem. Nam quinquaginta annis quibus regnauit, nullus illi Rex fœdus fregit, nullũ hostem vidit, nunquam exercitum conscripsit, nunquam ex ipsius aula vexillum eductum est, nunquam ab eo Centurio quispiam stipendium accepit, nec illi tympanum somnum excussit. Hæreditauit magnam potentiam, nam omnes Reges terræ seruiebant illi: magnam hæreditauit prudentiam, in nullo namque actu iustitiæ errauit vnquam: hæreditauitq; magnam sapientiam, quia quilibet ab omnibus angulis terræ, ad videndum eum, ac si monstrum aliquod fuisset, confluebant. Hæreditauit Salomon magis voluptates quàm regna: non enim legimus de illo, quod aliqua corporis infirmitate correptus fuerit, aut necessitatem passus, aut inimicitia illum inquietarit, aut persecutio aliqua incesserit, aut illum ira turbaue-

bauerit, aut Rex alius insultarit, aut regnum defecerit, aut rebellarit subditus. Denique dico, Salomonem fuisse hæredem regnorum omnium & voluptatum patris sui Dauid. Vocatus enim fuit dives, sapiens, pacificus: Toto quippe vitæ suæ tempore nunquam ferrum corripuit, nec humanum sanguinem fudit.

Intellecto, quis hæres regnorum & voluptatum Dauidis fuerit, amplius adhuc considerare libet, quis fuerit opprobriorum eius hæres, & ignominiarum. Si enim nos sua felicitate Dauid recrearit, par est, vt ipsius etiã infelicitati compatiamur. Secundò, Rex Dauid in principem vnctus est semel in Hebron vbi à 12. tribubus Israel est vnctus, & semel in spelunca Odullam, vbi omnium angustiatorum factus est princeps, quæ causa est, quod cùm inter filiòs suos dispensare sua regna voluerit, Salomoni oppulentum ac felix regnum reliquerit, Iesu Christo verò tenuè regnum ac miserabile. *Dabit illi Dominus sedem Dauid Patris eius*, dicit Angelus ad Virginem postquã diuina illa sponsalia cum illa contraxisset, ac si diceret. O maxima Virginum, scias dotem illam, quam Pater æternus tuo Filio dare vult, futuram esse sedem sui Patris, non quidem sedem ad iudicium faciendum, sed patiendum: non sedem præcepti, sed obedientiæ; nõ diuitiarum, sed paupertatis; non honoris, sed ignominiæ; non voluptatum, sed laborum & ærumnarum. O quantopere errat Iudaicus populus existimans Christi regnũ temporarium esse, illumq; eos ex seruitute liberaturum esse? Cùm enim à Patre suo non plus, quàm sedem hæreditarit; quî possibile vt eos manu armata defendere potentique posset? Cùm

Luc. 1.

pro-

promissus Messias filius Dauid futurus esset dignes ac potens, quare Salomonem in Regem non extulerunt, quippe cùm ille à Patre suo arma multa per hæreditatem accepisset ad defendendum illos; potentiam ad liberandum; thesauros ad locupletandum; & sapientiam ad regendum? Cùm filius Dei à patre suo Dauid, non plus hæreditarit, quàm miseram sedem, qui oppugnare alium, & à seruitute Romanorum posset defendere? Hæreditauit à patre suo Dauid sedem Obedientiç, qua legem expleuit; sedem humilitatis, qua se inter arrogantes humiliauit; & sedem patientiæ, qua in aduersis ærumnisq; perdurauit. Principatum angustiatorum, atque eorum qui amaro sunt corde, solum hæreditauit Christus, eundemque benè in suum vsum cõuertit. Nam ab Herode pulsus est, véditus à Iuda, à Petro negatus, ab Hebræis accusatus, à Pilato damnatus, & à ministris suis ludificatus. Quod si modo omnes mundi miseriæ confluerẽt, & illæ, quas Christus pro seipso exhausit, illi sanè & non alij daretur primatus, aut præeminentia præberetur. Nam sit tam sanctus quispiã quã possit esse, nihilominus propriãs aduersitates solum sentit: sed filius Dei non proprias modo, sed etiam omnium suorum Electorum expertus est. Apostolus dicit, *quod filius Dei factus est omnia omnibus*, non aliud docens, nisi vt cum illo patiatur, qui patitur; cum illo fleat; qui flet; cum illo moriatur, qui moritur cum illo. Pater enim cùm sit omnium, ærumnas omniũ sentit; & cùm carè ab illo empti sumus, dolori illi est, quod multum patiamur: adeò vt veluti caput angustiatorum nos lacrymando iuuet in angustijs nostris, defectusque nostros curet.

Christus quid à Patre suo hæreditarit.

Christus suas & suorũ Electorum expertus est aduersitates.

Auctor continuat hanc Materiam.

Matth. 11. *VEnite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*, dicit Filius Dei. O Nobilis Centurio! ô quàm felicem nuntium hodierno tempore per vniuersum orbẽ vulgari finit Iesus Christus? Obligat enim se per hoc, quod recreare velit oneratos, iuuare vexatos, & esurientes recreare, eleuare oppressos, omniumque pupillorum Pater esse. Tametsi angustiati illi afflictique viri ad Dauidem in speluncam venerint, nihilominus ab illo afflicta facie discesserunt: tametsi proscripti, ac pusillanimes venirent ad illum, nihilominus proscripti, pusillanimes debitisq; grauati ab illo discesserunt: adeò vt Rex Dauid illos non potuerit solari nec adiuuare. In veritate nihil eiusmodi potest ille dicere, qui persecutione cùm Domino Iesu sustinet, qui cum proscripto Domino, etiam proscriptus est; nemo enim desolatus illum adit, quem non continuò iuuet; nemo debitis oneratus, pro quo non soluat. O quã excellẽs præconium est hoc; ô quàm beata promulgatio, *Venite ad me omnes, qui onerati estis.* Dat enim nobis per hoc filius Dei intelligi, quod scholam pro indoctis habeat, mensam nummulariam pro obæratis, Nosocomium pro ægrotis, arcem pro fugitiuis; penuariã cellam pro esurientibus, asylum pro excommunicatis ac proscriptis. Bernardus ait: hunc Deum creaturarum, & Dominum hierarchiarum & non alium, esse verum Medicũ mearum angustiarũ, ac tribulationum. Alij namque medici ad me audiendum apti sunt, sed facultatem iuuandi me non habent. Irenæus ait: si frigeam, potest me amicus meus igni apponere; si esuriam, potest mihi frustum panis præbere; si sitiam,

Christus verus angustiarum medicus.

fitiam, hauſtum aquæ; & ſi nudus ſim, poteſt dare induſium: verùm ſi anima mea afflicta ac deſolata ſit, quod aliud mihi poteſt dare ſolatiũ, quàm vt patienter feram? Auguſtinus ait: ſi quiſpiam conſolari animam meam vellet, illum intra animam concludi meam oportet; quod cùm nulli concedatur, niſi filio Dei viui, ab illo non à quoquam alio debet noſtrum remedium procedere. *A Chriſto remedium noſtrum procedere debet.*

Cicero ait in Epiſtolis: O quàm errat ille, qui dicit, ac putat anguſtum, & triſte cor ſolatium gaudiumque ſentire, ſi ridentia prata aſpiciat, aut ad amœnos fontes obambulet, ac delicatis cibis veſcatur, aut gratam muſicam inaudiat? Hæc quidẽ anguſtias miſeriamque vna queunt hora ſuſpendere ac contrahere, verùm omnino reuellere, nedum curare eaſdem poſſunt. Dic mihi, amabo, quid proſunt nobis illa genialia inſtrumenta in auribus noſtris reſonãtia, ad curationẽ miſeriarum earũ, quas in viſceribus deferimus? voluptas & gaudium, quæ oculi mei excipiunt ab illis virentibus pratis atq; aruis, quod remedium meis tribulationibus in oſſibus meis hærentibus præbere poſſunt? Quid proficiunt omnes delicati, quibus veſcor, cibi ad curationem anguſtiarum triſtitiarũq; cordis mei? Quod ſolatiũ poteſt indè habere anima, ſi aliud ei remedium non detur, niſi vt patienter ferat? Quid afflictam meam iuuant animam omnia illa gratioſa amicorum verba, ſi, quando abierunt, hæret illa in ſuis fixa anguſtijs? Quandoquidem omnes voluptates mundanæ non longiùs ſe quàm ad quinque ſenſus extendunt, nihil eſt certius, quàm vt manet gaudiũ in quinq; ſenſibus, perinde anguſtiæ in corde remaneant. Plato in Timæo dicit: Triſtitiam ac vo- *Patientia nobis eſt neceſſaria.* *Triſtitia &*

voluptas sunt sibi contraria.

luptatem sibi inuicem contrarias esse,& remotissimè degere ab inuicem, vnde fit vt nullũ gaudium cor intret,nisi tristitia ab eodem exeat.Cassiodorus ait: vti in nauigãdo de perito nauta circumspicimus,& in ęgritudine de perito medico: perinde in nostris miserijs ac tribulationibus de Viris peritis solliciti esse debemus. Nemo enim compati potest alijs, qui ipse in patiendo se non exercuit.

Cùm filius Dei in mundum veniret non venit vt legere disceret, aut scribere, aut nauigare, aut concionari: illa enim omnia tantum sunt stercus ac spuma reputanda respectu eorum omnium, quæ sciuit antequam in mundum veniret. Quidquid hic per experiẽtiam didicit, illud fuit,quod ibidem sciuit per scientiam, nimirum se affuefacere ad toleranda corporalia tormenta ac passiones,quò tanto promptius compati alijs,ijsdẽ passionibus obnoxijs queat. Chrysostomus ait: quã diues ac callidus negotiator ad agendum cum mundo filius Dei fuit:illud secum ex cælo deferens,quod hic deesset; & illud hinc deferẽs,quod ibi non esset. Ibi namque desiderabantur homines quos secum adduxit;hic verò desiderabantur merita, quæ hic reliquit. Cùm in cælo desiderarentur homines ad fruendum eius gloria,& nobis deesset gratia ad promerendam gloriam,venit filius Dei in mundum cui nos humanam carnem dedimus vt pateretur, ille verò suam nobis dedit gratiam vt eãdem gloriam mereremur. O quàm felix est hæc permutatio? nam apud te, ô Domine Iesu, laborem quiete, ignominiam innocentia, carnem spiritu, mortem vita,pœnam gloria permutamus. Cùm ergo sciamus, quomodo

Christus prudens negotiator.

Cur in mundum venerit

modo filius hominis in mundum venerit, ad ærumnas miseriasq; discendas, quo per illas eductus, tãto melius compati alijs sciret, æquum est, vt indicemus, quo pacto Mater Dei à Filio suo hæreditarit gladium doloris, vti ipse à suo Patre sedem miseriarum hæreditauit.

De gladio doloris, qui filium Dei occidit, & benedictæ Matris cor penetrauit.

CAPVT XXX.

ET *tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit,* dicit Simeon ad Virginem, ac si diceret. Erit ô maxima Virginum gladius filij adeò immanis, vt vna vice simul tuo filio vitã eripiat, tuamq; animam pertranseat. Nunquam præteritis temporibus, aut in vetustis libris fuit verbum eiusmodi scriptum, nec adeò luctuosum auditum quale hęc delicata Virgo à Simeone audire debuit & excipere. Quod ad illam dicit & prædicat, est vno loco, vno die, vna hora, vnoque gladio supplicio afficiendam esse carnẽ filij, & cor Matris. Gladium, qui furibus aures præcidat, qui decollat homicidas, diuidat proditores, abscindat linguam blasphemis, non vnũ sed tales multos gladios inuenire est, verùm nullum gladium animã penetrãtẽ inuenimus in altero seculo excepto gladio filij Dei. Gladius Cain, quo fratrẽ suũ occidit: gladius Moysis, quo trucidauit AEgyptium: gladius Dauid, quo decollauit Goliath: gladius Eliæ, quo occidit Sacerdotes Baal: & gladius Phineę, quo Ammonitem trucidauit, vulnerarũt quidem corpora, non tamẽ animas attigerunt: verũ proh dolor, gladius Simeonis lacerauit corpus filij, & penetrauit animã Matris. Vbertinus ait: Simeonẽ non *Luca 2.*

dicere, *doloris gladius* percutiet, sed *pertransibit*: non modo vulnerabit gladius ille; sed etiam lethali ictu hanc sanctissimam animam ab vno latere ad aliud perfodiet: de vno latere in aliud peruasit hic gladius amabilia illa viscera; omnes enim dolores, quos caro filij Dei patiebatur, sese in cor Matris aggerarunt. Bernardus ait, par illud verborum conueniisse nimirum Angeli *Aue gratia plena*: & Simeonis scilicet, *doloris gladius pertransibit*. Nam vti anima Virginis sic plena gratiarū erat, vt nihil amplius caperet: perinde eius benedictū cor adeò plenum erat, & redundabat doloribus, vt plures adiungi foret impossibile. Non potuisset dolor ille immanis Matris melius depingi, quam dicendo, gladium eius animam pertrāsituram esse, Et vti senior ille propheta id prædixit, ita completum fuit.

B. Virgo maiora tormenta quàm Martyres exhausit.

Nullus enim Martyrum maiora tormenta exhausit in suo corpore, quàm ipsa Virgo, videns adeò suum filium torqueri. Accuratè expendenda sunt illa verba, *tuam ipsius animam*: tametsi enim alij Martyres senserint mortem Christi, nō tamen illam quisquam adeò acerbè sensit, atque Mater ipsa. In aliorum enim cordibus cæsim ille dolor causatus fuit, in Matris verò corde punctim factus est. A Simeone verò illa verba: *tuam ipsius animam pertransibit gladius*, nulli alij, nisi Virgini dicta esse, significat, quod vti illa creatura fuit, cum qua maximam suam consolationem Christus partitus est: perinde illa quoque fuit, cum qua maximos etiam suos dolores diuisit: adeò vt tanto plus sit promerita, quanto plus passa. O magne, celebrisque Simeon, quare minaris Matri illo immani filij gladio, siquidem eius

mortem

mortem non modo senserunt Martyres, sed etiã Angelos apparet eandem defleuisse. Quis hodie Martyr in cælo est, qui mortẽ Domini mei Iesu non persenserit, & qui non eius legis gratia mortuus sit? His respondetur, Virginem ex peculiari gratia multò acerbius tulisse mortem filij, quàm vllæ aliæ Creaturæ in toto mundo. Nam Domini proprietas est, vt animabus, maxime à se dilectis, maximum etiam suæ passionis sensum communicet. Quod ergo Simeon dicat, illam plus, quàm quenquam aliorum passionem filij sui acerbissimè esse laturam, tantundem erat, ac si dixisset, in illa sola collocandam esse passionem eius, ac tormenta, quò illam melius in totum orbem terrarum disseminaret Mater: adeò vt Regina Cælorũ illa fuerit, cui filius Dei charitatem maximam communicarit, & cum qua maximum suum dolorem diuiserit. Cur ergo à te ô Mater Dei, auferremus gratias illas solatij & dolores passionis tuæ? O quàm præclaram animam, quàm generosum cor habes, ô Regina Cælorum: siquidem tu non es trucidata gladio Neronis, vti Apostolus Paulus, sed eodem gladio, quo Filius: adeò vt in Incarnatione filij, vos ambos amor coniunxerit, & in passione ab inuicem vos dolor nõ separarit.

Martyres cur fiat & dicantur.

B. Virgo quatenus persensit passionem Filij.

Flebat Anna Mater Tobiæ irremediabilibus lacrymis, dicens heu mi fili, heu mihi, vt quid te misimus peregrinari: dicit S. Scriptura, ac si diceret. Anna Tobiæ senioris coniunx & iunioris mater, absentiam filij sui deplorabat acerbis lacrymis ac dicebat. Qui est possibile fili mi vt ego sine te possim viuere? quare te ad alienos misimus, te ô lumen oculorũ nostrorum, te baculum senectutis nostræ, solatium vitæ, spem posteritatis nostræ? Quod nobis Tob. 10.

maius euenire infortunium posset, quàm quod propter consequendam pecuniam filium nostrũ perdiderimus & vitam? Vtinam nunquam nobis debuissent alij pecunias: nam ad consolandũ cor meum, non alium thesaurum desidero, quàm vt te habeam apud me. O fili mi, ô cor meum, quænam me inuasit stultitia quod peregrinationem illam indulserim, siquidem certum est, si quando te habeã apud me, nihil mihi desit? Quid facient mei afflicti oculi, siquidem te non videant amplius, nec te deflendo satientur. Sanè eiusmodi luctuosa verba non aliunde possunt profluere, quàm ex corde amabili, neque de alio dici possunt, nisi de admodum dilecto filio. Philosophus Mimus ait: Cùm lingua nihil aliud sit quàm interpres mentis, sequitur, vt si in corde amor hæreat, illa amorẽ prodat; & si nihil præter dolorem in eo sit, solum dolorem prodit. Ad elucidationem huius luctuosę figurę sciendum est, quod vti Anna figura fuit illius, quod Christus passurus esset, perinde etiam mater Tobiæ figura fuit illius, quod Regina Cælorum esset defletura; adeò vt tormenta Virginis per Simeonem prædicta fuerint, & in benedicta Anna figurata. Bene respondet hæc figura, hocque mysterium Sacramento. Nam Virgo erat Mater, & Anna erat mater: flebat vna & flebat altera: Vna habebat tantũ vnicum filium: & altera vnicum. Procul erat filius ab Anna; & Filius Virginis à Virgine: amaras lacrymas mater Tobiæ, amaras lacrymas Mater Dei fundebant. Ex præcepto patris iunior Tobias inperegrinas nationes abijt, & ex præcepto Patris filius Dei in se assumpsit humanam naturam; & vti filius Tobiæ ad mutuam à parente datam pecuniam

Lingua est interpres mentis.

Anna figura passionis Christi, & Mater Tobiæ, Matris Dei.

pecuniam recuperandam profectus est; perinde Christus ad recipiendas animas, quas illius Pater perdiderat, abijt. Et quid dicam amplius, nisi quod Christus & Tobias, & Tobias ac Christus à proprijs parentibus emissi sunt, & defleti à suis matribus. O quanto iustiorem causſam habet Virgo deflendi Filium suum dilectum, quàm suum Mater Tobiæ? huius enim gemitus ac lacrimę auxilium quoddam solatiumque consecuta sunt, sed gemitus ac lacrymę Virginis, simpliciter nullum solatium, nec remedium admiserunt. O afflicta Mater, ò desolata mulier, quod remedium adferrent tuæ lacrymæ, & quod solatium cor tuum inueniret, siquidem vidisti Filium tuum crucifigi, quem 33. annis educaueras? O afflicta Mater, ò Mater solatij, tu illa es, quæ longè iustius fleret irremediabilibus lacrymis, quàm mater iunioris Tobiæ? eius enim domũ redijt collocatus in matrimonio; at tuus dilectus Filius manſit in cruce mortuus. O pudica Anna, ò benedicta matrona, quare defles filium tuum adeò luctuosis lacrymis; siquidem illum inde abducit Angelus, deducit illum Angelus, desponsat illum Angelus, Angelus custodit, domumque illum Angelus reducit? Quare transmitte acerbas tuas lacrymas Matri crucifixi, siquidem eius dilectum Filium vendidit proditor, negauit peccator, damnauit Tyrannus, & execrabilis populus interfecit. Acerbas lacrymas flebat hæc afflicta mulier: nam illa & non Tobiæ Mater perdidit baculum senectutis suæ, speculũ quod intuebatur, lumen oculorum, solatium vitæ, & spem posteritatis suæ. Seneca ait: si quis pedetentim res suas vnam post alteram perdat, non ita acerbè sentit, quàm si si-

mul omnium faciamus iacturam: adeò vt multũ in eo situm sit, quî assuescant homines aduersis, palliumque patientiæ circumponant. Quis dubitat infelices assultus vitæ huius tanto nos vehementius esse sensuros, quanto magis ex improuiso nos obruãt? Si filius Dei fuisset vno die captus, & altero accusatus, & tertio damnatus, & quarto supplicio affectus, fuisset quodammodo tolerabile, tametsi magnus dolor fuisset; sed quod intra 24. horas captus, accusatus, damnatus, iudicatus fuerit, quod illud cor sustinere, qui oculi satis deplorare possunt? *Isaiæ 47.* *Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas, & viduitas*: dicit Deus per Prophetã Isaiam, ac si diceret. Quando tu ô Synagoga, minime putas, duo te mala comprehendent, nimirũ quod sponso viduanda sis, & orbanda filio. Cùm Deus tribus annorum millibus desponsatus esset Synagogæ, quotidie nihil aliud ex ea procreauit, nisi Prophetas & Patriarchas; & in morte filij Dei tanquam adultera reiecta fuit & eius locum Ecclesia substituta: adeò, vt à die Veneris sancto, huc vsque nunquam à Spiritu Sancto conceperit, nec virum vllum sanctum pepererit. Benedictus Dominus Iesus sponsus erat, & dilectus filius Matris suæ, & profectò verior sponsus, quã Ioseph spiritalis sponsus, ei desponsatus. Vnde factum, Virginem non omnino viduam factam Ioseph moriente. Quod Propheta ergo illam sponsam nominet, id propter filium eius accidit, quem amittebat: & quod vocaret sterilem, ob defectum solatij accidit, quo laborabat. O quàm rectè Propheta vocat te sterilem & viduam, siquidem tu vna, eademq; hora tuum dilectũ filiũ perdidisti, & tuo dilecto filio orbata es. Solum

vna

vna re potes, ô solatrix animæ meæ, te solari, quod scilicet non sit opus te atratam esse, tametsi hodie sis facta vidua. Nam ex mera tristitia finduntur lapides, & luctum cæli ipsi instituunt.

Magna velut mare est contritio tua, quis medebitur tibi, dicit Propheta Ieremias, in suis lamentationibus cum Regina Cælorum loquens, ac si diceret. Vt mare superat alias aquas, sic dolor tuus alios dolores. Nam quiuis cor tuum affligere nititur, sed nemo consolari contendit. Sanè egregiè amplificat Propheta Ieremias dolorem, quem afflicta Mater in monte Caluariæ sustinebat, dũ nimirum illum non dulcibus fluuijs confert, sed salso mari. Vti enim in mari ne vnica quidem gutta est, quæ non aqua sit, ita quoque nihil præmanibus in corde matris, quod non tribulationẽ doloremq; causauit. Doloré Virginis vocat contritionẽ, id est, damnũ, & dicit ingens illud damnum esse, quia mare nominat: adeò vt quẽadmodum magnitudini maris nihil potest comparari; ita quoque doloribus Virginis, nihil potest æquiparari. Sunt aliqui dolores, qui quidem acerbi sunt, non tamen magni; & licet magni sint, non tamen acerbi: sed dolor Reginæ cælorum, maior fuit omnibus doloribus mundi: adeò enim fuit amarus; vt nequiret esse amarior; adeò magnus; vt nequiret esse maior. Quî poterat esse amarior, siquidem animam pertingebat; & quî maior, siquidem totâ vitâ durabat? *o quàm magna velut mare fuit contritio tua.* Nam vti in mari pacatum impacatumque est, perinde etiam in tuo corde cõtendunt, gaudium quod experiebaris, propter mundi Redemptionem; & tribulatio, quam sustinebas, propter mortem Filij. Cor in quo hostiliter decerta-

Thren. 2.

B. Virginis doloribus nihil comparari potest.

decertabant sensualitas & iustitia: amor, timor: approbare, reprobare; velle, nolle, quid putas id fuisti nuisse, & quas angustias exhausisse? Cordi in quo ad inuicem decertabant voluntas, tum quod totus mundus saluandus esset, tum quod filius esset passurus, quod mare, quoad profunditatem illi æquari posset, & quę aquæ quoad amaritiem? Vti mare amarum latum profundumque est, perinde erat dolor Virginis profundus, pertingebat quippe cor ipsum; erat magnus, quippe propter rem magnam fiebat: erat amarus, quippe qui vniuerso mundo maior esset.

Bernardus ait: Vti in mari vnus fluctus alium excipit, & tandem omnes sese in margine ac littore frangunt; ita in corde virginis vna calamitas aliam insectata est; & dolor vnus alium apprehédit, qui deinde omnes simul fracti sunt in eius virgineis visceribus. Sola sine omni comitatu eiusmodi angustias tribulationesq; sustinuit. Nemo enim in hac vita capax fuit, vt ex communicarentur illi, neq; quisquam sufficiens fuit, vt eas curaret. *Quis medebitur tibi*, inquit Ieremias, ac si diceret O afflicta mulier, ô desolata Mater, quis medicus tua immania vulnera curaturus est, adeò profundè in visceribus tuis fixa? *Quis medebitur tibi*, consolatrix desolatorum, siquidem vulnera afflicti cordis tui facilè numerari possunt, difficilè verò curari? *Quis medebitur tibi*, ô benedicta mulier, ô peculiaris aduocata mea, siquidem angustiæ amoris tui adeò sunt dispositæ, & vulnera dolorum tuorum adeò insanabilia, vt nemo illa curare, nisi ille, qui imposuit, possit. *Quis medebitur tibi*, ô consolatrix afflictorum, siquidem ille medicus, qui mederi solet dolori cordium,

inter

inter duos latrones est crucifixus? *Quis medebitur tibi*, ô Regina Angelorum, afflictum tuum, ac desolatum cor, nisi ille in quo illud deposuisti: scimus enim certò Hippocratem & Galenum purgare potuisse & auferre humores, & ex venis sanguinem, sed nullo modo mitigare ac sanare angustias cordis potuisse? *Quis medebitur tibi*, ô animę meæ curatrix, nisi cuius caussa gemis? *Quis medebitur tibi*, ô mea mulier, siquidem in ligno crucis ille mortuus est, cuius caussa tu fles, & ille exspirauit cuius caussa tu gemis? *Quis medebitur tibi*, tecum loquor ego, ô peccatrix mea anima, si forsan perdidisti Christum, atque ex illius gratia excidisti? scias eiusmodi amissionis compensam nullam inueniri posse. Quare recipe te, ô anima mea, recipe te ad tuam dilectam Matrem vt fleatis, illa quidem filium suum, tu damnum proprium, quò post Resurrectionem suam consoletur illam & te iuuet.

Quomodo Virgo eiusque cognatio ad pedes steterint apud crucem, verùm reliqui omnes, ab ea procul steterint, aut consederint.

CAP. XXXI.

Stabat autem iuxta crucem Mater eius, & soror matris Ioan. 19.
eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. dicit. S. Ioannes, ac si diceret. In monte Caluariæ circa nonam horam & iuxta crucem stabant Mater sororesq; Matris. Paucis verbis hic Euangelista multa ac magna mysteria complectitur, atque ideo necessarium est, inuocare gratiam filij, vt ea exponere, & benedictionem Matris petere, vt intelligere possim. Quod ergo Mater Dei, totaque eius cognatio steterit iuxta pedes & non sederit, sublime

sublime mysterium complectitur. Nam S. Scriptura magnum discrimen facit inter sedere ac stare. Formosa illa Rachel Iacobi coniunx non erat contenta, quod patri suo idola furaretur, sed sub stramentis illa Camelorum abdidit, & desuper sedit. Cùm illa vidua Thamar nihil ageret amplius, quàm quod sederet secus viam, vti meretrix, à proprio socero est impregnata. De infelice Saule legimus, quoties illũ spiritus malus arripuerit, toties ille in domo sua quietus sederit. Gulosi illi Israelitæ, nihil nisi gemitus & eiulàtus coaceruabãt in deserto, quò denuo ollis AEgyptiacis carnium possent assidere. Pharisæi & Legisperiti corripiebãtur à Christo, quod sederẽt in cathedra Moysis ad predicandum quidem populo honorem eius, non verò ad sequendam eius doctrinam. Hic quinque exempla habetis eorum, qui sederunt, ideo modo alia quinque adducere volumus eorum qui steterunt, vnde facilè erit colligere, quis inter illos à Deo reiectus fuerit aut susceptus. Caathitis præcepit Deus vt tapetes templi custodirent, verbumque templi conuol(uerent & euoluerent, stando non sedendo. Cùm Deus illos 70. senes qui pro Moyse ius populo dicturi erant, gratia Spiritus Sancti replere vellet, stabant ad ostij limen tabernaculi, non sedebant. Electo in ducem Israelitici populi Iosue, præcepit Deus illi stare coram Sacerdote Eleazaro vt benediceret illi, manusque imponeret. Esdras Sacerdos prælegit populo Deuteronomium stans, & populus stans eundem audiuit. Vnde colligere est, quare nõ frustra dicat S. Scriptura, quod Virgo steterit iuxta crucem. Bernardus ait: subtilibus verbis indicare nobis Euangelistam illas angustias, in quibus Virginem ad crucem stantem

Discrimen in Scriptura est sedere inter & stare.

Stare Deo gratum quã sedere fuit.

inuenit. Adeò namque eius filius custodiebatur ab ipsa iustitia, circundabaturque lictoribus ac carnificibus, vt Mater illum vix videre posset, multò minus considere. O quàm mœstus dies, ô quàm infelix hora fuit illa, in qua afflictissima Mater pedibus ad hoc spectaculum propinquaret, lassaretur brachijs, benediceret lingua, intueretur oculis & corde quereretur? Corde sursum erecto non libenter corpus considet, præsertim cùm eiusmodi misero statu plus temporis Mater Dei ad flendum, quàm ad sedendum haberet. Quomodo potuissent illa considere in terra, cuius cor cruci affixum erat? Quomodo potuisset humi locare sese Virgo? licet enim habuisset centum oculos, centum pedes, centum manus, cordaque centum, nihilominus illa omnia impendisset filio quærendo, spectando, audiendo, amãdo, seruiẽdo? Osi quis te in hac lacrymabili vidisset horâ, cùm ad crucem stares non sederes; cùm proxima esses, non remota, & lacrymantibus illum aspiceres oculis; cùm ore pedes eius adorares; cùm defluentes ex capite eius guttas sanguineas exciperes.

Non est contenta Scriptura dicere, quod *stabat iuxta crucem*, sed dicit etiam *stabat iuxta crucem Iesu*, vt crucem Christi à latronum cruce discerneret, parum enim interfuisset, si ad illorum cruces stetisset quis aut sedisset. Et quis cruci Christi appropinquaret, nisi is qui crucifigitur? Et tametsi cruci non appropinquemus, tamen viuendum nobis sic est, vt in cruce viuitur, in qua nihil aliud nisi iniuriæ sustinentur, audiuntur blasphemiæ, toleratur clauorum perfossio, crucifixio, ac lateris perforatio, non verò resistentia contra mortem.

In cruce quomodo viuatur.

tem. Qui sunt illi ad crucem latronum desidentes alij, nisi ipsimet latrones? Ad crucem latronum impatientes sedent ad rixandum, auari ad fœnerandum, gulosi ad epulandum, impudici ad fornicandum, malitiosi ad garriendum, mendaces ad mẽtiendum, & desides ad dormiendum. Crux vna erat ad quam stabat pauper egenaque Christi cognatio; duæ cruces erant, iuxta quam stabãt subditi, atque aulici Diaboli: vnde colligere est illos acerbiorem crucem, labores, ærumnasque exhaurire, qui in Infernum descendunt, quàm qui ascendunt in Cælos. Augustinus ait: aueſne scire quot saluentur homines, immensamque eorum penè copiam, qui damnantur, considera quo pacto ad crucem Christi tantum paucæ personæ steterint; at ad crucem latronum plures quàm mille animæ stabant, adeò vt in tua iam electione, tuoque arbitrio sit, num velis intrare flens paradisum, an verò ridens Inferno succedere. Anselmus ait: In monte magna hominum multitudo fuit, quæ à longè crucem Redemptoris aspiceret, verùm pauci, qui propè assisterent. Causa erat, quod ad Christi crucem peccare nemini permitteretur: & ad crucem latronum illorum steterint plurimi, quibus furari & peccare permissum erat. O anima mea, ô cor meum, cur non liquescis in his angustijs, & quare non exanimaris, cùm guttas videas sanguineas à Matre defluẽtes, in filium ipsum ascendere? Videsne ô anima mea, videsne quo pacto Mater in sanguine natitet à filio defluente, & quo pacto terra humectetur lacrymis ab ipsa Matre decurrentibus. S. Bernardus: Vbinam in mundo adeò graue peccatum est, quod non sanguine filij remittatur, & Matris lacrymis

Maxima pars eorum qui in cruce Christo assistebãt damnati sunt.

lacrymis abluatur? Bonauentura ait: Aspice, ô anima, aspice & considera, quò pacto superius in cruce pendeat filius, & inferius iuxta crucem stet Mater: illa stat ad pedes, & ille in sublimi pendet: illa tacet; & ille nihil loquitur: & quod maius est, oculis sese mutuò aspiciunt, & corde se mutuò intelligunt. Ovos digiti mei, ô vos mei oculi, rogo, desinite parũ scribere, quo anima mea non nihil meditari possit, quo pacto, Mater viderit suum filium sanguineas guttas effundere, & contrà filius Matrem flere viderit lacrymas cordis. Quale putas illos cor habuisse, qui eiusmodi oculos habeant? Quis potest scribere sine lacrymis, quis sine gemitu legere, quo pacto cor Matris impletum fuit doloribus, propterea quod videret tam luctuosa, & quo pacto cor filij impletum fuerit amore propter quem patiebatur? O quam immane bellum inter amorem Dei, & dolorem Matris est excitatum: dolorem enim ipsa in moriendo sentiebat; amor verò mori cupiebat: dolor conquerebatur, amor verò se confortabat: nihilominus ad extremũ prævaluit amor Filij magis ad conseruandam Matrem, quàm dolor Matris ad eam opprimendam. Vbertinus ait: Vide & attende omnes ad crucem, & crucifixum stare, & non sedere, vt ostenderetur nobis, Dominum Deum illa sublimia mysteria, fragrantemque odorem crucis non communicare sedentibus aut accubantibus, sed solum stantibus & vigilantibus

Bellum inter amorem Dei & dolorem Matris.

Deus mysteria crucis quibus communicet.

Non coques hædum in lacte Matris, dicit Dominus, ac si diceret: nemo carnem hædi in lacte Matris coquat, sed lac Matris separatim edendum est, & caro separatim. Origenes ait: quod lex præcipiat

Deuter. 14.

hædum non coquendum in lacte Matris, & quod lex non prohibeat coqui hædum in sanguine capræ, docemur, Matrem S. Ecclesiam coquendam saluādamq; esse in sanguine Christi, & non Christum in sanguine Ecclesiæ. In monte Caluariæ hædus & Mater sibi occurrerunt, nimirum Mater & filius, & in hoc luctuoso loco contra omnem legem & rationem filium Dei in lacte Matris coxerunt, & Matrem in sanguine filij. Nonne sanguis ex venis filij defluxit, & nonne lac ex oculis Matris manauit? ô nunquam auditam bonitatem, ô nunquam visum casum? quis vnquam, vel audiuit, vel vidit Matrem adeò Filium fleuisse, vt in lacrymis balneari posset filius, & tantum fluxisse sanguinis ex filio, vt in illo coqui posset Mater? O quàm manifestum est, quod se inuicem tāquam Mater & filius diligant, & tanquam sponsa, sponsusque se amplexentur: guttatim illa filio dat lacrymas, & filius illi agminatim dat sanguinem. Bernardus ait: O Regina Angelorum, ô Mater angustiarum, quis vnquam filius eiusmodi Matrem habuit, siquidem tu illum Virgo concepisti, peperisti cum gaudio, educasti lacte tuo, in sudore secuta es, in lacrymis sepelisti. Quid amplius potuisset illius caussâ facere, quàm quod illum sequeretur in immensis suis doloribus, & acerbis illum lacrymis deploraret? Quid ille Matris caussa amplius potuisset facere, quàm quod illam in Matrem eligeret, & suo sanguine redimeret? Anselmus ait: Quam diu mundus stetit nunquam adeò benè pro vllo lacte satisfactum fuit, quam pro illo, quod à Matre sua suxit Christus. Tametsi enim lac illi dederit ex pretiosis suis vberibus, ille tamen Matri dedit sanguinem ex san-

ex sanctissimis membris. Quis vnquam audiuit aut vidit, sanguine pro lacte satisfieri, & lacte pro sanguine? Quis æstimare vellet, idemq; precium ponere sanguini qui fluit à filio, & lacrymis quæ à Matre descendunt? Cùm lex dicat, *non coques hædum in lacte Matris*, nunquid aliæ erant lacrymæ in quibus tu coquebaris, neque sanguis alius, in quo balneabat se Mater? O mitis Domine Iesu, ô Redemptor animæ meæ, putasne tibi minus noxium & Matri tuæ minus doloroſum fuisse, si coctus potius fuisses in lacte vberum eius, quàm in lacrymis oculorum eius? Quid potes amplius ab illa petere, & quid amplius illa tibi dare habet, siquidem illa tibi dedit lac cùm nascereris, dolores cùm viueres, lacrymas cùm morereris? Minus damnoſum illi fuisset, minusque molestũ si potius dedisset lac quàm lacrymas: Lac enim fluit ex venis, sed lacrymæ emanant à corde. Et quis verè flet, nisi qui ex corde flet. Loqui & negociari potest quis sine contritione, veri tamen fletus ac gemitus, non nisi cum contrito corde fieri possunt. Non enim inueniuntur fideliores testes anguſtiarũ, quas sustinemus, quàm lacrymæ quas ex oculis fundimus. *Lacrymæ testes anguſtiarum.*

Quare Christus voluerit vt Mater se morientem videret, cùm tamen illum in redemptione nostri adiuuare non posset.

CAPVT XXXII.

Si nidum auis inuenerit, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem non tenebit eam cum filijs, sed abire patieris, captiuos tenens filios: dicit Dominus ad Hebraicos Venatores, ac si diceret: Si in nidum auiculæ humi, aut in arbore positũ incideritis, vel pullis, vel ouis instructum, aut Matrem incubantem *Deu. 22.*

pullis & ouis, non accipietis vnà cũ pullis Matrẽ, sed eam dimittetis, solosque pullos tolletis. Quid pullos indagare aliud significat, quàm diligenter sacris litteris incumbere? Origenes ait: Quid est nidus amplius quàm littera, quid aliud pulli quàm sensus eiusdem, & quis auceps alius quàm Christianus qui in diuinis se scripturis occupat? Quod ergo Deus præcipiat vt finamus auolare Matrem, & pullos tollamus, voluit purè clareque ostendere, quod in nido diuinarum litterarũ finamus litteram, & spiritum videamus. Damascenus ait: illum finere auolare Matrem, qui non perpendit quid littera sonet, sed quid Scriptura dicat. Nam in Scriptura Sacra adeò obscura verba sunt, vt non modo non intelligenda sint vt sonant; sed ne quidem facienda quæ secundum litteram significant. Verba Christi illa: *Si oculus tuus scandalizat te*, non ita accipienda sunt, ac si corporales nostros oculos euellere iuberemur, quibus videmus; sed spirituales, quibus nos damnamus. Suaue enim iugum Christi nemini præcipit membra sua præcidere, sed peccata reuellere. Cùm enim filiorum nostrorum quempiã diligimus, dicimus, quod eum vti oculos nostros diligamus: Similiter & illud, quod Christus dicit, *si oculus tuus scandalizat te*, proijce illum, significat, si tu propter ditationem filij tui aut sororis in Infernum descendas, longè melius foret illos Deo à te commẽdari, quàm illorum caussâ damnari. Augustinus ait: totam perditionem Synagogæ in hoc consistere, quod in nido Scripturarũ matrẽ tollat, & pullos dimittat, id est, quod pertinaciter litteræ inhæreat, vt sonat; & non Spiritui, in ea recondito: adeò vt longè gratior illis duris-

Scriptura S. obscura intell. Ita est. Matth. 5.

Synagogæ perditio in quo cõsistat.

simus

rissimus cortex sit, quàm suauis medulla. Quod Apostolus dicat: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*, non aliud voluit ostendere, nisi cauēdum nobis esse, ne annosam capiamus volucrem, quæ littera est, sed duntaxat pullos, nempe Spiritum consectemur. Cùm filius Dei diceret: *Scrutamini Scripturas*, non locutus est, vt nos solummodo libros legamus, sed vt in ijs verùm genuinumque sensum quæramus. Nam tum propriè perscrutamur rem aliquā, si quod in ea est abditū id inueniamus. Si verba illa Christi: *Pater maior me est*, & alia: *vt vnum omnes sint, sicut tu Pater in me, & ego in te*, voluisset rectè perscrutari hæreticus ille Arrius, illisque catholicum sensum ac verum dare, nunquam tot boni homines persecutionem fuissent passi, neq; tot in Ecclesia scandala posita fuissent. Quare secundum sensum præcepti Domini, sollicitus lector dimittat litteram, & verum sensum admittat: aliàs illi multò consultius foret, non legere scripturam, quàm intelligere vti eam Synagoga intelligit. Quare vt ad propositum redeamus, quid est nidus aliud, quàm sancta crux Christi? Quæ auis, nisi benedicta Mater eius? Et qui pulli, nisi eius pretiosus ac benedictus Filius? Vti Ezechiel vidit nidum in altissima arbore, in qua omnes volucres quotidie oua sua deponerēt: sic in nido crucis omnes Sancti oua sua deponūt, nimirum bona desideria, quæ Dei filius tanquam gallina, ab vnoquoq; vt bona opera acceptat. Secundum veterem legem audebant pullos tollere & occidere, vti in Christo factum est: verùm eius afflicta Mater (quæ per auē significabatur & eximebatur per legem) quare tantis doloribus cruciata fuit? O execrabilis Ierusalem; ô damnata

2. Cor. 3.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

S. Scriptura quomodo legenda sit.

Synagoga; quia in nido crucis inueniſti Matrem & pullos eius, cur tibi ſatis non eſt, occidere Filium, cùm inſuper Matrem excrucies? O ſanctificata arbor, ô pretioſe nide, ô benedicte Fili, ô deſolata Mater, quod cor ſuſtinere potuit ac videre vaſtari nidũ hunc ſanctiſſimum, in quo tota Trinitas fuit occultata? In ſublimi nido crucis erat Pater, qui Filio vt pateretur præcipiebat; erat & Spiritus S. qui aſſiſtebat carni morienti, animę quę efflabatur; ſanguini, qui redimebat. Hic nidus & omnia, quę in eo erant, turbata ſunt à Synagoga, cùm nimirum ſanguis inhæreret terræ, cutis cruci adhæreret, caro in ſepulchro iaceret, anima in limbo eſſet, & eius diuinitas omnibus vniretur. Quid verò dicemus de Matre, quæ omninò diuiſa erat? Pars cordis eius iacebat in terra apud ſanguinẽ, altera in ſepulchro apud corpus, tertia in limbo apud animam, quarta in monte Caluariæ apud flentem cognationem degebat. Quid tibi dicam amplius, ô anima mea, niſi in quot partes diuiſus fuit filius, in totidem partes, Matrem ipſam diuiſam fuiſſe.

Vbertinus ait: Diuiſum atque iterum diuiſum erat afflictum cor Matris; cùm enim filium ſuum plus ſeipſa amaret, minimam partem cordis pro ſeipſa ſeruauit. Et quare dico illam pro ſeipſa aliquid ſeruaſſe, ſiquidem non ſolum cum filio ſuo conſumpta eſt vita illius, ſed etiam cum eodem mortuum eſt cor illius. Si verùm eſt, quod quò oculi ſpectatum abeant, eodem cor deſiderijs ſuis conſequatur; & quo cor deſiderijs ſuis abit, eodẽ viſcera ad habitandum progredi, dicat mihi aliquis vbinam Virgo cor ſuum habuerit, prętereà in filio, quẽ adeò diligebat? Cùm afflicta illa Ma-

ter

ter alium non haberet filium, totus amor eius in illum directus erat; & quia Iudæi in nido crucis inueniebãt auem cum pullis, carnem Filij crucifixerũt, & cor Matris excarnificarunt. Bernardus ait: si illa luctuosa horâ, illoq; miserabili die recluſa fuiſſent vbera Virginea, haud dubiè in illis inuentũ fuiſſet cor Virgineum ac carneum, nullus tamen vigor carnis: ſpiritus quippe vitalis omnino euanuerat, & verus amor prorſus illud cũ filio tumularat: O ſublimis Redemptor, ô altiſſime Creator, quis hoc intelligit arcanum, & quis hoc myſterium aſſequitur, quare nimirum tempore paſſionis tuæ tecum Matrẽ adduxeris, vt te mori videret, dimiſerisq; tuos diſcipulos ne tuã paſſionem viderent? In eiuſmodi acerbo prælio afflictoq; ſtatu in quo cõſtitutus eras in monte Caluariæ, quare magis mulieres deſideras ad te deflẽdum, quàm viros, ad te defendendum? Tu ô Domine Ieſu & nemo alius in campum proceſſiſti ad pugnandum cum hoſtibus, nudatus armis, ſtipatus omniũ lacrymis. Flebat Mater, flebat filius, flebãt diſcipuli, flebãt neptes, totaq; flebat cognatio, adeò vt Moyſes ſuos inimicos aquis demerſerit; ſed filius Dei illos lacrymis obruerit. Anſelmus ait: ſi quiſquam tum temporis præſens fuiſſet, ille quo pacto clamarent Iudæi vidiſſet, blaſphemarent Phariſæi, carnifices malleis fæuirent, Cælum obſcuraretur, & omnes fideles flerent, adeò vt in tota Synagoga nihil præterquam blaſphemiæ inuenirentur, & in Eccleſia nihil aliud præterquam lacrymæ inundarent.

In Synagoga blaſphemia, & in Eccleſia lacrymæ ſunt inuentæ.

Sine bos, ſine ouis, non immolabuntur cum foetibus ſuis, dicit Dominus, ac ſi diceret. Quiſquis Domino in tabernaculo quippiam offerre vult, is caueat ſibi ne eo-

Leuit. 22.

ne eodem die ouẽ cum agno immolet. Origenes ait: quia Dominus misericors erat, voluit vt perinde discipuli eius misericordes essent, atq; ideo illis omnia prohibuit, quæ ad immisericordiam possent illos impellere. Quid posset immitius atq; inhumanius esse quàm simul agnũ cum Matre iugulare? Quæ ouis est, nisi mater misericordię? Et quis agnellus alius, nisi benedictus eius filius? Iam inde ab antiquo præcepit Deus vt Synagoga diligentem curam huius ouis agniq; haberet, adeò vt si filium apprehenderent, nihilominus Matrem dimitterent. Non habet Deus maius bonum in toto mundo, nisi agnum hunc agnellũque: nã tam bene ipse, quàm cæleſtes Hierarchiæ peculiarem eorum curam gerebant. Contrarium huic legi exercebant in monte Caluariæ: inibi enim vno die, vnaq; hora occiderunt agnum, neq; Matri eius pepercerunt. Quod posset tormentum esse immanius, quæ maior posset exerceri immisericordia, quàm quod vnicum agnum, quem Synagoga habebat; & vnicum agnellum quem Ecclesiã, iugularint coram Matre, matremq; coram filio excarnificarint? Quod maius tormentum irrogari potuisset agno, quàm quod ante oculos suos videret suum occidi filium: & quid agno posset magis dolere, quàm quod ante se videret immolari Matrem? Mori videre eiusmodi filium, & eiusmodi Matrem, & quidem eiusmodi morte, & quidem tali die, & quidem simul, quæ lingua potest satis id eloqui, aut quis calamus sufficienter describere? O vtinã mea anima cõuerteretur in agnum & in agnellum cor meum, quò cum vero agno in monte Caluariæ immolari posset: ô quàm beatus tum essem, ô quàm beatè viuerem.

Vber-

Vbertinus admodum affectuosè ait: O mitis Domine Iesu, ô misericors Domine; cùm omnes leges in fauorem loquantur tuę preciosæ Matris, quare eas tu vis diffringere? Lex quæ præcipit hędum non coquendum esse in lacte Matris, nunquid tuæ Matri fauorabilis est? Lex illa, quæ præcipit tolli pullos, & dimitti Matrem, nunquid in fauorem tuæ Matris lata est? Lex quæ prędipit ne ouis & agnellus vna occiderētur, nunquid Matri tuæ fauorabilis est? Ne frangas legem ô dator legis, ne frange, dum enim te offers qui agnellus es, & offers Matrem, quæ ouis est, tibi terror aliquis incutietur, & illi timor, quando nimirum illa te morientem vidit, & ille eam in deliquium cadere conspexit. Satis sanguinis in agno est, neque opus est sanguinem Matris accersere: cùm enim necessitas quædam sit mori filium ad redimendum nos, perinde necessitas est, vt viuat Mater ad consolandum nos. S. Bonauentura, Anselmus & Vbertinus satis mirari nequeunt, qua de causa Filius Dei secum ad crucem Matrē suam assumpserit, cùm neque eum in moriendo iuuare posset, neque ille etiam eius adiumenti indigus esset, ad redimendum nos. Quicquid enim actum inter Matrem ac Christum est, id mysterij mysteriorum loco habebitur, vti illa Salomonis Cantica, Cantica Canticorum vocantur. Mitis Dominus Iesus voluit vt Mater præsens suis extremis assisteret, quo illam vnicam hæredem, atque suam amicissimam omnium posset instituere.

Mater Christi quare Christo in extremis præsens fuerit.

O vos digiti mei, ô tu cor meum? qui possibile est vos vires ad scribendum habere, ad enarrandum linguam, bona illa, quæ Filius Dei relinquit, & hæreditatem illam quam Mater adit? Qui po-

test ille Matri aliquid relinquere, qui in Bethleem inter iumenta natus est, & in monte Caluariæ inter latrones mortuus? Quid potest afflicta Mater hæreditare ab illo qui mendicato linteo insutus est, & in alienum sepulchrum illatus? Quid ille delegare testamẽto potest, qui ex duabus suis tunicis alteram præcepit dari carnificibus illum crucifigẽtibus, alteram militibus illum custodientibus? Quid posset ille relinquere cui scamnum nõ erat, in quo sederet, nec ceruical in quod inclinaret. Erant ergo bona, quæ hæreditauit à filio Mater, sanguis, quem profundebat, & dolores quos pro hominibus omnibus exantlabat: adeò vt sanguine ex venis decurrẽte eius corpus irrigauerit, & doloribus quos passus est, eius animam excarnificarit? Bernardus inquit, in tam profundo opere, atque afflicto statu, æquum erat interesse Matrem illiusque sola partem capesseret, quò nõ solum compati posset filio, sed etiam in passionis eius partem venire. Augustinus ait: Cùm prophetia Symeonis nondum esset expleta, constituit Spiritus S. vt sanctissima Mater Filio suo in monte Caluariæ moriẽti assisteret, vbi doloris gladius simul & abstulit vitam filio & Matris animam pertransiuit. Anselmus ait: cùm ex vna parte æquum nõ esset, vt Mater, præmio Martyrum destitueretur, & contrà neque æquum esset vt in Tyrannorum manus incideret, medium subsecutum est, quod vti illa filium suum secuta est seruijtque immensa charitate; ita filius quoq; eandem infinitis doloribus cruciauit. Quis vnquam similia aut vidit aut audiuit, quod vno eodemque tenore ac tractu, carnifices torquerent filium, & filius torqueret Matrem?

Qualia bona Mater à Christo hæreditauerit.

In illa

In illa verba, *Maior est iniquitas*, dicit S. Bernardus: O quanto maior est amor, quē tu vsurpas ô Domine Iesu, quàm ille, quem mihi præcipis ô Redemptor animæ meæ? Nam non solum ipsa feria sexta sancta in monte Caluariæ tradidisti & obtulisti tuam animam; sed etiam tuæ benedictæ Matris animam. Cùm teipsum condemnasti ad mortem, neque Matri tuæ pepercisti, dum nimirum gladius passionis tuæ tibi auferret vitam, & illius animam pertransiret. Quod Mater commodissimè hæreditare potuit, erat cadens forsan deorsum spina, aut pars carnis cruci adhærens, aut capillus humi sparsus. Perinde quoque à filio suo hæreditauit inimicitias, quas in filium fouebat populus, cùm nimirū quilibet illam deinceps vocaret Crucifixi Matrē, occupati à Diabolo, venefici, publicani seu publici peccatoris: imò etiam est instituta hæres, duodecim Apostolorum Collegij Christi. Isychius ait: Christus secum suam benedictam Matrem in montē Caluariæ transtulit quo testis passionis eius esset, & quo sanguinem ei redemptionis nostræ cōcrederet. Nam ad certam securamque notitiam, quod redempti sumus, satis est Matrem nobis dicere, quod filium suum suismet oculis mori viderit. Ideo Filius enim Dei in mundum venit, suoque Patri exsoluit omnia propter peccatum debita, cuius solutionis etiam Matrem testem esse iussit, quòd post mortem eius testimonium perhibere posset, quo pacto Pater iam solutionem acceperit, mundus redemptus sit, peccatum sublatum, cæli reserati, & triumphatqis Diabolus.

Mater in cruce testis mortis Christi.

Finis tertij verbi quod Christus in ligno Crucis dixit.

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA, IN QVARTVM VERBVM FILII DEI, QVOD in ligno Crucis dixit.

PROLOGVS.

Psalm.21. DEus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? dicit regius Propheta Dauid in persona filij? Quod si ascendere in altitudinem intellectus nostri & inibi Christum tanquam Deum contemplari voluerimus, & illum tanquam hominem repræsentare, & veluti corpus Ecclesiæ depingere, impossibile esset, nisi quippiam notaremus atque aduerteremus ex mysteriis verborum horum. Nam quà Deus, omnia illi subiecta sint, æqualis est Patri æterno, nulliusque capax periculi. Et tametsi ingentes dolores fuerint, quos in hoc mundo sustinuit, nullus tamen eorum Deitatem eius contigit, neque impulit ad inuocandum auxilium, neq; tanquam Ioan.16. derelictum se esse, expostulauit. *Ecce venit hora, & iam venit vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis, & non sum solus, quia Pater mecum est.* dicit Dei Filius ad suos Discipulos. Vti de homine dicit Euãgelista, quod Iesus quà homo *exclamauit voce magna* ad Patrem. AEquum enim est, vt ille qui innocens eiusmodi exhaurit tormenta, validum ingentemque edat clamorem. Quid est autem hoc, ô Domine Iesu, quid hoc? quare tantopere conIoan.8. quereris? nunquid dixisti per Ioannem, *qui misit me mecum est, & non reliquit me solum,* & quare modo dicis illum te reliquisse? In veritate Christus dicit, quare Pater eius illum in hunc statum labi permiserit, sed nihilominus voluit vt Filius eius illud palam diceret & cuiuis inclaresceret, quo pacto ille pro omniPsalm.37. bus moreretur. *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorũ, & ipsum non est mecum,* ac si diceret. Etsi,

ô æter-

& æterne Pater cor meũ magnopere conturbatum fuerit, omnesq; vires meæ enervatæ sint, nihilominus libẽter sustinebo cum hac lege, vt mundus meam cognoscat innocentiam, & se ipsum nocentem fateatur. *Cor meum dereliquit me*, dicit idem Prophe- *Psalm 39.*
ta ac si diceret. Cor meum ac vita mea me destituerunt quidẽ, nihilominus acquiesco, si modo mors
mea in commodum humano generi cedat. *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei*, dicit Do- *Isaia 49.*
minus per Prophetam Isaiam, nihilominus illud mihi gaudium esse potest, si modo Deus meis im-
pensis ignoscat peccatoribus atque eorum recor-
detur. *In te speravervnt Patres nostri: speraverunt & non* *Psalm. 21.*
sunt confusi, dicit S. Propheta Dauid. Sic namque non
confusus est Noë cùm diceres illi: *Ingredere tu &* *Genes. 7.*
omnis domus tua in arcam: Etenim vidi iustum coram me
in generatione hac, quare nequaquam volo vt pereas,
cum his impijs peccatoribus. Non est confusus A-
braham, cùm trecentis & octodecim bellator bus
exercitum quatuor Regum sterneret. Non est con-
fusus Patriarcha Ioseph, qui maluit diutissimè car-
cere includi, quàm infidelis esse Domino. In te spe-
rauit Aaron & Moyses, cùm populum AEgyptia-
cum AEgypto educerent, *in te speraverunt & non sunt*
confusi. Nam cum hosce ex tot periculis eripueris,
totque aduersis subtraxeris, quare me tanquam fi-
lium vnicum tot exposuisti angustijs? *Ad punctum in* *Isaia 54.*
modico dereliqui te & in miserationibus magnis congregabo
te: In momẽto indignationis abscondi faciẽ meam parumper
à te, & misericordia sempiterna miserius sum tui, dicit Isa-
ias ad Christum Filium suum Dei loco. Quam pri-
mum Deus creasset mundum, & genus humanum,
continuò hoc ex vno peccato in aliud cecidit, & ac-
cumulauit malitiam vnam alia. Cùm ergo videret
Dominus malitiam hominũ, quo toleraretur diu-
tius, eo magis proficere, atque ad adeò miserabilem
statum humanũ genus deuenisse, vnde nemo alius
illud nisi eius Vnigenitus Filius esset redempturus,

Homi-

Homines consolari cœpit, illisque per ora Prophetarum non solum noua nuntia significauit, sed etiam per Spiritum Sanctum, *quod expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat*: id est, necesse esse vt verbum diuinum istis exponatur tormentis, inque illis adeò crudelibus relinquatur, quo peccaminoso mundo succurratur? item in suis angustijs Filius Dei relinquatur, ne in suis homines infirmitatibus relinquantur: ad modicum relinquatur in monte Caluariæ inter inimicos, ne humanum genus inter dæmones æternum in inferis relinquatur: semel moriatur, quo æternum viuant homines, atque ex miserijs Creatoris, creaturæ quies sequatur. *Pater mi si possibile est transeat à me calix iste veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu*: Hæc verba locutus est Redemptor, ac si diceret: ô æterne Pater, si aliâs possibile foret, vt ab illis immanibus doloribus liberer qui mihi parati sunt, rogo te, vt aliud quodpiam remedium quæras, quo redimatur humanum genus: quod si verò aliter fieri nequeat, fiat voluntas tua: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*: id est, tametsi corpus ad patiendum infirmum est, & caro ad eiusmodi toleranda tormenta, nihilominus cor animusque meus promptus paratusque ad obediendum tibi est, & ad voluntatem tuam perficiendam. *Quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?* Respondet illi æternus Pater. Necesse est, Fili mi, vt tu exagiteris, quo populus meus quiescat: tu moriaris, quo populus meus viuat; tu descendas in mundum, quo homines ascendant in Cælum. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac Filium suum; ipse verò portabat in manibus ignem & gladium*, dicit Scriptura. Cùm Abraham abduceret proprium Filium ad immolandum, non fuit illi satis, ferre illum gladiu, quo decollaretur, ignemque quo adureretur, sed etiam ligna, quæ adurerent imposuit? adeò vt Christus Dominus, citra cuiusquam miseri-

Matth. 26.

Isaiæ 51.

Genes. 22.

cor-

ticordiam, humeris gestarit gladium pro gutture proprio, nimirum Crucem, cui imponeretur: ignē comburētem, qui ipsa fuit charitas eius viscera depopulans. Sed non satis hoc fuit, insuper & ligna ipsa ad Sacrificium nimirum omnia peccata mundi tulit. Verum, prō dolor, magnum discrimen inter veterem illum Isaac, nouumque Messiam fuit; alterius enim oblatio arietis immolatione terminata fuit; sed Deus in Cruce à suis desertus Apostolus exspirauit. *Heu me Filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es, aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* In veritate iure merito illa verba benedicta Mater potuisset Angelo reddere, loco verborū illorum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te?* dicit afflictus Dauid mortem Filij Absalonis deplorans, ac si diceret. O Fili mi Absalon, Absalon Fili mi, vtinam mihi vel modò mortalitatem hanc explere propter te, licitum fit: Quo modo etiam benedicta Mater Domini suum affabatur Filium: vtinam, Fili mi dilectissime apud Patrem tuum posses efficere, vt illa mors, quæ tibi irrogatur, irrogetur mihi: illaque exhaurienda mihi darentur tormenta, quę tu exhauris.

Iudic. 11.

Luce 1.

2. Reg 18.

EXPLI-

EXPLICATIO QVARTI VERBI, QVOD FILIVS DEI IN CRVCE LOCVTVS est, cùm nimirum quereretur Patri suo ac diceret: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me.*

Quo pacto Christus in hoc verbo magis suum dicendi modum mutauerit, quàm in alijs.

CAPVT XXXIII.

Marc. 15. ELoi Eloi Lamasabachani? *quod est interpretatum Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Hoc quartum verbum, quod Filius Dei dixit in Cruce, non modo terribile auditu est, sed etiam miserabile intellectu: Ac si diceret. Deus meus, Deus meus, Pater mi, Pater mi, quod adeò me in hisce angustijs meis, meisque tormentis me deserueris, quid dicam? Sublimia certè altaque mysteria in his diuinis verbis nobis præsentantur, de quibus vix ea quæ necessaria erunt, dicere poterimus, nisi in auxilium nostrum Dei gratia veniat, quàm lacrymis obtestamur nostris, quam flexis genibus inquirimus, vt nos illuminet, & suo prosequatur fauore. Ideo ponderandum est, quare Filius Dei magis in his verbis, quàm in alijs loquendi stylũ mutarit, dũ dicit. *Eloi Eloi Lamasabachani*, nisi vt intelligeretur ab omnibus, ille qui ab omnibus crucifigeretur? Perinde considerandum est, quare Deum illum vocauerit & non Patrem, cùm tamen expostulauerit Filius coram Patre? Quemadmodum & illud admirandum inprimis, quare voculam, *meus*, apposuerit, atque si Deus non esset Pater etiam aliorum? Vt neque illud consideratione

Quæ maximè in quarto verbo à Christo dicto expendẽda sint puncta.

ratione vacare debet, illum magis ideo expostulare, quod Pater illum reliquerit, quàm quod occidi permiserit; sciebat quippe Pilatum non erepturum fuisse illi vitam, nisi æternus Pater hoc indulsisset. Denique & hoc notandum, quare dicat, *Deus meus quare me dereliquisti?* & non, quare me derelinquis? adeò vt pluris facere videatur, id quod ante passus esset, quàm quod tum pateretur. Quæ omnia sunt facilia memoratu, sed difficillima intellectu. Cùm enim diuina mysteria sint, & tantum inter personas diuinas tractata, omnem non modo humanum, sed etiam Angelicum intellectum transcendunt. Quare vt ad ipsa mysteria veniamus, videbimus quisnam sit qui cõqueratur, in cuius præsentia conqueratur, quibusque verbis conqueratur. Christus est, qui conqueritur: Pater est coram quo queritur; & quod reliquerit illum, caussa est propter quam queritur: in cruce queritur, in præsentia Matris: illisque verbis *Deus meus, Deus meus*, queritur. Sanè luctuosa sunt auditu, & fletu dignissima, quando perpẽdimus ea à filio Dei in cruce fixo dicta esse, nudo corpore, circundato amicis, & quidem in graueolente sterquilinio: quæ non rumperentur viscera, quod non cor frangeretur?

Cùm sciamus, credamus, confiteamur Christum verum Deum, eiusq; Patrem, verum Deum, & vtrumque vnum Deum, vt conuenit quæso, & quis comprehendet intellectus, quod ille, qui Deus est, conqueratur de illo, qui perinde Deus est? Si inter Deum & Deum vnius vtrumque essentię querimonia instituitur, quare ergo mirum esset, si inter hominẽ vnum & alterum lites suscitentur? Quòd Pater conqueratur de Filio, & amicus

cus de amico, ipseque de me ipso querar, tolerabile est, & fit in dites, verùm quòd Christus conqueratur qui Deus est, de Patre etiam Deo, est haud dubiè inauditum, quid quod humana infirmitas nequit attingere. Visitatum est neminem de alio queri solere, nisi aliqua molestia aut iniuria ab alio notatus sit: at quam potuit æternus Pater molestiam iniuriamque irrogare vnigenito suo, cùm coram toto mundo se molestatum infestatumque conqueritur. Scimus Christum Dei Filium, & quidem vnigenitum, & dilectum filium, in quem Deus totum suum thesaurum refudit: quomodò ergo possibile est, Patrem illi potuisse aliquod damnum iniuriamque irrogare, siquidem neque hic deliquerat, neque Pater voluerat? Quod argumentum pro vtraque parte militat: Nam non modò audiendum est, nedum credendum, Patrem filio quippiam indecens irrogasse: & contrà non oportet dicere, filium sine caussa conquestum esse: adeò vt Patrem liberum dicamus ab omni culpa, & iustam querimoniam filij esse iudicemus. Ad determinationem verò huius rei iciendum est, quod dum Christus per
Iob 31. Prophetam loquitur: *ab infantia creuit mecum miseratio*, nunquam ille conquestus sit super Patre suo, nisi cùm moriturus esset. S. Leo Papa dicit: Veri illi & genuini mundi filij, initio aduersitatum suarum conqueri solent, atque auxilium inuocare: nemo tamen vidit vnquam benedictum Dominum Iesum aperuisse os suum ad conquerendum, nisi quarta horæ parte ante mortem, priusquam anima illius egrederetur. Chrysostomus ait: Quænam hæc nouitas est, ô Redemptor mundi, quænam hęc nouitas? Quando caperis, quietus manes;

manes; quando flagellaris, taces; quando crucifigeris, sustines; quando blasphemaris, surdum te exhibes; quando occideris, dissimulas; & quando iam exspirare debes, tum primùm tuam querimoniã producis? Quare conquereris super Patre tui, vbi tamen amicos multos habes, qui te offendant? nimirum Iudam, qui te vendat; Petrum, te neget; Pilatum, qui condemnet; Herodem, qui te ludificet; totumque populum, qui te trucidet.

Demosthenes ait: Non debere hominem rem quampiam suscipere, quam non expediat; neque loqui quicquam, quod verificare nequeat; neque petere, quod dare non possit; neque amare, quod obtinere non possit; ineque conuenire alium, de quo se vendicare nequeat. Seneca ait: Neminem debere conqueri, nisi ex eiusmodi querimonia se aliquem fructum facturum putet, alioquin sibi ipse nocumento est, illumq; turbat, cui querelam aperit. Dic mihi ergo, ô Domine Iesu, quod remedium ex hac querimonia speras, siquidem vix semihoram residuam pro vitâ habes? Anima penè tibi in labijs sedet, & nihilominus super Patre tuo cõquereris? Quis vnquam vel audiuit vel vidit finem querimoniæ tuæ, esse querimoniæ tuæ principium? Triginta tribus annis conuersatus nobiscum es, illoque tempore cum nemine contendisti, neminem iniuria notasti, neque super vllo conquestus es: sed modò in tuis extremis, super Patre tuo conquereris? O quàm sublime mysterium, quàm profundum secretum hac querimonia conclusum latet, siquidem tu adeò inconuenienti tempore, adeoque miserabili rerum cursu conqueri vis, quo alij iniurias remittere, suis inimicis reconciliari solent, & petere re-

missionem propter commissa delicta.

Psalm.87. Regius Propheta Dauid inquit: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus sum, humiliatus sum & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt. Circundederunt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul. Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.* Quod si impensius hanc querimoniam intueri libet, quam in suum Patrē filius Dei instituit, inueniemus non vnā sed earū multas numero esse, qualitate magnas, respectu ipso incomparabiles, specie immanes, atque omnino indignas quæ instituantur, contra quem institui non oportuit. Basilius ait: humano more loquendo, non merita fuit Christi innocētia, vt illa benigna Deitas adeò grauia debili humanitati imponeret, neque id secum ipsa Patris eius misericordia fert. Prima querela Christi in Patrē fuit, quod Prophēta ait *pauper in laboribus sum à iuuētute mea*, scilicet in paupertate educatus, lacer vestitu, vagus de vno loco in alium, & quidem permissu Patris. Cicero ait; si adolescens quispiam magnas miserias ac paupertatem exhauriat, nisi prorsus stultus ac stolidus sit, sustinet atque exhaurit illas libenter, siquidem recordatur & Patrem suum pauperem fuisse: Si verò pater eius opulentus sit, & filius se in paupertate deprehēdit, non vlla patientia ad ferendum sufficiens, neque ad dissimulandum cor vllum est. O mi Christiane, quid putas filium Dei sensisse, cùm recordaretur adeò se diuitem parentem habere, qui bona sua in alienos effunderet, neque secum solum thesauros suos diuideret, sed etiam se lacerum, nudum, esurientem, & ab omnibus desertum discurrere sineret? Apostolus loquitur de di-

Quales querimoniæ quas erga Patrē Christus instituit fuerint.

de diuitijs Christi & dicit: *Deus, qui dives es in omnibus*; ac si diceret. Tu solum es ô Deus maximas opes possidens, & tu solus Dominus excellentissima dominia habens; tibi quippe nihil deest, & licet alijs quædam dentur, nihilominus tibi maiora restant. Non possumus dicere pauperem esse Patrem Christi nostri, siquidem Propheta de illo dicit, *gloria & diuitiæ in domo eius.* Cùm ergo Deus gloriam pro cælestibus habeat, ingentesque diuitias Pater pro illis, quos hic in mundo reliquit, quâ de caussa nihil cum suo filio diuisit? *Ephes.2.* *Psalm.111.*

In hæc verba, *Pauper sum ego & in laboribus*: dicit S. Ambrosius, Ex gloria sanctissima humanitas in paupertatem descendit; nam Pater non consensit, vt anima cum corpore gloriam diuideret; in paupertate vixit, nam in hoc mundo ne vnicam quidem rem possedit: adeò vt quemadmodum Pater dives esset in omnibus, ita filius pauper esset vsque in finem. Plato ait: Tametsi paupertas in homine mala non sit, nihilominus humanæ naturæ est prorsus contraria. Nam ille solum beatus reputandus est, qui alijs quid dare habet; & ille miser solus est, qui ab alijs acceptat quidpiam. Credibile est humanitatem Christi paupertatem percepisse, necessitatemque quam sustinebat; non solum, quia Pater multa habuit ei dare, sed etiam quia sæpius illa petere cogeretur, quibus egeret. Bonauentura ait; Magnam penuriam Christum se sustinendi habuisse, alendiq; suum collegium. Subinde namque petijt, quo opus habebat; subinde non petijt, & nihilominus illi præbitum est: vt in ipsius tenero ac generoso corde vna litigarent, fames quam patiebatur, & pudor illi dictas *Christus quã tam famen passus est.*

vt omitteret quod incepisset: ita vt pauci dies abirent quin non esuriret stomachus ipsius, & benedictus eius vultus erubesceret. Quum quidam Philosophus rogaretur, quid paupertas esset, respondit: Paupertatem pessimam indolem proprietatemque in se habere: non enim placet illi quisquam nec ipse quidem. Non habet gustum vllum in mensis, nec voluptatem in cyathis sentit; nec splendorem in vestibus, nec in crumena pecuniam congestam tenet. Quam complacentiam pauper in propria sua persona habere potest, siquidem cùm præsens est irridetur? quem gustum in mensa, siquidem post tempus prandij sæpe in eius domo focus excitatus est? Quod in cyathis aut cantharis gaudium, siquidem illos mẽstruè vix semel in tabernam mittit vinariam? Quam fiduciam in crumena sua collocare potest, siquidem illa pluris illi est ac pretiosior, quàm ea, quæ eadem comprehendit nimirum exigua? Quod Christus ad Patrem dixerit: *Pauper ego sum & in laboribus à iuuentute mea*, iustissimam dicendi caussam habet. Natus enim est pauper, vixit pauper, & pauper est mortuus: adeò vt quemadmodum inter sanctos fuit sanctissimus, ita inter pauperes pauperrimus.

Paupertas quid sit.

Paupertatis proprietates.

Exaltatus autem humiliatus & conturbatus. Hæc est altera querimonia, quam filius contra Patrem instituit, ac si diceret: non modò me in extrema paupertate creauit Pater ac miseria, sed me honorauit quo inhonorarer deinceps: & exaltauit, quo humiliaret deinceps: adeò vt sicuti nomen meum per terras omnes est propagatum, sic inhonoratio atque opprobrium meum deinceps per vniuersum orbem propagandum esset. Lu-

ctuosa

ctuosa hæc est querimonia, & verba sunt subtilia, ac proinde subtiliter exponenda sunt, & cum animaduersione legenda.

Ad meliorem verborum horum intelligentiam ait Seneca : Lætiores reliquit fortuna quos nunquam aspexit, quàm quos aspexit & postea deseruit. Similiter loquitur Boetius : Infelicissimum genus infortunij est, hominem fuisse felicem, ac si diceret: Non potest esse maius tormentum in mundo, quàm si quis recordetur aliquando sibi afflauisse fortunam, & deinceps ex eadem cecidisse. Nam illius animus deflet miseriam suam, in qua iam nunc erat, & gemit perditum statum meliorem, quem possederat. Certum est nullum de fame conqueri, qui identidem plenus sit: nec de siti, qui ebrius; neque expostulare de frigore illum, qui nunquam solet ab igne recedere; neque quenquam de honore queri, nisi cùm alij illum ambiant & consequantur. Quam dehonorationem ille feret, qui nunquam quid honor esset sciuit? Macrobius ait: Si rei alicuius defectu laboramus, amplius facere non possumus, quàm desiderare: quod si verò eam semel obtinuerimus & deinde amittimus, tum non desiderijs cor, sed fletibus pacatur. Nam longè magis nos cruciat, si rem perdimus quam obtinemus, quàm si nō obtineamus, tametsi illam desideremus. Conqueritur ergo filius Dei de Patre suo, quod nunc illum exaltarit, nunc humiliauerit. Nullus filius à Patre suo vnquam ita exaltatus est vti Christus, neque vnquam vllus adeò humiliatus atque Christus in monte Caluariæ. *Lib. 2. de ira.*

Ad maiorem intellectum huius verbi, *exaltatus*

& humiliatus, supponendum est, gratiam illam ac prærogatiuam, quam æternus Pater Filio suo dilecto dedit, nunquam alij dedisse aut daturum esse. Non enim Creatura digna fuit illa dona suscipere, neque participandorum illorum Angelus vllus capax fuit. Exaltatus est Filius Dei ab æterno suo Patre; dedit enim illi suam propriam essentiam & potentiam diuinam, quo caro sua in suo supposito vniretur, cui & Spiritus S. cooperatus est, nimirum, vt carnem de Virgine susciperet, ipse Virgo esset, & illa virgo permaneret. Exaltatus fuit sublimiter filius à Patre suo: nam æqualem illi potentiam suæ potentiæ in hoc mundo dedit, quam ipse habebat in cœlo. Exaltatus fuit filius Dei à Patre: quippe dedit illi animam præstantissimam, qualis neque vnquam creata neque creanda esset. Dedit etiam illi potestatem expellendi malos spiritus, auctoritatem excitandi mortuos, imperium in elemẽta, & facultatem remittendi peccata contulit. *Exaltatus* est Filius Dei à Patre; nam seipsum ille in Patrem dedit, reginam cælorum in Matrem, senem Iosephum in tutorem: in Legatum dedit illi S. Baptistam, magnum Euangelistam in Secretarium, S. Petrum in vicedominum, & in Concionatorem dedit S. Paulum. *Exaltatus* est filius Dei à Patre: constituit enim vt in Iordane baptizaretur à Ioanne, & in mandatis Spiritui Sancto dedit, personaliter ibidem ad eius testificandam gloriam comparere, palamque illic confiteri, quod ille sit dilectus eius filius in quo complacuisset sibi Pater. His credo intellectum satis quo pacto filius Dei à patre suo exaltatus sit & honoratus. Verùm proh dolor, quàm primum desijt dicere exal-

Filius Dei quatenus à Patre exaltatus sit.

exaltatus, subiunxit statim, quod fuit *humiliatus & conturbatus* à suo Patre Christus: siquidem illi à primis annis manum subtraxit. Nam triginta tribus annis quibus vixit, ne in minimo quidem suam potentiam ostendere voluit, nec suâ sapientiam expendere, nec explicare doctrinam, nec in mundo honorem adipisci. *Humiliatus & conturbatus* filius Dei fuit à Patre suo; nam ex Deo fecit illum hominem; & ex æterno temporarium, ex inuisibili visibilem, ex immortali mortalem, ex potente debilem, ex libero seruum secundum humanitatem. *Humiliatus & conturbatus* est filius Dei à Patre suo: nam permisit vt Pharisæi ex malitia accusarent illum, Ethnici ex inscientia, & ex obstinatione Synagoga trucidaret. *Humiliatus & conturbatus* à Patre suo est Christus: Nam inimicis indulsit vt se blasphemarent, ac præstigiatorem vocarent, idiotam, maledicum ac seditiosum, & condemnarent vt proditorem. *Quatenus humiliatus & conturbatus.*

Quomodo Filius Patri conquestus sit, cur in se suam iram, ac corpore suo furorem vltus esset.

CAPVT XXXIV.

IN me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerũt me, dicit Regius Propheta Dauid, ac si diceret: Non satis tibi est, ô Pater mi, quod in tali me miseria crearis, neque quod exaltãris, nec humiliaueris; sed de nouo iram tuam in me effundis, tuisque me terroribus percellis. Profectò nouum hoc verbum est, & noua querimonia, cùm dicit filius Dei, quod in se Pater suam iram fregerit & conturbarit, suamque animam terrore percusserit. Quamobrem necessarium est peculiariter *Psal. 87.*

expẽdere iram eius, & quo pacto iraſcatur Deus.

Ira quid ſit. Cùm interrogaretur Poſſidonius Philoſophus, quid ira eſſet, reſpondit, meo iudicio nihil aliud ira eſt, quàm repentina ac breuis ſoliditas. Ariſtoteles deſcribit irã ac dicit: Nihil aliud ira eſt, quam inflãmatio ſanguinis, cordis alteratio, obliuio ingenij, & conturbatio intellectus. Interrogatus AEſchines vnde naſceretur ira, reſpõdit ex calore ſanguinis, ex abundantia choleræ, ex fellis vaporibus, & ex inquietudine cordis. Macrobius ait: neminẽ cum rixante rixari debere, neq; cum impetito rixis contendere, quoad ipſe ſciuerit, qua de cauſsã rixentur; non enim culpa in ira ipſa cõſiſtit ac cõtentione, ſed in eo vtrum iuſtum iniuſtumque ſit propter quod contendimus. Hanc proprietatem iracundi hominis eſſe dicit Seneca, amicis ſuis non credere, præcipitem in operibus eſſe, manu promptum, negligentem periculi, lingua volubilem, ſermone detractorẽ, propter rem leuem ſtomachari, neque vllum apud ſe iuſtitię locum relinquere. Philoſophus Chilon ait: ſi quis me roget, quid ira ſit, illi reſpondeo, facilẽ ad deſcribendum Iram eſſe, facilem ad perſuadendum, ſed inprimis difficilem ad cohibẽdum.

Quæ ſit iracundi hominis proprietas.

Pſal. 6. In illa verba Pſalmi; *neque in ira tua corripias me*, dicit Baſilius: Peccatum Iræ adeò periculoſum eſt, quod, ſi vel ſemel illi ingreſſum in voluntatem noſtram demus, ex voluntate noſtra, non voluntatem faciat. Cui tum voluntatem noſtram dedimus, ſi propter leuem cauſſam commoueamur. Ex voluntate noſtra non voluntatem facit, ſi ſuper rebus magnis, in tolerandis tamẽ non iraſcamur: adeò vt niſi obſiſtamus principijs, difficulter ira ac tardè à nobis ſit abitura.

Ira quando locum in nobis inueniat.

Quæ

Quæ omnia non alia de cauſſa induxi, niſi quo magis explicarem atque mirarer, quî foret poſſibile, quod ira ac furor apud Deum perinde atq; apud homines locũ haberẽt. Vti enim nemo ſatis potens eſt, vt illi eſſe æternũ tollat, ita quoq; nemo potens eſt ad turbandũ cõtriſtandumq; eum. Quis poſſet illum contriſtare, ſiquidẽ Deus ſpiritus eſt, qui neque cor in pectore, neque in venis ſanguinem, nec vllum humorem in felle, nec fel in pulmonibus, nec obliuionem memoriæ, nec alterationẽ intellectus habeat? Hieronymus in Oſeam ait: Deum adeò eſſe ſapientem, vt nemo illum fallere; adeò potentem, vt nemo illi reſiſtere; adeò conſtantem, vt nemo illum mutare; adeò iuſtum, vt nemo illum onerare poſſit. Cùm ergo nemo illum fallere, nec onerare, nec mutare queat, quî fieri poteſt, vt locum ira apud illum inueniat, vti apud homines vſitatè inuenit? Cæterùm quod filius Patri dicat. *In me tranſierũt iræ tuæ*, tantundem eſt, ac ſi dixiſſet, ſe grauiſſimo onere ingẽtis iræ eius oneratum eſſe, omnesq; in ſe Patrem mutationes trãſtuliſſe, iram ac furorem deriuaſſe: nõ ſecus atq; homo qui diu quid diſſimulauit, ac tandẽ in aliũ vnico momẽto trãsfundit.

Ad maiorem huius querimonię Chriſti explicationem ſciendum eſt, Patrem eius antè multo tempore iratum inflammatumq́ue fuiſſe. Nam quam primum factæ creaturæ, Angeli illi eſſe ſimiles, illum deſerere homines, abundare peccatum, & hoſtes infeſtare cœpîre. Tres ſpectabiles inimicos in mundo Deus habuit, nimirum hominem, Diabolum, ac peccatum, homo quippe illi rebellauit in Paradiſo, in cælo Diabolus, & peccatum in toto mundo regnaturum erat. O quanta mala

Tres Deus in mundo inimicos habuit.

mala erant quæ illi tres hostes inferebãt? ô quãm innumeri assultus, quos ab his sustinebãt, cùm nimirum peccatum cumularent peccato, ex vna malitia gradum in malitiam aliam faciebant, excepto illo quod conuerti recusarent, & cõciliari Deus nollet. Hæc omnia opprobria, hæc peccata tam diu dissimulauit Dominus, quoad in mundũ mitteretur Filius, in cuius humanitatem reiecit, effuditque iram suam, atque si ipse illorum peccatorum inuentor & patrator fuisset. Gregorius ait: mũdum fortem hostem esse, item Diabolum, omnium tamen fortissimum esse peccatum; hoc enim nisi intrasset in mundum, non fuisset offensus Deus, neque damnatus homo, neq; adeò immanis fuisset Diabolus, neq; impijs Infernus positus. Damascenus ait: manifestissimum esse, æterternum Patrem iram suam imposuisse filio, & in eius humanitatem sanctissimam, omnem furorẽ effudisse. Nam priusquam Filius humanam carnem susciperet, nihil nisi vindictã exercebat; verùm posteaquam mortuus est, nihil nisi remissionem peccatorum operatur. Quis potest dicere, quod posteaquam Deus suam iram in Filium effudit, mũdum interijsse diluuio, vt tempore Noë factum? aut cõcrematum igni, vt Sodoma & Gomorrha? Quis posteaquam iram suam Deus filio imposuit tot captiuitates vidit, quot Iudaicus populus sustinuit; & tot pœnas ac pestilitates, quot tempore Dauidis euenêre; aut tot bella, quot Machabæorum tempore facta? In veritate magnam causam habuit Dei filius dicendi: *In me transierunt iræ tuæ*, in illum quippe omnem iram suam transtulit, omnemque furorem refudit.

Psal. 17. *Eripuit me ab inimicis meis fortissimus, & ab his, qui oderunt*

oderunt me: dicit Psaltes Christi nomine, ac si diceret. In gratiarum actionem eius, quod in me omnem iram effudit Pater, ille ab omnibus me fortissimis hostibus liberauit, & remouit à me osores mei. Quid dicis ô Domine Iesu, quid dicis? Manibus inimicorum tuorum occideris & nihilominus dicis, Patrem tuum te ab ijs liberasse? Responsio. Non me Pater liberauit à Diabolo: nam ille me tentauit; nec à Pharisæis, illi quippe me accusarunt: nec à legisperitis, illi enim me calúniati sunt: nec à gentilibus, quia me crucifixerũt: sed à peccatis omnium hostium potentissimis eripuit: & quare potentissimi hostes non essent, siquidem omnibus tyrannicè dominantur. Augustinus ait: triplicis generis nos hostes habere, inter quos præeminet fortitudine peccatum. Multi namque ante nos Viri sancti vixêre, ad quos tametsi neque mundus neque Diabolus aditum habuit, nihilominus peccatum domicilium suum in illis figere non neglexit; nemo enim hominum tam illibatam vitam duxit, qui quid peccare esset, nesciret. Cassidorus ait: Ego quantum ad me spectat maximum hostẽ peccatum iudico; mundus enim & Diabolus me seducere possunt; verũ peccatum me lędere & condemnare potest. Nam si in mundo peccatum nullum foret, nusquã cruces nec rotæ viderentur. Solum Christus & benedicta Mater eius potuerunt dicere, *eripuit me de inimicis meis fortissimus*. Nam Deum illum ab hostibus liberasse nihil est aliud, quàm à peccatis eripuisse.

Peccatum peius mundo & Diabolo.

Iustissimam Propheta causam habuit non modo vocandi hostem peccatum, sed etiam fortissimum. Absque omni enim auxilio alterius & fauore,

Est hostis fortissimus.

uore, præcipitauit ex Cælo Angelum, ex Paradiſo Adamũ, ab Apoſtolatu deiecit Iudam, & morti vniuerſum mundum addixit. Profectò fortis, immò fortiſſimus hoſtis eſt peccatum, nam in æternos Inferni ignes deducere nos poteſt. Poteſtas viſibilis hoſtis non longius porrigitur, quàm quod vitam nobis eripiat; verùm poteſtas illa peccati, & vitam eripit, & gloria deſtituit, damnat animam, perpetuisque flammis addicit. Quis vnquam tam potentes hoſtes, atq; filius Dei habuit, adeò in verbis peruerſos, adeò in operibus crudeles? Nunquid erant immanes hoſtes flagellatio illa & ictus, quibus aperiebantur humeri; claui, quibus lacerabantur nerui; ſpinæ, quæ pertundebant venas; lancea, quæ patefaciebat latus; & Synagoga, quæ vitam illi adimebat? Nihil horum omnium inter inimicos Deus habuit, multò minus inimicos tractauit; ſed ſolum peccatũ hoſtem iudicauit & nominauit, immò hoſtem crudeliſſimum & potentiſſimum: docens nos, vt neminem hoſtẽ iudicemus niſi peccatum. Cùm ſanctiſſimus Rex Dauid diceret: *perſequar inimicos meos, & comprehendam illos*: non illud propter inimicos dixit perſequentes ſe, ſed nocentes animæ ſuæ. Cùm enim Sauli, Semei, alijsque capitalibus hoſtibus Dauid ignouerit, quare nobis conſuleret, vt noſtros hoſtes perſequamur? Quod ergo dicat *perſequar inimicos meos, & comprehendã illos*: non de alijs tum temporis dixit, niſi peccatis, quę perſequi meritò ac fugare par eſt. Non ſine myſterio dixit Propheta Dauid *perſequar & cõprehendam*; vti enim exacerbatus hoſtis & fugatus nec captus, altera die redit, acriterque pugnam redintegrat, perinde nobiſcum agit peccatũ ac diabolus, quos

Pſal. 17.

niſi

nisi omnino subigamus & funditus exstirpemus, illicò in nos vt fortes hostes auersa signa conuertunt. Quid prodest venatori insequi leporem nisi eum apprehendat; & quid iuuat te peccati hostem esse & de eo malè loqui, nisi illud ex sinu tuo eijcias? Et quid est peccatum eijcere aliud, nisi omnino id superare ac destruere? O quot hominum solemne habent dicere, *persequar* inimicos meos, at ô quàm pauci illorum sunt qui dicant; *comprehendi eos*: tametsi enim hodie domo peccata exigant, nihilominus cras redeunt, fores pulsant, & intromittuntur. *Peccatum eijcere quid sit.*

Christus conqueritur Patri suo, quod in sua Passione omnes sibi notos amicosque subtraxerit.

CAPVT XXXV.

Longasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria, dicit filius Dei per os Regij Prophetæ Dauid, ac si diceret: O Pater meritò satis tibi esset, quod fragilem carnem meam ira tua vniuersa grauaueris, & tuo furore me satiaueris, ideoq; à me amicos meos non seiungere, nec notis meis me spoliare deberes. In veritate lamentabilem hic querimoniã filius Dei instituit: nam in hac mortali vita non potest maius cuiquam damnum inferri, quàm si fideli suo amico spolietur. Horatius ait: Quid valet, aut quid habet, aut quid potest ille, qui amico spoliatus est? Quare illi in mundo placet viuere, qui sine amicis viuit? Philosophus Mimus ait: toties hominẽ mori, quoties amittit suos amicos. Vti enim corpus integratur ex membris, ita animus ex amicis cõponitur. Vno eodemque die Dauidis summus hostis Saul, & dilectissimus eius Ionathas interfecti *Psal. 87.* *Amicorum præsentia iucunda est.*

fecti sunt, qui adeò acerbè mortem amici tulit fleuitq;, vt simul morté inimici sui defleret. Non legimus Redemptorem nostrum mortem sui tutoris ac nutricij defleuisse, neque vnquam suas ærumnas legimus planxisse: verùm morté Lazari defleuit amici sui, quam cùm ferre non posset, illicò se dedit itineri eumq; suscitauit. Plutarchus scribit, nulla alia de causa diuinum Platonem ex Asia in Siciliam profectum, nisi vt videret Phocionem amicum suum. Cicero ait: Philosophos nullam nobis adeò rem commendare, nec maioris sapientes diuitias facere, quàm amicorũ custodiam ac conseruationem. Nam sine amicis non est indultum viuere, nec mori securè. Interrogatus Aristoteles quidnam esset amicitia, respondit nihil aliud, quàm vnam animam in duobus corporibus habitantem. Diogenes ait: cùm maior pœna esse nequeat quàm peruersis circundari hominibus; nec maius solatium, quàm à bonis semper stipari, mallem ex mea parte mori, cum aliquo qui suum me amicum ducit, quàm viuere cum alio, qui meus inimicus sit. Etenim experientia docet, panem etsi optimus sit, nihilominus mucidum reddi, & vinum acidum, vestes fieri laceras, inueterascere carnem, euanescere annos: amicabilem solam conuersationem durabilem esse, nec molestam. Honorari cupis, teste Plinio, honora; iuuari cupis, iuua; diligi vis, ipse dilige; nam si amicum habere vis, vel illum facere debes, vel inuenire: vbi iudico necessarium adlaborare, vt magis beneficijs paretur & bonis operibus, quàm coëmatur pecunia.

Lib. de amicitia.

Amicitia quid sit.

Conuersatio amicabilis non est molesta.

Petrus de Rauenna in quodam sermone, quem de Spiritu S. instituit ait: O quàm iucundum est, si quis

si quis amicos ad amandum habeat, ipsumque amare quo rursum ameris? Indoles enim genuini amoris est, non terreri à gladio, non arcum formidare, non propter lanceam percelli, nec curare vitam; sed cum gaudio amplecti mortem, tantum ne erga amicum fidem frangat. Priuilegia, teste Isidoro, veræ amicitiæ sunt, prospera dulciora facere, asperiora leniora, dubia certa, superba humilia, & grauia reddere leuia. Hermogenes ait: Tuæ felicitatis tempore omnes amicitias suspectas ac dubias habe; non enim facilè probare potes; ac cognoscere, num ea quæ possides diligant, num verò te diligant. Vera enim amicitia non tum agnoscitur, quando multa habes distribuere, sed quando tibi necessarium est quippiam expetere. Ambrosius ait: num adeò egregium solatium in mundo est, quàm fidelem amicum habere, cui cor tuum manifestare, detegere arcana, queri angustias tuas, & tua gaudia communicare potes? Quare tui cordis nulli crede arcana, nisi ille cor tuum alterum sit. Hieronymus ad Ruffinum ait: Si tu bonum adipiscēris amicum, attende vt eum melius Hieronymo conserues. Nam bonũ amicum non semper inuenire est, diu quæritur, rarò inuenitur, magnaque cum difficultate retinetur, facilè deperditur, recuperatur difficilè, eiusque obitus facilè deprehenditur. Chilo ait: Media amici mei, pars ego sum, & media pars mei, amicus est; adeò vt se ipsum in me quærere debeat, & ego illum in me: nam ille est ego, & ego ille. Cùm in humanis amicus meus esse desineret in quo viuebam, mortua & media pars mei in eo est cum illo, atque iterum media pars eius hic mecum in viuis remansit: adeò vt mea

Laus amicitiæ.

voluntate penè mortuus essem, non tamen ideò mori velim ne pars amici mei moriatur, qui vivus in me perseuerat. Profectò non potuisset melius amicitiæ virtus laudari, quàm hic laudarit Philosophus. Dicit enim mediam partem vitæ suæ obrutam eodem tumulo cum amico, & medietatem alterã suæ animæ infixam esse; & quod nulla alia de caussa vitam desideret, quàm ne amicus secum moriatur.

Quare vt ad institutum nostrum regrediamur sciendum est, præsuppositio, omnia vera esse quæ diximus, condolere vel maximè nos benedicto Domino Iesu debere, quod illi amicos suos Pater subtraxerit, nudauerit suis cognatis, & ab omnibus notis seiunxerit. Peculiariter hic notandum nunquam conquestum Christum esse, quod notũ vnum aut proximum illi sustulerit, sed quod dixerit multos sibi notos ademisse Patrem: vult enim indicare nobis quod fidelium amicorum vix vnus inueniatur, & bonorum proximorum seu vicinorum vix vnus sit: verùm qui se pro nostris notis venditent, affatim inuenire est. O quàm pauci ille scit quid sit amicitia, qui inter amicũ proximũ, & notum discrimen nullum facit. Illum enim solum amici loco habebis, qui te diligit, & illum pro proximo, qui Christianus bonus est; verùm reliquos omnes, qui tui vicini ac congerrones sunt, in notis habebis. At strictius & magis propriè vt de re loquamur, habuit vnicum tantũ amicum Christus, nimirum Patrem suum & non alium præter illum, vnamque proximam solummodo seu vicinam, benedictam Matrem, neque quenquam alium vicinorum habuit, quàm Matrem: & multos notos habuit, nimirum Iudaicũ popu-

Discrimen inter amicũ, proximum & notum.

populum; sed proh dolor, in die illa certa minis ac agonis reliquit illum amicus, proxima iuuit illum, vt potuit, & longè facti noti sunt ab illo, illumque negârunt. *Elongasti à me amicum.* nam tu Pater mi audire renuisti, quod te ex affectu carnis in horto rogabam: *Elongasti à me* proximũ, nẽ Mater mea non poterat mihi in monte Caluariæ adiumento esse: *Elongasti à me* notos meos, inibi enim ab illis ipsis interfectus sum. O quanto in periculo, ô quantis in angustijs, tum temporis deprehensus filius Dei fuit, siquidem queritur, quod Pater illum audire noluerit, nec adiuuare Mater poterat, neque quisquam amicorum illum agnoscere volebat? O bone Iesu, quàm verè dicis: *Elongasti à me amicum & proximum.* nam amicus Pater scilicet, poterat te iuuare, sed nolebat: proxima tua, nimirum Mater volebat, sed non poterat te consolari: tuus notus Iudas, nõ voluit nec potuit tibi sociari; adeò vt in ligno crucis in abundantia tormenta habueris, amicorum verò inopia laborâris. O quanto meliorem amicum in te habuimus, quàm tu in nobis? Nam *totum pondus prælij versum est in Saul*, cùm tu propter reconciliationem Patris totam molem belli in te conuertisti. 1. Reg. 31.

Non est, qui vtrumque possit arguere & ponere manum suam in ambobus, dicit Iob, ac si diceret: adeò fortis vnus, & adeò animosus alter est, vt nullus reperiatur in orbe, qui satisfacere illis aut manus inijcere auderet. Quod eiusmodi Vir sanctus atque Iob fuit, dixerit se duos vidisse, qui inter se contenderint, nec quenquam itidem qui componere illos auderet, in mundo fuisse: & contrà quod Iob nomen vtriusque celet, vult animum nostrum ad Iob. 9.

magni mysteria eleuare, & nos ad sublimia secreta euocare. Quis ille potens & fortis alius, de quo S. Iob loquitur, nisi noster æternus Deus; & quis obstinatus ille alius, nisi miser homo? Cyrillus ait: malè consensisse Deum ac hominẽ: homo enim nihil præter peccatũ faciebat, nec illũ intermittebat punire Deus, & inde factũ tali tempore vocatũ Deum, *Deum vltionum*, *Deum vltionum* secundò, neque enim corpori remittebat pœnam, neq; culpam animæ eluebat. Cùm Deus summa bonitas esset, & homo in peccatum propensus, præcepit illi Deus vt se emendaret, verùm homo respondit nihil aliud se facere velle, quàm in bonis dies ducere: quamobrem homo indies, quò diutius, eò grauius in peccatum labebatur, & Deus quò diutius, eò grauius offendebatur. S. Leo Papa scribit: Parum curat Dominus etsi infirmi simus aut firmi, diuites aut pauperes, simplices aut subtiles: sed petit vt boni simus, qui ideo offenditur quia mali sumus atque impij. Quamobrem nullus ab ipsius præsentia bonus excluditur, nec ad benedictum domicilium eius nullus impius admittitur.

Deũ peccatũ tolerare non posse.

Gregorius ait: non potuit Deus peccatum vllum in Angelis admittere, & putas illum tot peccata in te toleraturum esse, qui tantùm homo es? Citius Deus toleraret Angelum sibi cum Cœlo toto rebellantem, & hominẽ cum vniuerso mundo resistentem, quàm in vno aut altero peccatum sustineret. Ad creationem mundi alterius potens satis est, sed ad approbationem peccati vnius, nec potentia eius, nec clementia sufficit. Cùm ergo Deus tantus hostis peccatorum sit, & tantus eorundem homo amicus, quare non aduersarentur

Deus hostis & homo peccatorum amicus.

sibi

sibi inuicem,& se vt hostes tractarent?Flebat gemebatque S.Iob dicens: *non est qui valeat vtrumque arguere*,id est,neminem conari audere vt sese mediatorem inter vtrumque statuat,quo homo sese à peccato proripiat,& Deus itidem manum suam à pœna hominum remoueat.

Damascenus ait : cùm ad inuicem Deus & homo contenderent, & alter in cælo habitaret, alter hic in terris, non erat vllum medium coniungendi illos ac componendi: quippe de cælo nemo poterat descendere,multò minus à terra poterat quisquam in cælum eniti. Venit ergo filius Dei in mundum, & mediatorem Deum inter hominesque se statuit. O quantum huic miti Domino debemus propter hoc,quod præstitit,& multò magis obligati sumus, propter modum conditionemq; quâ præstitit?Nam quo tam bene vni quàm alteri sese obligaret, à Deo deitatem sustulit, vt per illam peccata posset remittere: & ab hominibus humanitatem alienauit, quo illâ pati illa acerba tormenta posset: adeò vt cùm cognationem cum vtroque contraxerit,ille potens satis ac sufficiens fuerit illos placare, & ad inuicem dissociatos coniungere. O quàm dolorosa,ô quàm carè empta filio Dei hæc fuit coniunctio ac cognatio? nam suo sanguine emit, quem habebat; & vita, quam possidebat:adeò vt ipse, quò me amicum faceret Dei, ipse inimicus eius factus sit.Experiētia quotidiana docet,si duo homines euaginatis gladijs in duellum descendāt, & alius illos componere cupiat, ambo illum incurrent, ita quidem vt sæpe pacificator ille plures inde plagas auferat, aut non rarò occumbat, ipsique gladiatores in gratiam redeant. Cùm in

monte Caluariæ Deus & homo, item homo ac Deus bellum sibi denuntiassent, se medium inter vtrumque Christus collocauit, quo ipse bellum illud duellumue tolleret. Sciebat enim bene, quod nisi ipse hanc pugnam, atque hoc duellum componeret ac tolleret, æterna vtrunque odia susceperum esse. Homine itaque in Deum peccatis insurgente, & Deo contrà pœnis eundē deijciente, accidit vt peccatum, quo tanquam armis vtebatur homo; & pœna, qua læuiebat in hominē Deus, in ipsum necessariò mediatorem incideret, vtiq; immerentem. O mitis Domine Iesu, ô gloria animæ meæ! cui quæso præterquam tibi Pater æternus imposuit iram suam, & cui alij à te homo sua delicta ferenda dedit? Non conquerere ô S. Iob, *non esse qui ponat manū suam in ambobus*, iam nūc descendit de cœlo, iā nunc in mūdo natus ille, qui manū suā mediā inter Deum ponat & hominē, & ambo eidem manum præciderunt. Putasne ille manum præcidisse ambos, siquidem præcepit Pater vt moreretur, & homo suis peccatis effecit vt crucifigeretur? O diuine Mediator, ô sanctissime sequester, quis hominum ausus fuisset, quod tu præmeditatè ac consultò fecisti, vitam propriam impendendo, quo pax animorumque conciliatio inter illos fieret? Ideo meritò conqueritur filius Dei de Patre, dicens; *quare me dereliquisti*: nam in illum effudit iram suam, & homo illi omnia peccata imposuit, adeò vt vniuersam suam iram Deus in eo vlciscetur, & omnia homini peccata remitterentur. O quàm fortunatū tempus, quàm felix seculum iam Catholica Ecclesia adepta est? cùm enim Christum Mediatorem haberet, non potest peccatum ad Patrem ascendere, nisi occurrat

currat Christo, neque in hominem pœna descendere, nisi illa per eundem descendat. Cùm inter Patrem & nos filius Dei tertius sit, quis dubitaret eum peccatum nō retinere, ne in cælum euadat, & perinde sustinere pœnā Patris, ne in mundum descēdat? O quid futurum fuisset, nisi se Mediatorem statuisset Christus?

Quomodo Christus conqueratur Patri, quod corpus suum copioso sanguine venarum irrigarent, & cor suum aquis tribulationum demergeret.

CAPVT XXXVI.

Circumdederunt me sicut aqua, tota die circumdederunt me simul. Hæc verba loquitur filius Dei querelam suam de Patre cōtinuans, ac si diceret: Quid est hoc ô Pater mi, quid hoc? non contentus fuisti illo quod in me omnem iram tuam effuderis, omnesque à me amicos separaueris, sed iam de nouo aquarum me diluuio circumdederis, in quo mea vita submersa est. Sanè filius Dei valdè hic de sua passione ærumnisque queritur, & infidelitate amicorum. Dicit enim aquā se circumdantem copiosam fuisse, immò secundò se circumdedisse tanta cum vehementia ac impetu, vt illi vires omnes eriperet. Ante omnia hic expendendum est, de qua aquæ natura hic loquatur Dominus, num marina aut fluuiatilis, aut fontana, aut stagnās sit, in eiusmodi enim homo se submergere, & vitam extorquere sibi potest. Duplicem tantùm pœnam legimus Deum per aquam exercuisse, nimirum diluuium Noë, quod totum orbem terrarum demergeret, ac deinde illā submersionem in rubro mari AEgyptiorum. Quæ

Psal. 87.

Aquæ pœnā Deus duplicem exercuit.

geminæ pœnæ adeò immanes fuêre, quod hactenus Dominus nunquam tales exercuerit. De tali diluuio nõ instituit hîc querimoniam Dei filius, neque vnquam illum tale periculum ab aquis timuisse legimus. Cùm enim Dominus omnium aquarum esset, quî fieri posset illum aquis posse obrui? Profectò de alijs hic longè immanioribus diluuijs, de terribiliore multò mari, de multò acriore salsugine delibutis aquis hic filius Dei loquitur, de quarũ acerbitate nemo tantum, quantum ipse bibit, neque ipsam earum altitudinem adeò quisquam atque ipse ingressus est.

Aquæ in S. Scriptura tribulationes significant. Psal. 68.

Quæ sunt aquæ filium Dei circumdantes aliud, quàm magnæ illæ tribulationes penetrantes cor eius, ipsiusque corpus cruciantes? In Sacra Scriptura sæpissimè per aquas magnæ tribulationes accipiuntur, vti alio quodam loco ait: *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meam*: ac si diceret: Adiuua me Domine, nam mergor; eripe me ô magne Deus, nam præfocor; eo quod aquæ tribulationum mearũ per os ingressę, afflictam meam animam demergant. O in quantis ille fuit angustijs, qui hæc luctuosa verba locutus est. Quod enim cuipiam tribulationes in animum intrent, tantundem est, atque si ille maximè sentiatur. Non alij quàm Christo istæ tribulationum aquæ adeò molestæ fuerũt. Cùm enim nos omniũ istarũ causſam sciret, in ipsis ossiũ medullis illas sustinuit, & ex corde vt dicitur sensit, sicuti ex corde nos dilexit. Aduerte Christũ non conquestũ esse, aquas illũ maculasse, madefecisse aut terruisse: Tametsi enim eiusmodi pericula aquarum terreant, non tamen trucidãt. Maximũ aquarũ periculũ est, ne quis in opinus carũ impe-

tus

tus nos obruat, aut præfocet; adeò vt vita noſtra & mors in hoc cõſiſtat, ſi aqua aut decreſcat aut accreſcat. Non poteſt quiſquam, teſte Seneca, maiori in hac vita periculo exponi, quàm ſi aquis ambiatur. Vbi enim aqua ingreditur, ibi egreditur anima; & vbi egreditur aqua, ibi anima ingreditur. Potuiſſetne Filius Dei ſuas tribulationes & anguſtias melius cuipiã cõparare, quàm quod aquis ſe circundatũ fateatur? Expẽdendũ eſt, verbum illud *circumdederũt me*. Nam aqua pluuia madefacit ſolum, potabilis aqua explet ſolũ, verùm nos circumdans aqua demergit. Quamobrem dicit Chriſtus *circundederunt me*, non verò madefecerunt me: quippe quæ benedictum verticem eius in tribulationum aquis demerſerũt, & quaſi tormentorum diluuio corpus eius exanimârunt. Adeò multæ illum circundederunt aquæ, & adeò vehemens in illum impactum eſt diluuiũ, vt non ſufficiat ad narrandum lingua mea, nec ad ſcribendum mei digiti, nec flendum oculi.

O dilectiſſime, & mitiſſime Domine Ieſu, ô ſolatium gloriæ meæ, ô Redemptor animæ, dic mihi: quomodo, quando & vbi circundatus fuiſti aquis, niſi cùm in monte Caluariæ membratim adeò deſcerpereris? O quàm inconcinnè & impropriè locutus ſum, quod circundatum te aquis fuiſſe dicam, melius dixiſſem, ſi te tum temporis ſanguine demerſum aſſererem. Illo enim die mortis tuæ aqua tibi deerat, ſed ſanguinis habebas affatim. Nõ ſine myſterijs Chriſtus circundatum ſe aquis affirmat, cùm tamen ſe ſanguine circũſeptum adeò videat. Cuius ratio erat, quod nemo tantam voluptatem in exhaurienda hydria frigidę percepturus ſit, quãtam in effunden-

do suo sanguine pro mundi redemptione Christus percepit. Dicit ergo Dominus: *Circundederunt me sicut aqua.* Si sursum enim ferret oculos inueniebat Patrem suum, qui quasi illum exauditurus non esset, se gerebat: si deorsum oculos ferret, videbat Matrem nihil aliud quàm fletum cumulantem: si in læuam, latronem videbat in se credere recusantem: si in dexteram se verteret, videbat latronem qui se iuuare non posset. Immò quod maius est, ex omni parte adeò circundatus erat, vt si libenter retulisset pedem, id prohibuissent Carnifices: si antrorsum oculos torqueret, deriderent Iudæi.

Præterea dicit Christus: *circundederunt me sicut aqua.* Quod si particulatim eum in cruce contueri mens est, ne vna quidem integra in eo pars reperietur. Caput enim perforatum erat, aperti humeri, perterebratæ manus, eleuatum pectus, & mortuaria omnino facies. S. Bernardus explicat illa verba, *circundederunt me sicut aqua,* & dicit; ô mitis Domine Iesu, ô dulcedo animæ meæ, quæ te mouet misericordia, quæ charitas cogit, quod tu, qui in ligno crucis affixus es clauis, oneratus spinis, cinctus lanceis, nihilominus te aquis circundatum esse dictites? Moreris in cruce præ nimia siti, nec ad eam restinguendam haustum frigidæ habes. Quæ te adeò fascinauit charitas, & quæ bonitas sic inuoluit, vt putes sanguinem à te defluentem aquam esse? Quid est hoc ô Redemptor animæ meæ, quid est hoc? Tune iudicas duros clauos, immanẽ lanceam, dolorosas spinas, & crudelem flagellationem dulcem fontanam esse? Charitas, qua cum patiebatur Christus, adeò immensa atque infinita erat, vt omnia illa viderentur

rentur esse dulcia grataque palato. Illud enim priuilegium charitatis ac amoris est, vt nulla res, quam amat, videatur laboriosa esse ac difficilis, excepto eo, quod illibenter facit. Nihil facit illibenter Filius Dei, excepto eo, quod nos propter peccata nostra castiget. Tametsi enim multa agat, quia ab eo illa precibus petunt, nihil tamen coactè facit. hucusque Bernardus. Perinde quoque conqueritur Christus aquas se circundediſſe simul, dicit enim: *circundederunt me simul*, quę certè persecutio non minus periculosa est, quàm laboriosa, & nó minus laboriosa quàm periculosa. Sic enim Plato loquitur: si pedetentim aduersitates nos occupent, tolerabiles sunt; sed si cumulatim obueniant, intolerabiles redduntur. Etenim homo miser tum neque tempus elabendi habet, nec occasionem se defendendi. Basilius ait: Vti præcipites vehementesque fluctus; vti in insidijs collocati hostes, sic tribulationes humanitatē Christi obruerunt, qui tantum abfuit, vt deprecaretur illas ac fugeret, vt etiam fauorem Patris expeteret, quò facilius exsorbere posset: Beda ait: O quàm immensam charitatem, ô quàm inauditum amorem exhibes ô Domine Iesu, illo verbo, *quare me dereliquisti?* Tametsi enim conqueraris Patri, non fit ideo, quod adēpturus tibi omnia tormenta sit, quæ pateris, sed quod tam prolixam vitam tibi neget, vt plura posses sustinere. Vbertinus ait admodum affectuosis verbis: Christum dicere circundediſſe se aquas simul, veritatem in eo loquitur: quippe qui vt horarum decursu per proditorem captus est, negatus, accusatus, flagellatus, condemnatus, nudatus, crucifixus, & demum occisus; adeò vt si momenta tormentis cō-

Amanti nihil difficile.

paremus

paremus, tormentorum numerum, longè momentorum superare videbimus. Verbum illud, teste Ambrosio, *circundederunt me aquæ tota die simul* cum veritate nemo alius eloquetur, nisi Christus. Etenim die passionis eius, nec hora vna, nec momentum effluebat, in quo Iudæi aut non pulsarēt illum, aut flagellarent, aut conspuerent, aut blasphemarent: adeò vt hi ministri iniquitatis, sic illam tormentorum irrogationem festinarent, vt neque sibi darent tempus quiescendi, nec respirandi Christo. S. Leo Papa ait: Dum dicit Filius Dei, *tota die circundederunt me aquæ*, dicit ideo, quia omnes populi contra Christi humanitatem coiuerant, nimirum Iudęi, gentiles, summi Sacerdotes, Pharisæi, Discipuli, Episcopi, Reges, præsides, equites, Centuriones, milites, lictores, carnifices, senes, iuuenes, peregrini. S. Augustinus in Ioannem ait; Quis fuit populus in orbe terrarū, qui morti Christi præsens non interfuit? & quod excogitari genus supplicij potuit, quod non sustinuit? In adeò inquieto mari, in adeò inopino diluuio, in adeò inexpectata alluuione crudelibusque angustijs, qui possibile fuit non dicere filium, *quare me dereliquisti?* siquidem ille ne vnicum quidem verbum ad eum consolandum dixit, nec vllum indulsit amicum, qui ei, vel fauore solo præsto esset.

Quomodo queratur Patri Christus, quod ab illis se crucifigi, permittat, qui prius fuissent amici, & quomodo nihilominus eosdem amicos nominet.

CAPVT XXXVII.

Zach. 13. *Quid sunt istæ plagæ in medio manuum tuarum. Et dicet: his plagatus sum in domo eorum, qui me diligebāt.*

Hæc

Hęc verba ab omnibus Angelis ad Dominum Angelorum dicta sunt, nimirum Filium Dei, ac si diceret, O Fili Dei, ô æterna sapientia? cùm ex cælis in terram descenderis viuus ac sanus, cur modò adeò miserabili cum corpore, & vulneratis manibus prodis? Petitisne scire à quo, vbi & quomodo hæc vulnera acceperim? scitote mihi in domo me diligentium esse inflicta. Reuera mira ac noua hæc quæstio est, & mira itidem ac noua responsio. Nam quod Deus cælum vulneratus intret inprimis admirandum est, & quod dicat sic ab amicis se vulneratum, id horribile inprimis est. Officiũ namq; amici est, curar vulnera ac sanare: inimici verò ea infligere. Quid est hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? vt conueniunt duo illa, amare ac vulnerare; seruire, ac lædere? Anselmus super hac re ait: O quàm immensa bonitas, ô quàm inaudita à te patientia ostenditur? ô Deus meus ac Domine; siquidem illos, qui detrahebant pellem tuam, qui inflectebant neruos, qui lacerabant carnem, qui diuidebant ossa, qui euellebãt comam, clara voce amicos nominas? Quòd ô mitis Domine Iesu dicas, *his plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant*, tuam ingentem misericordiam ostendis, mihiq; præbes ingens solatium. Cũ enim illos amicos voces qui te vulnerârũt atque occiderunt, quid non illis facies qui te fideliter coluerũt? Christus habuit vnâ donũ in Iudęa, Ierusalem vocatam; vnumq; amicũ in cælis, Patrem suum; alterumque in terris, qui Synagoga erat. Porrò in hac domo occisus est, & ab his duobus amicis vulneratus. Synagoga enim illum crucifixit, Paterq; vt crucifigeretur decreuit. Si gentiles, nec amici, nec noti eius crucifixissent eum,

Amici & inimici officiũ quod sit.

tolera-

tolerabile fuisset; sed cùm videret se in domo propria & vrbe, ab amicis suis & cum voluntate Patris se educantis occisum ac vulneratum, acerbissime id tulit, tametsi dissimularet.

Bernardus ait: quo diutius & quo magis perpendo meditorq; tua admiranda opera, eò magis obstupesco. Licet enim homo tibi inimici opera exhibuerit, nihilominus illum non inimicum, sed amicum vocas; dicis enim, *in domo eorum, qui me diligebant plagatus sum.* Quibus amabilibus verbis erudis nos, quod pluris facias amorem tuum in mundũ, quàm iniurias à mundo tibi irrogatas. Si Angelis Filius Dei dixisset, hæc vulnera imposuisse sibi inimicos, ô quid Hebræis factum fuisset, & quid nobis miseris? Vti amicus cum amico iocari solet, & vngui interdum leuiter vellicare: sic etiam Filius Dei persuadere Patri voluit vulnera quę in manibus haberet, non illi ab hostibus imposita, sed ab amicis ioco inflicta. O quàm verè cum Propheta Dauid dicere possumus: *non est Deus noster sicut Dij eorum.* Verba enim quæ amici hîc ioco dixerant, seriò acceptantur; vellicationem illam vngui factam, punctura grandem lanceæ iudicant. Quę sanè proprietas apud Christum locum non habet. In præsentia enim Patris inimicos amicos nominat: ictus, vellicationes, plagam lanceæ, vnguis frictionem, seriaque iocis permutat. Augustinus in illa verba, *Amice ad quid venisti*, ait; Verbum, inimicus, apud te, ô Domine locum non habet, siquidem assuetus eras quemcunque amicum vocare. Cùm enim Iudam in horto vocaris, *Amicum*, quí fieri potest, vt quempiam inimicum nominas?

1. Reg. 20. *Osculantes se alterutrum, flevierunt pariter Dauid & Ionathas*

Ionathæ: Dauid autē amplius. Quæ amabilia verba Scriptura de amicitia Dauidis ac Ionathæ loquens refert, ac si diceret: Cùm recedere à Regno suo decreuisset Dauid, atq; ideò licentiam à Ionatha Principe potuisset fidelissimo amico suo, amplexabantur se inuicē ac flebant: & tametsi Ionathas valde fleret, nihilominus fleuit Dauid amplius. Philosophus Mimus ait: Amorē inter amicos non melius dignosci posse, nisi cùm vnus ab altero abeundi petit licentiam; alteri enim si verba defuerint, apud alterum tamen lacrymæ abundabunt. Tum, teste Cicerone, germani amici internoscuntur, quādo ab inuicem separantur; cùm enim se amplectuntur, etiam corda permutant; adeò vt cor vnius comitetur alterum, & cor alterius cum altero remaneat. Non illi, teste Ouidio, vocandi amici, sed noti solū, qui vt corpus à se inuicem separant, perinde quoq; cor diuidunt; quippe cùm non aliud damnum absentia dare debeat, nisi vt mutuum conspectum adimat, non verò amorem sepeliat. Sanè magni amici Dauid ac Ionathas fuerunt, quandoquidem se inuicem sic amplexarentur ac flerent. Pluris fecit Rex Dauid amicitiam Ionathæ, quàm inimicitiam Saulis Patris eius; quod inde patet, quia Dauid ex prouincia secessit, posteaquam inter vtrumque fœdus ictum esset. Omni illa prudentia, qua instructus Dauid erat, omnibusq; suis viribus non audebat persecutiones illas Saulis inimici excipere. Vnde collige in hac vita maiorem tribulationem non esse, quàm si amicus tuus infidelis erga te sit. Seneca ait: Sit quispiam siue diues siue pauper; sit ordinis siue patricij siue plebeij, quî heri potest, vt viuat sine amicis? Horatius ait: Si fortunatus sis ho-

Amicorum amor ex fletu cognoscitur.

sit homo, eget consilij, sin infortunatus, eget solatij; nam à Menandro præceptore meo intellexi fortunatum perinde egere consilij, ne labatur, quàm infortunatum ac miserum auxilij, vt resurgat. Cùm ergo diues consilio opus habet, & pauper auxilio, quis illa melius fideli amico præstabit? AEschines in inuectiua cõtra Demosthenem ait; Non potest inimicus inimico maius inferre damnum, quàm si fidelem illi amicum adimat. Aufert enim illi arcana viscerum refugium in aduersis, remedium in necessitatibus, & arcem in persecutionibus. Plutarchus narrat, Phocionem posteaquam indicatum ei quo pacto tyrannus Siciliæ Dionysius illum derisisset egenum ac pauperem, respõdisse, meam fateor ingenuè paupertatem, nihilominus pauperior me Dionysius est; tametsi enim abundet pecunijs, amicis tamen eget. Maiorem paupertatem Philosophus ducebat carentiam amicorum, quàm pecuniarum, vbi verissimè locutus est. Nam tempore aduersitatis aut infirmitatis magis recreatur animus si duos aut tres amicos sibi assistere videat, quàm si arcas cistasque oppletas auro possideat. Vbertinus ait; Vt pauperes sunt à pecunia multi, amicorum verò diuites; & contrà pauperes ab amicis multi, & pecuniæ diuites: ita multi homines diuersis rebus carent, quorum Christus caput est. Nam in ligno crucis ne vnum quidem amicum habuit, qui haustum frigidæ porrexisset, aut consolationis verbum illi dedisset. Queritur de Apostolis quod fugerint: queritur de amicis, se abdiderint; queritur de notis, quod se non defenderint. In toto enim Passionis suæ cursu non habuit cognatum se sequentem, non amicum se defendentem,

tem, non notum se protegentem.

Rabanus ait: Cognatos filius Dei habuit eximios, amicos virtute præditos, insignesque notos, verùm cùm viderent illum debilem, egentemque bonorum esse, omnes illum relinquere in angustijs, ne eidem ipsi se periculo exponerēt. Quid est hoc, ô Domine Iesu, quid hoc? Hierosolymis nemo desideratur qui Barrabam nō defendat, sed coram Pilato, qui tui patrocinium suscipiat desideratur. Occisor viuorum patronos habet, & viuificator mortuorum non nisi accusatores habet? Mediator inter Deum ac homines & pacificator condemnatur, sed concitator totius Ierusalem turbatorque dimittitur? O misera Ierusalem, ô infelix Israelitice populę! nunquam apud te homines esse desinent, bonos persequentes, & malos defendentes? Omnes, qui inimici Barrabæ, amici erant Christi, & qui amici Christi, inimici Barrabæ. Eodem enim ore, eademque voce qua dicebant, *non dimitte nobis nisi Barrabam*, vociferabantur *crucifige, crucifige eum.* Cùm, teste Augustino, reduplicatio verbi illius, aut eminētis amoris, aut odij signum in aliquem suscepti sit, palam Iudæi manifestarunt amorem, quem erga Barrabam gerebāt, dum nimirum secundò clamant, *non dimitte nobis nisi Barrabam*: contra verò ostendebant odium in Christum conceptum, cùm clamarent, *crucifige eum, crucifige eum.* Quod ad Pilatum secundò dicerent, *non dimittas nobis nisi Barrabam*, quid aliud significarunt, quàm quod illum ex corde rogarent, linguisque expeterent, vt huic furi vitam prorogaret? Iterato verò ab illis euomi illud, *crucifige eum, crucifige eum*, quid aliud erat, quàm Pilatum ore vrgere,

& ex corde flagitant, vt Iesum Nazarenũ in ligno suspenderet, vitamq; in cruce adimeret? Chrysostomus ait: Princeps Synagogæ, & Regulus ille Capharnaites, Centurio, Zachæus, Simon leprosus ac Lazarus, nunquid amici & noti erãt Christi ac ex populo præcipui? Multum sanè illorum causa Christus adhuc viuus fecit, sed nihil illius causa iam morientis fecerunt: licet ante eorum domos ad crucifigendum raptaretur, eumq; oculis suis mori viderent. Quamobrem filius Dei iustissimam causſam habuit, dicendi Patri, *quare me dereliquisti*, siquidem neq; illi inimici, neq; Barrabæ amici deficiebant.

Quo pacto queratur Patri suo Christus, pluris factam mortem Filiæ Iephte in Synagoga, quàm suam in Ecclesia?

CAPVT XXXVII.

Iudic. 11. FAc mihi quodcunq; pollicitus es, concessa tibi victoria, & vltione de hostibus tuis. Hæc luctuosa verba filia illius bellicosi ducis ac Iudicis Iephte locuta est ad Patrem ipsum, ex bello domũ remigrantem, ac si diceret, Pater mi, aperuisti os tuum coram Domino, fac vt vouisti, data tibi à Deo victoria, vltioneq; de filijs Ammon. Iephte votum fecerat, quod si Deus filios Ammõ traditurus esset in manus suas, in holocaustũ oblaturus ei esset illum, quisquis primus de foribus domus suæ egressus, occurreret. Illo redeunte domũ, reportata iam victoria, occurrit vnigenita filia cum tympanis & choris, non enim habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimẽta sua & ait: Heu filia mea, ô vnica hæres mea, ô quàm casus hic est infelix, quod te meq; deceperim, eiusmodiq; votũ ediderim, quod tibi vitam, mihiq; posteritatis spem auferat. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti

ruisti os tuum ad Dominũ, votumq; vouisti, non desiste reddere, & fac vt promisisti, bene enim collocatũ ideo iudico, quia hostes tuos superasti. Quod autem te rogo est, vt solum præstes, quo bimestri spatio circumeam mõtes & plangam virginitatem meã cum sodalibus meis. Quibus expletis redijt ad Patrem suũ, qui occidit, obtulitq; filiam Domino vt vouerat, ex quo mos increuit in Israel & consuetudo seruata est, vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, plangantq; filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor. Sanè magna mysteria nobis pollicetur in scriptura sacra Iephtana figura, digna auditu, & explicatu profunda. Quis per celebrem illum ducem Iephte accipitur, nisi filius Dei viuẽtis, Redẽptor Mundi? qui dicebat, *data est mihi potestas in cœlo & in terra*, profectò fortior nobilioriq; dux Iephte duce fuit. Nam illius imperium non proferebatur lõgius, ipsa terra Iudaica: sed imperium filij Dei cælo, terraq; terminabatur. Scriptura memorat Iephte puerum adhuc ab Israelitis vexatum, eiectumq; esse ex domo paternã: sed deinde per illũ ab inimicis liberatos, & iudicem illorũ ducemq; factũ esse. Quod Galaaditæ fecerunt cum Iephte, id Hierosolymitani cum Christo. Hunc enim exturbabant Synagoga paternaq; hæreditate exuebant, & nihilominus hic à peccatis illos eripuit, & redemptor omnium factus est. Apprimè veritati figura respondet, & Spiritui littera. Vti enim illi, qui ex toto regno exturbârunt Iephte, deinde illi fuerũt, qui vt Iephte illorum ac dux esset, rogarent: perinde illi, qui de Christo Domino, hoc exclamauerũt, *crucifige eũ, crucifige eum*, postmodũ quidam illorum palam in monte Caluariæ per- *Matth. 28.*

cuterent pectora, quidam sonora voce dicerent, verè Filius Dei erat iste. Quis per illam Iephte filiam, tenerã adhuc & illibatam, pulchrãq; virginem intelligitur alius, quàm filius Dei & humanitas verbi: quæ, teste Ambrosio, adeò formosa est, adeò illibata, adeò sancta virgo; atque sanctissima caro illa verbi? Incognita viro filia Iephte, incognita viro humanitas Christi fuit: non enim commixtione viri ac fœminæ cõcepta est, sed operatione Spiritus Sancti formata. Propter victoriam relatã ab hostibus recepit Iephte Domino se filiam vnigenitam immolaturum in Synagoga; & propter victoriam reportatam à peccato, promisit Christus carnem suam se immolaturum in cruce: adeò vt Iephte educatam obtulerit filiam, sed filius Dei carnem propriam. Inuitus ad sacrificium filiæ adductus est Iephte, & inuita filia, ad id vt à patre occideretur adducta fuit, at deinde magis ob auditam patris victoriã fuit gauisa, quàm ob immolationem sui contristata. O quàm eleganter hic veritas cum figura, mysterium cum mysterio consentit. Nam illo tempore, quo filius Dei diceret: *transeat à me calix iste*, tristis factus est, quod cùm filia Iephte moreretur; verùm cùm diceret, *non sicut ego volo, sed sicut tu vis*, ob passionem sibi inferendam gauisus est. Inde est sanctissimam carnem hanc optimũ hoc vt pro peccatis offerretur, iudicasse, solũ quo verbum diuinum trophæa de peccato deuicto erigeret. Putasne hic ô fili mi, vnum mysterium cumulari alio, quippe cùm propter honorem patris sit immolata filia, & propter honorem Patris crucifixa sit caro Filij? Magna vltio quam de hostibus sumpserat Iephte fuit, verùm multo maior

maior fuit vltio, quam de peccatis sumpsit Christus. Vbi aduertendum est, quod quò maior vtraque fuit victoria, tanto maiore pretio comparata: vnus enim illam filia propria, alter verò vitã ipsa coëmit.

Pellem pro pelle, & cuncta dabit homo pro anima sua. Iob 2.

Sacra Scriptura in libro Iob commemorat, aliquando ante tribunal Dei plurimos Sanctorum stetisse, quibus Sathan interfuit. Rarò enim boni conueniunt ad bene quid faciendum, quibus non se Sathan immisceat, ad disseminandum quid mali. Dicebat ergo Dominus ad Sathan, vnde venis? qui respondens ait: *Circuiui terram & perambulaui eam, num inuenirem quempiam seruientem mihi. Et dixit Dominus ad Sathan. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Cui respondens Sathan ait, pellem propelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua:* alioquin *mitte manum, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi,* immò ægrius illum tunc laturum esse videbis tormenta corporis, quàm fortunarum iacturam. Ex hoc dialogo Dei ac Sathanæ, colligimus quanto pluris faciendum sit, quod filius Dei pro nobis obtulit, quàm quod immolauit Iephte. Vnus enim propriam filiam, alter vitam in holocaustum obtulit. Tenerè diligebat Iephte filiam, sed multò magis suam carnem pretiosissimã Christus, vnita enim diuinæ fuit essentiæ, quæ causa est, quod tanto acerbius eius amissionẽ pertulerit, quanto magis eam dilexerit.

Aristoteles ait: sapientes magis vitam suam

diligere, quàm idiotas, siquidem vident ac sciunt vitam suam Reipub. fructuosiorem quàm idiotarum esse, & bonũ publicum priuato semper præferendum. Cùm ergo filius Dei sapientissimus esset, & potentissimus, quis dubitaret tanto magis illum dilexisse vitam suam, quanto magis fructuosior esset alijs futura? Bene dixit Sathan hominẽ *pellem pro pelle, & cuncta quæ habet dare pro vita sua.* Si enim Iephte Iudex rogatus fuisset, vtrum illi gratius foret, aut immolare filiam eius aut seipsum, haud dubiè voluisset potius filiam immolari secundò, quàm seipsum semel. Seneca ait: Licet vita adeò naturalis sit, & terribilis mors, nihilominus mors propria magis nos terret aliena. Mirãdum in primis est, quod Christus mori voluerit, mirãdum tamẽ magis est, quod adeò promptè & quidem vltrò mori voluerit. Etenim non modò gloriam suam amplificans, sed multò magis bonum nomen suũ extenuans, seipsum in mortẽ obtulit.

Præterea meminit hæc figura, quo pacto filia Iephte duobus mensibus suam virginitatem in asperis illis montibus defleuerit cum sodalibus alijs virginibus. Quod illibatam suam virginitatẽ virgo defleuerit, quid aliud est, quàm quod Viro caruerit, nec desponsata fuerit, nec procrearit liberos qui mortem eius deflerent, & hæreditarẽt bona? Sanè exigua res fuit, si hæc virgo suam virginitatem solũ defleuerit, nisi sub his verbis mysteriũ aliud occultetur: quo enim obscuriora sunt verba scripturæ, tanto maiora in se continẽt mysteria. Superius memoraui per hãc illibatam virginem sanctissimã carnem Christi accipi: modò verò dico, quod vti filia Iephte defleuit suam virginitatem, perinde Christus & suã virginitatem defleue-

defleuerit: sed magnum discrimẽ inter fletum est, & virginitatem vtriusq;. Queritur filius Dei Patri dicẽs, *quare me dereliquisti?* idq; ob causam quod suam illibatam virginitatem sanctissimamq; innocentiam non tam expenderit bene, quàm cupiuisset. Nã virgo natus est Dei filius, & virgo mortuus, & innocens in hunc mũdum venit, cum qua ille innocẽtia in cœlum postliminio redijt. Nemo existimet Christum defleuisse virginitatẽ suam quam illibatam in carne retinuit: Vt enim benedicta Mater eius iacturã virginitatis non fecit in partu, sic multò minus ipse eandem perdidit in vita. Castitas, de qua scriptura loquitur, & virginitas, quã Iephte cum filia sua deflet, non est corruptibilis, sed incorruptibilis; non corporis, sed animæ, quã grauidã pijs verbis Deus, diuinisque inspirationibus facit: adeò, vt si ab his diuinis inspirationibus cõcipiat, sancta inprimis opera pariat. Augustꝰ. in illa verba, *desponsauit te mihi*, ait: Viri religiosi adeò necesse habent vnire animam Christo, atq; mundani filias maritis. Et non dico solũ istius hos indigere; sed dico istius illos plus indigere. Virgo enim facillimè sine Viri consortio saluari potest, sed anima non potest in cælum penetrare, nisi Christus illam secum deducat. Bernardus ait: ô quanto melius est spirituale matrimonium carnali, vnum enim inter virum ac mulierem est, alterum inter Christum & animã: ex vno educantur liberi, nos subinde offendẽtes, ex altero verò fructuosa opera dimanant. Fleuit filia Iephte, quod in Virginitate moritura esset, sed fleuit filius Dei quod ampliorẽ posteritatem spiritalem hic relicturus non esset: libenter enim corda totius mundi grauida feciſſet, & parere

Isaie 66. omniũ animas bona opera cupiuisset. Quod Deꝰ per Prophetã dicat, *si ego qui alijs generationẽ tribuo, sterilis ero*, non dixit propter desideriũ quod desponsandi se haberet, sed ex zelo se copulãdi cum anima nostra. Etenim semper illa corporalis castitas sancta est, & semper illa sterilitas animę est mala ac noxia. Dic ergo mihi ôDomine Iesu, dic mihi quid fles? *Plango Virginitatẽ meã* dicit Christus cũ filia Iephte. Nã vix vnũ in toto mundo inueni, qui sese desponsare diuinæ meæ gratiæ cupiat, nec ab istis sublimibꝰ inspirationibus meis velit concipere: & quod pessimũ, si quando peccatricibus animabus me vniam, illisq; me velut incorporẽ, illicò mihi dorsum obuertãt & profugiant. *Plango virginitatem meam.* Nam spatio triginta trium annorum, omnibus, meis concionibus, mortuorũ resuscitationibus dæmonum expulsionibus, & remissionibus peccatorum, quantumuis laborauerim & sudauerim, exiguũ fructum feci? *Plango virginitatem meam*, nam licet in propria persona in mundum venerim ad instruendum populum, ad effundendum sanguinem, ad discerpendam ab alijs carnem meam, ad perdendum honorem, nõ tamen vllum video, qui in suum vsum conuertat sanguinem meum, aut pro eo gratias agat. *Plango virginitatem meam*, quia ne vnumquidem inueni, in quem expendere possem virginitatem meam, cui innocentiam contribuere meam, cui communicare patientiam, cui dispensare charitatem meam, in quo humilitatem meam deponere possem, dies quippe virtutum in mundum veni, & dies virtutum in cælum reuenio.

Denique dicit supradicta figura, filias Israel conuenisse ad deflendã mortem filiæ Iephte quatuor diebus continuis, quibus planctum misera-

bilem ac lamentabilem iuxta peregerunt, adeò vt ne vnus quidem elaberetur annus, quo hunc non peragerent. Vbi considerandum est fuisse etiam tum in Synagoga multos nobiles, præclaros, sapientes, eruditosque viros, de nullo tamen legimus super eo à morte eiusmodi planctum institutum. Omnes Reges, Duces, Patriarchæ ac Prophetæ à suis amicis sepulti sunt, & continuò obliuioni dati, excepta filia Iephte, quæ ex peculiari priuilegio à virginibus quotannis defleta fuit. Si ergo filiæ Sion quotannis sese ad huius virginis mortem plangendam præparárunt, putasne christiane mi, æquius esse te singulis horis momentisque mortem Christi deflere? Non alia de causa planxerũt virgines illæ mortẽ filiæ Iephte, nisi quia formosa iuuencula, pulchella tum vultu, tum virtute esset: adeò vt hic earum planctus magis ex compassione, quàm obligatione manaret. Quid opus erat flere quotannis taliq; modo, siquidem filia Iephte nó propter populum mortua fuit, nec in numerum adlecta Sanctorum. Hæc occisio, hæc causa cópellit nos in horas singulas singulaq; momenta deflere mortẽ filij Dei, mortuus enim est propter populum, & pro peccatis nostris satisfecit. Quod Filius ad Patrẽ dicat, *quare me dereliquisti?* tantũdem est, ac si diceret, quod quotannis filiam Iephte planxerint, modò verò ne vnum quidẽ adesse, qui suam mortẽ plãgat, aut recordetur eius. Tametsi mortis Christi non recordetur peccatrix anima, nihilominus illius in septimana S. Ecclesia recordatur, cùm anniuersariã memoriã feria sexta mortis eius celebrat; & loco illius quatriduanæ solẽnitatis, qua filiæ Sion huius virginis mortẽ plãxerunt, Eccle-

Mors Christi à nobis deflenda est.

sia nobis 4. illas passiones Euangelist. repręsẽtat.

Queritur Christus Patri quod, vti obstruxerunt Isaac puteos ex inuidia, sic illi vulnera ex malitia aperuerint.

CAPVT XXXIX.

Genes. 26. *Isaac habuit possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes Palæsthini, omnes puteos quos foderant serui illius Patris Abraham, illo tempore obstruxerunt implentes humo*, dicit Scriptura. O quàm conuenienter loquitur Apostolus, omnia in figura contingebant illis, siquidem omnia quæ in Synagoga facta essent, mera figura erant eorum, quæ in Ecclesia Catholica essent euentura, aliàs appareret res multas scriptas in sacra Scriptura ridicule scriptas esse, & ad legendum superfluas. Nisi enim in hac figura lateret magnum mysterium, quid prodesset nobis, Isaac oues multas, boues, familiamque magnam habuisse? Quid nostra interesset Isaac multos hostes habuisse, qui puteos eius obstruerent? Reuera ad multò maiora mysteria hæc nos figura euocat, quàm nuda littera secum importet, atque ideo Spiritu Sancto opus habemus, vt eam declaremus, & peculiari consideratione vt legamus. Verbum Isaac in Hebraica lingua significat hominem risibilem, & iucunditatis plenissimũ, immò risum ipsum, quod iucundum lætumque nomen soli filio Dei tribui potest, & ille, neque quisquam alius potest in hoc mundo nomẽ Isaac vsurpare. Quis potest sine Christo, aut cũ Christo, aut de Christo in cælo & terra aliquod gaudium habere? Cùm Filius Dei illic in cælis esset, & priusquã de cælo descenderet in mundum, nemo mortaliũ ridere poterat. Etenim Deus adeò

Isaac Hebraicè quid significet.

offen-

offensus erat mũdo, propter peccatum, vt nemo risum moueret, sed tristis omnino, miserabilis ac afflictus esset.

Posteaquã ad Patriarcham Noe dixisset Deus, *pœnitet me feciſſe hominem*, quis ridere quæso cuperet vel conaretur. Quî ausus fuit ridere S. Iob, siquidem cum effusione lacrymarum dixit: *Vtinam consumptus essem, fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum*, ac si diceret. O magne Deus Israel, quare de vtero matris meæ eduxisti me, & quia eduxisti, cur non illicò occidisti, & de vtero in tumulum intulisti? Quare risisset S. Helias Propheta, quippe cùm fugitiuus erraret in mõtibus à facie Iezabel, *petiuit anima sua vt moreretur*. Anne maioribus meis melior sum, siquidem in maioribus viuere cogor tribulationibus quàm illi? Morere ergo, ô anima mea, morere, quum enim tibi inimicus sim, optarem non esse. Qui potuisset Ieremias Propheta ridere, multis cum lacrymis dicens: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filiæ populi mei?* ac si diceret. Quis impetrabit à magno Deo Israelis vt ex meo capite mare faciat, oculosque in fontes aquarum conuertat, quo noctu diuq; defleam à peccato seductos, & in ore gladij interfectos? Qui ausus fuisset ridere Tobias, dicens. *Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video?* Origenes ait: Cùm vetus lex vmbra noui esset, omnesque de Synagoga, mœsti afflictiq; incederent, vsi sunt multa musicæ & instrumentorum varietate, vt per eiusmodi medium mœrores illos dissiparent: at *vbi venit plenitudo temporis*, in quo Deus misit suum vnigenitum in mundum, risum, gaudium, iubila cælorum nobis

Genes. 6.

Iob 10.

Tob. 5.

Galat. 4.

am-

ampliter dedit, in quibus nihil præter risum est, yti hic in terris nihil præter fletum. Nunquid ridens Isaac in lucem venit, siquidem in natali eius cecinerunt Angeli, *Gloria in excelsis Deo?* Damascenus ait: si cum quadam animaduersione inspiciantur verba, quæ filius Dei locutus est, & opera quæ in hoc mundo exercuit, gaudium nobis afferunt & fiduciam, quod saluandi simus, non perdendi: quippe multò maius fuit, quod in fauorem clementiæ, quàm quòd in rigorem dixit iustitiæ. Et ne quisquam putet, me hic inaniter loqui ac temerè, pauca verba inducemus, quæ in fauorem clementiæ dixit: *Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum*, dicit Iudęis Christus. Eiusmodi præclarum verbum, nouumque nuntium atque hoc est, quis non expenderet, quis illud dixerit, quare dixerit, & quibus? Dixit noster ridens Isaac: & ad oblectamentum totius mundi dixit: qui tamen pessimè eundem excepit. Posteaquam enim in Pilati domo dixisset, adhuc supereße aliud regnum non de hoc mundo, in domo Herodis vt stultum vestierunt. Ad execrabiles Hebræos dixit, posteaquam illum Samaritanum vocassent, & Dæmonium habere dixissent. Putasne frater mi ridentem nostrum Isaacum os plenum risus habuisse, cùm suauissima responsa istis calumnijs subijceret? O dulce verbum, ô diuinum risum, tu & non alius fuisti, qui nobis vitam aliam post hanc vitam promiserit. In veritate ridenti ore eras, cùm illis vitam promitteres, qui te vita spoliabāt. O quàm ad risum pronum os hic Isaac habuit. Hebræis enim illum lapidare volentibus, inter Deum se & peccata nostra medium posuit, quo omnes ictus lapidum

Ioan. 8.

Christus est ridēs Isaac.

in

in se ferrētur. Cùm Filius Dei diceret: *Iugum meum suaue est*, docuit nos palam legem suam, iucundam legem esse, suauem legem, legem ridentem; omnes enim illam ridendo exequuntur, sed impij flendo eam præuaricantur. *Matth. 11. Lex Christi iucunda & suauis est.*

Deinde figura illa meminit Isaac diuitem fuisse, multaque pecora, oues, boues, familiamque possedisse. Filius Dei boues non habuit, oues ac pecora, nec seruorum numerū ac seruarum, sed habuit, quæ per ea significata sunt. Non enim venit in mundum, vt dies boum, ouium, pecorumque esset, sed vt esset Redemptor animarum, & mediator peccatorum. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, dicit Propheta, non propter oues quæ in pratis pascuntur, non propter boues inerrantes campis; sed propter animas peccatorum habitantes in corporibus, quas adeò dilexit, vt tametsi Pater pedibus illius subiecerit, nihilominus ille capiti suo imposuerit. Per oues Isaac boni Israelitæ accipiūtur, qui cognoscendo Christum consecuti sunt, vti Lazarus, Nicodemus, Ioseph, Zachæus, bonus latro, alijque multi in numero Electorum habiti. Per boues Isaac accipiuntur gentiles omnes, à quibus omnes illi descēdunt, qui in numero bonorum Christianorum habentur. Vti enim bos multò maior est oue, ita Mater Ecclesia multò maior est Synagoga. Hi boues sunt, ad quos quærendos Christus venit; & hæ sunt oues, ad quas custodiendas Isaac noster itidem descendit. Quantum verò illa Isaaci pecora attinet, certè talia Redemptor mundi non habuit, quorum vaccæ vitulos, aut oues agnos profunderent. *Psalm. 8.*

Præterea memorat hæc figura Isaacum habuisse

isse magnam familiam, multos seruos, qui seruirent ei, eiusque adaugerent peculium, quorum tam inops erat noster Isaac atque pecorum. Tanta namque eius fuit paupertas, vt nemo cum illo viuere diligeret, nec in illius domo degere. Longè aliâ tamen familiâ aluit Christus, in qua Cœlorum Hierarchiæ essent, Patres limbi, & ignis purgantis iusti, omnesque in mũdo Electi. Quid esset iustus nisi filius Dei dux eius & signifer esset? *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum*, quid aliud significat, quàm si duo aut tres Electi congregati sint nomine Christi, eorum medius ipse futurus sit? O quantum discrimen est inter domesticos Isaac, Christiique familiam? In domo enim Isaac ministri illi serui vocantur ac mancipia, sed in familia Christi omnes aut amici aut fratres vocantur. O quàm diuinum mysterium, ô quàm profundum Sacramentum est hoc Filium suos vocare amicos: *dic*, nempe *amicis meis*: & alio loco fratres, *dic fratribus meis*? Docet enim quod illos suo pretioso sanguine redemerit, suaque iustificarit gratia. Quis non gauderet ô Domine Iesu, quis non exultaret si modò te diligeret, tibi seruiret, tibi adhæreret; siquidem adeò mitis in verbis es, & adeò gratus ipso opere? Quis non gauderet hoc nomine cui facultas degenti in domo tua daretur, & quis in numero tuorum domesticorum esse non cuperet, siquidé peregrinos notos vocas, inimicos amicos, seruos socios, & ingratos fratres. Quis vnquam tantam curam domesticorum gessit, atque Dominus Iesus suorum? Nam eo tempore, quo illum inimici cogitabant in horto capere, non aliud ab illis petijt, nisi vt se in vinculis abducerent, domesticosque

Deus dux iustorum. Matth. 18.

Christus se timentes amicos & fratres vocat.

que dimitterent. In vltima cœna dicente illo, *Pater seruabo eos, qui in me credunt & credituri sunt*, amorem in domesticos suos clarissimè testatus est. Rogabat tam pro natis, quàm non natis; tam pro absentibus, quàm præsentibus; tam pro viuis, quàm mortuis. O quàm beata est illa anima in familia filij Dei degens, siquidem illam priusquam creetur, diligat; & iam creatam, iustificet; & posteaquam exspirauit, glorificet.

Perinde quoque figura meminit, quod incolæ Palęstinæ inuiderint Isaac patriarchę, totiq; eius familię, non quod illos lęderet, sed quia locupletior potentiorque omnibus illis euaderet. Seneca ait: periculosiorem inuidiam non esse ea, quæ ex alieno statu felici nascitur, quamdiu enim status eiusmodi durat, tam diu inuidia illa perseuerat. Intentio inuidi est, progredientem tardare, humiliare exaltatum, præcipitare felicem, honoratum dehonorare, & contristare diuitem. Maximum malum, quod inuido est, ait Cicero, illud esse, quod cùm singulis inuideat, inter omnes virus suum euomat: Inuidus enim iudicat, omnia quæ alijs dantur sibi subtrahi, alijsque labentibus se volaturum esse. Indoles ea, teste Horatio, inuidiæ est, quod vti vnius crescit prosperitas: sic alterius inuidia adaugeatur. Vnde sequitur, quod vti eum penes se pati nequit, sic acerbissimum in proximum odium cócipiat corde, maledicat ore, aliosque in eum concitando manus iniijciat. Isaac nihil mali Palęstinis intulit, quippe qui non vastaret eorum syluas, nec eorũ pascua occuparet, nec eorum coniuges diuexaret, nec detraheret, nec inter eos seminaret discordias: sed iuuaret illos vti fratres, & pro filijs habe-

Quæ inuidia sit periculosissima.

haberet. Quibus neglectis illi demersi adeò inuidia erant, sepultique malitia, vt bono Isaac præciperent exire terra illa, fortunas ac bona relinquere, familiamque dimittere. Quibus non contenti, in obstruendis eiusdem puteis conspirârunt, in quibus tum domestici tum pecudes aquatum ibant. In nullo melius suum odium potuerunt ostendere, ac malitiam, quàm vt Isaaco obstruerent puteos, quippe cum absq; aqua nec homines nec iumenta possint viuere.

Iudæorum erga Christũ inuidia, maior fuit quã Palæstinorum erga Isaac.

Quæ omnia vt nostro proposito accommodemus, quis vnquam hominum omnium inuidia sic exceptus est, atque Filius Dei? quid aliud apud Israelitas tantam caussauit inuidiam, nisi abundantia sapientiæ eius, sublimitas doctrinæ, integritas iustitiæ, illibataque vitæ eius castimonia? Hebræi inuidia penè rupti sunt, siquidem Christum tot scripturæ mysteria aperire videbãt, tot conciones habere ad populum, tot admirãda patrare opera, palam omnia vitia castigare, totque præclaros in societatẽ suam asciuisse viros videbant. Maior inuidia Hebræorũ, quã Palæstinorũ erat: nam Palæstini non aliud præcipiebãt Isaac, quàm secedere ex terra illa: at Hæbræi Filio Dei nõ præceperunt, & non solum suismet manibus illum exegerunt, sed etiam crucifixerũt. Obstruxerunt Isaac Patriarchæ puteos, ex quibus bibebat, sed benedicto Domino Iesu manus aperuerunt & latus, adeò vt longè maius damnum esset, Christo vitam adimere, quàm Isaaco aquam intercludere. Putasne frater mi, damnum maius fuisse Christo adimere venarũ sanguinem, quàm potabilem Isaaco aquam suffurari? Quod si quis mihi fontem obstruat, alium aperire possum, etsi

aqua

âqua potabili caream, vinum bibo: & si exigar prouincia hac, alteram ingrediar. At si quis mihi adimat sanguinem, quis alium dabit: & si discerpantur venæ meæ, quis subministrabit alias: & si auferatur vita, quis aliam vitam mihi sufficiet? Ideo inuidia multò crudelius Christum quàm Isaacum tractauit. Isaac enim honorificè terram ingressus est, & honorificè etiam egressus, intrauit viuus, viuus exijt: sed quid de benedicto Domino Iesu dicemus, cuius ex mera inuidia dissipârunt familiam, fugârunt matrem, fuderunt sanguinem, labefactarunt doctrinam, extenuaruntque famam. Chrysost. ait: Diuitias hominis esse animam, honorem, vitam, bona: nullum tamen horum quatuor execranda illa inuidia Iudæorum Christo reliquit. Animam namque illi extraxerunt, honorem illius infamarunt, vitam illi ademerunt, spoliaruntque bonis suis. Bona illius vniuersa, quid præter attritum pallium sunt laceramque tunicam, nihilominus execranda illa inuidia vtroque eum priuauit. Pallium namque carnificibus dederunt illum crucifigentibus, & togam militibus illum custodientibus. Anne potest vspiam maior paupertas inuenire, quàm qua laborauit in cruce Christus, quippe cùm extraxerint illi animam, effuderint sanguinem, ac vestimenta diuiserint? Magna fuit inuidia Palæstinorum, non tamen manus iniecerunt Isaaco, quas tamen filio Dei iniecerunt, cùm illum caperent; immò pedes, cùm protruderent; linguam, cùm blasphemarent; cor, cùm odissent.

Hominis diuitiæ quæ sint.

Auctor continuat hanc materiam, & ad hoc propositum figuram pulchram declarat.

CAPVT XL.

2. Reg. 17. TVlit mulier velamen, & expandit super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res. Ad intelligentiam figurę huius sciendum est, ex castris Dauidis duos veloces iuuenes, nempe Ionathan ac Achimaas missos esse ad explorandum id, quod Hierosolymis Achitophel & Absalom decreuissent contra Dauid, beneficio Chusai, qui verus erat amicus Dauidis & falsus Absolonis. Nũtiante ergo Chusai his duobus iuuenibus quid in consilio decreuisset Absalom, visi sunt à puero quopiam, quod ad vrbem Ierusalem sese abdidissent, in ipsa namque comparere non audebant: qui Absaloni indicauit, illi concito gradu, ingressi sunt domum cuiusdam ciuis Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum: Tulit autem mulier & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, & sic latuit res. Cumque venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt, vbi est Achimaas & Ionathas? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. Cumque abijssent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes, nuntiauerunt regi Dauid, quæ iussisset Chusai.

Magna prudentia hæc mulier vsa est, eius enim dexteritas caussa fuit, quare duo illi exploratores erepti fuerint, & serui Absalonis decepti. Philosophus Mimus ait: consilium amici præmeditatum esse, inimici verò primum, & mulieris expeditum: si enim tempus illis datur deliberandi

randi, quid dicere debeant, eo votum eorum vergit, quo propendit animus. Expendamus ergo quis hic puteus sit, & quod velamen; & quinam illi, qui sese in hoc occultent: quinam sint, qui quærant occultatos; quænam mulier sit, quæ illos eripiat, aliosque defraudet. Quantum ad primum attinet, in veritate dicere possumus non aliud illum puteum, quàm sublime, profundum, ac nouum Testamẽtum esse. Sublime est, quia de sublimibus loquitur: profundũ est, quia de profundis loquitur: puteus est, quem exhaurire nemo potest; aqueus est, quia non nisi limpidas sacratasque res pertractat. In illa verba, Puteus altus est, ait Ambrosius. Sint tam profundæ in puteo aquæ quàm esse possint, nihilominus profundius mysteria in Scriptura sacra teguntur: funibus namq; aqua ex puteo extrahitur, sed mysteria Scripturarum assistente gratia obtinentur. Propheta dicente Domino: *Da mihi intellectum & scrutabor mandata Dei*, quis dubitaret, cùm gratiam pro intelligenda sacra Scriptura petat, illum sine peculiari Dei gratia intelligere nõ potuisse? Multa Christus dixit Apostolis, quæ illi ex defectu gratiæ non intellexerunt. Quæ cùm ita sint, quare quis dicere auderet se Scripturã intelligere, cùm non sciat sese peculiariter diuina gratia illustratum esse. Multos inuenire hominũ est, qui moritur præsiti, qui ad aquam quærendã non exeunt, qui Gentiles sunt infideles omnino: Alios inuenimus qui, aquã quidẽ quærant, neq; tamen funẽ secum asportent, & hi hæretici sunt malè interpretantes Scripturas. Alij inueniuntur qui quidem funem secum conferant, sed vrnam non habent qua haustam excipiant, qui simplices atque

Testamentũ nouum puteus est profundus.

Psalm. 118.

S. Scripturã nemo sine auxilio diuinæ gratiæ intelligere potest.

idiotæ sunt, legentes quidem Scripturas, non tamen intelligentes. Quisquis ex hoc diuino fonte aquam haurire cupit, is secum funem scientiæ conferat, vnam aut cantharum cõscientiæ. Nunquam enim ille aut rarò sacram Scripturam intelliget, quisquis non omni sese sanctitati virtutiq; mancipet. Puteum illum tectum velatumque fuisse, quid significat aliud, quàm tenebras illas ingentes & noctem testamenti veteris? Velamine coopertus fuit hic puteus, & velamine facies Moysis cooperta, veloque Sanctum Sanctorum coopertum, ad nostri institutionem, vtique omnia antiquorum mysteria obscura, tenebricosa tectaque fuisse. Velum templi in morte Christi diuisum esse, & velamen super faciem Moysis nunquam scissum fuisse, quid aliud significat, quàm modò omnia detecta esse mysteria testamenti veteris? Velum templi in morte Christi diuisum, nec velamen Moysis scissum, quid aliud significat, nisi quod catholica Ecclesia sit illuminata, & hactenus obscurata Synagoga ac tecta? Nã quod Apostolus dicat, *adhuc velamen est super faciem Moysi*, quid aliud indicare vult, quàm quod Iudaicus populus cum illo prorsus obstinatus sit. Non inuidendum Synagogæ est, Moysen velata facie fuisse, siquidem catholica Ecclesia non velauit vultum Christo suo in cruce, sed nudum inuelatumque reliquit: vti enim nobis omnem suam pretiosam carnem ostẽdit moriens, sic neque vlla mysteria ad populum verba faciens intecta dimisit.

2. Cor. 3.

Quod autem hi exploratores Regis Dauidis & Abiathar Sacerdotis in alto puteo abditi fuerint, & sic exploratum Sacerdotis opera iuissent, myste-

mysteriaque inter regalem ac sacerdotalem ordinem exhiberent, quid aliud significat quàm quòd in humanitate verbi Sacerdotalis dignitas cum regali cõiungenda sit? Puteum hunc in caussa esse, quare alteri liberarentur, deluderentur alteri, quid significat aliud, quàm sacram Scripturam esse caussam quare saluentur Catholici, hæretici verò condemnentur? Quod serui Absalonis puteum non inuenerint, quid aliud significat, quàm miseros Iudæos nondum Christum inuenisse? Serui Absalonis non viderunt nisi velamen ori putei superpositum, ita quoque Hebræi non nisi nudam litteram veteris testamenti viderunt, sub qua Ionathas atque Achimaas latuerunt, id est humanitas verbi & verbum ipsum. Deponite ergo ô Iudæi, deponite velamen illud insscientiæ vestræ, inuolucrumq; malitiæ vestræ, & litteræ pertinaciæque remouete. Nisi enim à vestris erroribus destiteritis Christum occultatum in puteo non inuenietis. O quanta compassio cum Synagoga habenda est, siquidem inter illam & Christum vnicum tantum velamen fuit: quod si diuidererent id, illicò Christum Dominum inuenirent. Et quid putas linteum aliud esse, quàm contrariũ sensum ipsi Scripturæ, quem ex ea eliciunt. Exploratores illi Absalonis circuibant puteum, non tamen inueniebant hostes suos: & ipsa Biblia Hebræi circumeunt, non tamen in ea occultata mysteria inueniunt. Caussa huius est, quia non volunt velamen litteræ deponere, quo ea occultatam aquam conspiciant.

Sed vt propius rem ipsam ingrediamur, quid sunt fontes, quos aperuerunt maiores Isaaci aliud, quàm libri, quos Prophetæ, virique sancti scripse-

Prophetarũ sanctorum Libri fontes sunt.

sia nobis 4. illas passiones Euangelist. repręsẽtat.

Queritur Christus Patri quod, vti obstruxerunt Isaac puteos ex inuidia, sic illi vulnera ex malitia aperuerint.

CAPVT XXXIX.

Genes. 26. ISaac habuit possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes Palæsthini, omnes puteos quos foderant serui illius Patris Abraham, illo tempore obstruxerunt implentes humo, dicit Scriptura. O quàm conuenienter loquitur Apostolus, omnia in figura contingebant illis, siquidem omnia quæ in Synagoga facta essent, mera figura erant eorum, quæ in Ecclesia Catholica essent euentura, aliàs appareret res multas scriptas in sacra Scriptura ridicule scriptas esse, & ad legendum superfluas. Nisi enim in hac figura lateret magnum mysterium, quid prodesset nobis, Isaac oues multas, boues, familiamque magnam habuisse? Quid nostra interesset Isaac multos hostes habuisse, qui puteos eius obstruerent? Reuera ad multò maiora mysteria hæc nos figura euocat, quàm nuda littera secum importet, atque ideo Spiritu Sancto opus habemus, vt eam declaremus, & peculiari consideratione vt legamus. Verbum Isaac in Hebraica lingua significat hominem risibilem, & iucunditatis plenissimũ, immò risum ipsum, quod iucundum lætumque nomen soli filio Dei tribui potest, & ille, neque quisquam alius potest in hoc mundo nomẽ Isaac vsurpare. Quis potest sine Christo, aut cũ Christo, aut de Christo in cælo & terra aliquod gaudium habere? Cùm Filius Dei illic in cælis esset, & prius quã de cælo descenderet in mundum, nemo mortaliũ ridere poterat. Etenim Deus adeò offen-

Isaac Hebraicè quid significet.

offensus erat mũdo, propter peccatum, vt nemo risum moueret, sed tristis omnino, miserabilis ac afflictus esset.

Posteaquã ad Patriarcham Noe dixisset Deus, *pœnitet me fecisse hominem*, quis ridere quæso cuperet vel conaretur. Quî ausus fuit ridere S. Iob, siquidem cum effusione lacrymarum dixit: *Vtinam consumptus essem, fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum*, ac si diceret. O magne Deus Israel, quare de vtero matris meæ eduxisti me, & quia eduxisti, cur non illicò occidisti, & de vtero in tumulum intulisti? Quare risisset S. Helias Propheta, quippe cùm fugitiuus erraret in mõtibus à facie Iezabel, *petiuit anima sua vt moreretur*. Anne maioribus meis melior sum, siquidem in maioribus viuere cogor tribulationibus quàm illi? Morere ergo, ô anima mea, morere, quum enim tibi inimicus sim, optarem non esse. Qui potuisset Ieremias Propheta ridere, multis cum lacrymis dicens: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filiæ populi mei?* ac si diceret. Quis impetrabit à magno Deo Israelis vt ex meo capite mare faciat, oculosque in fontes aquarum conuertat, quo noctu diuq; defleam à peccato seductos, & in ore gladij interfectos? Qui ausus fuisset ridere Tobias, dicens. *Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video?* Origenes ait: Cùm vetus lex vmbra noui esset, omnesque de Synagoga, mœsti afflictiq; incederent, vsi sunt multa musicæ & instrumentorum varietate, vt per eiusmodi medium mœrores illos dissiparent: at *vbi venit plenitudo temporis*, in quo Deus misit suum vnigenitum in mundum, risum, gaudium, iubila cælorum nobis

Genes. 6.

Iob 10.

Tob. 5.

Galat. 4.

am-

ampliter dedit, in quibus nihil præter risum est, vti hic in terris nihil præter fletum. Nunquid ridens Isaac in lucem venit, siquidem in natali eius cecinerunt Angeli, *Gloria in excelsis Deo*? Damascenus ait: si cum quadam animaduersione inspiciantur verba, quæ filius Dei locutus est, & opera quæ in hoc mundo exercuit, gaudium nobis afferunt & fiduciam, quod saluandi simus, non perdendi: quippe multò maius fuit, quod in fauorem clementiæ, quàm quòd in rigorem dixit iustitiæ. Et ne quisquam putet, me hic inaniter loqui ac temerè, pauca verba inducemus, quæ in fauorem clementiæ dixit: *Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum*, dicit Iudęis Christus. Eiusmodi præclarum verbum, nouumque nuntium atque hoc est, quis non expenderet, quis illud dixerit, quare dixerit, & quibus? Dixit noster ridens Isaac: & ad oblectamentum totius mundi dixit: qui tamen pessimè eundem excepit. Posteaquam enim in Pilati domo dixissет, adhuc supereſſe aliud regnum non de hoc mundo, in domo Herodis vt stultum vestierunt. Ad execrabiles Hebræos dixit, posteaquam illum Samaritanum vocassent, & Dæmonium habere dixissent. Putasne frater mi ridentem nostrum Isaacum os plenum risus habuisse, cùm suauissima responsa istis calumnijs subijceret? O dulce verbum, ô diuinum risum, tu & non alius fuisti, qui nobis vitam aliam post hanc vitam promiserit. In veritate ridenti ore eras, cùm illis vitam promitteres, qui te vita spoliabat. O quàm ad risum pronum os hic Isaac habuit. Hebræis enim illum lapidare volentibus, inter Deum se & peccata nostra medium posuit, quo omnes ictus lapidum

Ioan. 8.

Christus est ridēs Isaac.

in

in se ferrētur. Cùm Filius Dei diceret: *Iugum meum suaue est*, docuit nos palam legem suam, iucundam legem esse, suauem legem, legem ridentem; omnes enim illam ridendo exequuntur, sed impij flendo eam præuaricantur. *Matth. 11. Lex Christi iucunda & suauis est.*

Deinde figura illa meminit Isaac diuitem fuisse, multaque pecora, oues, boues, familiamque possedisse. Filius Dei boues non habuit, oues ac pecora, nec seruorum numerū ac seruarum, sed habuit, quæ per ea significata sunt. Non enim venit in mundum, vt dies boum, ouium, pecorumque esset, sed vt esset Redemptor animarum, & mediator peccatorum. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, dicit Propheta, non propter oues quæ in pratis pascuntur, non propter boues inerrantes campis; sed propter animas peccatorum habitantes in corporibus, quas adeò dilexit, vt tametsi Pater pedibus illius subiecerit, nihilominus ille capiti suo imposuerit. Per oues Isaac boni Israelitæ accipiūtur, qui cognoscendo Christum consecuti sunt, vti Lazarus, Nicodemus, Ioseph, Zachæus, bonus latro, alijque multi in numero Electorum habiti. Per boues Isaac accipiuntur gentiles omnes, à quibus omnes illi descēdunt, qui in numero bonorum Christianorum habentur. Vti enim bos multò maior est oue, ita Mater Ecclesia multò maior est Synagoga. Hi boues sunt, ad quos quærendos Christus venit; & hæ sunt oues, ad quas custodiendas Isaac noster itidem descendit. Quantum verò illa Isaaci pecora attinet, certè talia Redemptor mundi non habuit, quorum vaccæ vitulos, aut oues agnos profunderent. *Psalm. 8.*

Præterea memorat hæc figura Isaacum habuisse

isse magnam familiam, multos seruos, qui seruirent ei, eiusque adaugerent peculium, quorum tam inops erat noster Isaac atque pecorum. Tanta namque eius fuit paupertas, vt nemo cum illo viuere diligeret, nec in illius domo degere. Longè aliâ tamen familiâ aluit Christus, in qua Cælorum Hierarchiæ essent, Patres limbi, & ignis purgantis iusti, omnesque in mũdo Electi. Quid esset iustus nisi filius Dei dux eius & signifer esset? *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum*, quid aliud significat, quàm si duo aut tres Electi congregati sint nomine Christi, eorum medius ipse futurus sit? O quantum discrimen est inter domesticos Isaac, Christique familiam? In domo enim Isaac ministri illi serui vocantur ac mancipia, sed in familia Christi omnes aut amici aut fratres vocantur. O quàm diuinum mysterium, ô quàm profundum Sacramentum est hoc Filium suos vocare amicos: *dic*, nempe *amicis meis*: & alio loco fratres, *dic fratribus meis*? Docet enim quod illos suo pretioso sanguine redemerit, suaque iustificarit gratia. Quis non gauderet ô Domine Iesu, quis non exultaret si modò te diligeret, tibi seruiret, tibi adhæreret; siquidem adeò mitis in verbis es, & adeò gratus ipso opere? Quis non gauderet hoc nomine cui facultas degenti in domo tua daretur, & quis in numero tuorum domesticorum esse non cuperet, siquidé peregrinos notos vocas, inimicos amicos, seruos socios, & ingratos fratres. Quis vnquam tantam curam domesticorum gessit, atque Dominus Iesus suorum? Nam eo tempore, quo illum inimici cogitabant in horto capere, non aliud ab illis petijt, nisi vt se in vinculis abducerent, domesticosque

Deus dux iustorum. Matth. 18.

Christus se timentes amicos & fratres vocat.

que dimitterent. In vltima cœna dicente illo, *Pater serua eos, qui in me credunt & credituri sunt*, amorem in domesticos suos clarissimè testatus est. Rogabat tam pro natis, quàm non natis; tam pro absentibus, quàm præsentibus; tam pro viuis, quàm mortuis. O quàm beata est illa anima in familia filij Dei degens, siquidem illam priusquam creetur, diligat; & iam creatam, iustificet; & posteaquam exspirauit, glorificet.

Perinde quoque figura meminit, quod incolæ Palęstinæ inuiderint Isaac patriarchę, totiq; eius familię, non quod illos lęderet, sed quia locupletior potentiorque omnibus illis euaderet. Seneca ait: periculosiorem inuidiam non esse ea, quæ ex alieno statu felici nascitur, quamdiu enim status eiusmodi durat, tam diu inuidia illa perseuerat. Intentio inuidi est, progredientem tardare, humiliare exaltatum, præcipitare felicem, honoratum dehonorare, & contristare diuitem. Maximum malum, quod inuido est, ait Cicero, illud esse, quod cùm singulis inuideat, inter omnes virus suum euomat: Inuidus enim iudicat, omnia quæ alijs dantur sibi subtrahi, alijsque labentibus se volaturum esse. Indoles ea, teste Horatio, inuidiæ est, quod vti vnius crescit prosperitas: sic alterius inuidia adaugeatur. Vnde sequitur, quod vti eum penes se pati nequit, sic acerbissimum in proximum odium cócipiat corde, maledicat ore, aliosque in eum concitando manus inijciat. Isaac nihil mali Palęstinis intulit, quippe qui non vastaret eorum syluas, nec eorũ pascua occuparet, nec eorum coniuges diuexaret, nec detraheret, nec inter eos seminaret discordias: sed iuuaret illos vti fratres, & pro filijs habe-

Qua inuidia sit periculosissima.

haberet. Quibus neglectis illi demersi adeò inuidia erant, sepultique malitia, vt bono Isaac præciperent exire terra illa, fortunas ac bona relinquere, familiamque dimittere. Quibus non contenti, in obstruendis eiusdem puteis conspirârunt, in quibus tum domestici tum pecudes aquatum ibant. In nullo melius suum odium potuerunt ostendere, ac malitiam, quàm vt Isaaco obstruerent puteos, quippe cum absq; aqua nec homines nec iumenta possint viuere.

Iudæorum erga Christũ inuidia, maior fuit quã Palæstinorum erga Isaac.

Quæ omnia vt nostro proposito accommodemus, quis vnquam hominum omnium inuidia sic exceptus est, atque Filius Dei? quid aliud apud Israelitas tantam caussauit inuidiam, nisi abundantia sapientiæ eius, sublimitas doctrinæ, integritas iustitiæ, illibataque vitæ eius castimonia? Hebræi inuidia penè rupti sunt, siquidem Christum tot scripturæ mysteria aperire videbãt, tot conciones habere ad populum, tot admirãda patrare opera, palam omnia vitia castigare, totque præclaros in societatẽ suam asciuisse viros videbant. Maior inuidia Hebræorũ, quã Palæstinorũ erat: nam Palæstini non aliud præcipiebãt Isaac, quàm secedere ex terra illa: at Hæbræi Filio Dei nõ præceperunt, & non solum suismet manibus illum exegerunt, sed etiam crucifixerũt. Obstruxerunt Isaac Patriarchæ puteos, ex quibus bibebat, sed benedicto Domino Iesu manus aperuerunt & latus, adeò vt longè maius damnum esset, Christo vitam adimere, quàm Isaaco aquam intercludere. Putasne frater mi, damnum maius fuisse Christo adimere venarũ sanguinem, quàm potabilem Isaaco aquam suffurari? Quod si quis mihi fontem obstruat, alium aperire possum, etsi

aqua

âqua potabili caream, vinum bibo: & si exigar prouincia hac, alteram ingrediar. At si quis mihi adimat sanguinem, quis alium dabit: & si discerpantur venæ meæ, quis subministrabit alias: & si auferatur vita, quis aliam vitam mihi sufficiet? Ideo inuidia multò crudelius Christum quàm Isaacum tractauit. Isaac enim honorificè terram ingressus est, & honorificè etiam egressus, intrauit viuus, viuus exijt: sed quid de benedicto Domino Iesu dicemus, cuius ex mera inuidia dissipârunt familiam, fugârunt matrem, fuderunt sanguinem, labefactarunt doctrinam, extenuaruntque famam. Chrysost. ait: Diuitias hominis esse animam, honorem, vitam, bona: nullum tamen horum quatuor execranda illa inuidia Iudæorum Christo reliquit. Animam namque illi extraxerunt, honorem illius infamarunt, vitam illi ademerunt, spoliaruntque bonis suis. Bona illius vniuersa, quid præter attritum pallium sunt laceramque tunicam, nihilominus execranda illa inuidia vtroque eum priuauit. Pallium namque carnificibus dederunt illum crucifigentibus, & togam militibus illum custodientibus. Anne potest vspiam maior paupertas inuenire, quàm qua laborauit in cruce Christus, quippe cùm extraxerint illi animam, effuderint sanguinem, ac vestimenta diuiserint? Magna fuit inuidia Palæstinorum, non tamen manus iniecerunt Isaaco, quas tamen filio Dei iniecerunt, cùm illum caperent; immò pedes, cùm protruderent; linguam, cùm blasphemarent; cor, cùm odissent.

Hominis diuitiæ quæ sint.

Auctor continuat hanc materiam, & ad hoc propositum figuram pulchram declarat.

CAPVT XL.

2. Reg. 17. *TVlit mulier velamen, & expandit super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res.* Ad intelligentiam figurę huius sciendum est, ex castris Dauidis duos veloces iuuenes, nempe Ionathan ac Achimaas missos esse ad explorandum id, quod Hierosolymis Achitophel & Absalom decreuissent contra Dauid, beneficio Chusai, qui verus erat amicus Dauidis & falsus Absolonis. Nutriante ergo Chusai his duobus iuuenibus quid in consilio decreuisset Absalom, visi sunt à puero quopiam, quod ad vrbem Ierusalem sese abdidissent, in ipsa namque comparere non audebant: qui Absaloni indicauit, illi concito gradu, ingressi sunt domum cuiusdam ciuis Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum: Tulit autem mulier & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, & sic latuit res. Cumque venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt, vbi est Achimaas & Ionathas? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. Cumque abijssent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes, nuntiauerunt regi Dauid, quæ iussisset Chusai.

Magna prudentia hæc mulier vsa est, eius enim dexteritas caussa fuit, quare duo illi exploratores erepti fuerint, & serui Absalonis decepti. Philosophus Mimus ait: consilium amici præmeditatum esse, inimici verò primum, & mulieris expeditum: si enim tempus illis datur deliberandi

randi, quid dicere debeant, eo votum eorum vergit, quo propendit animus. Expendamus ergo quis hic puteus sit, & quod velamen; & quinam illi, qui sese in hoc occultent: quinam sint, qui quærant occultatos; quænam mulier sit, quæ illos eripiat, aliosque defraudet. Quantum ad primum attinet, in veritate dicere possumus non aliud illum puteum, quàm sublime, profundum, ac nouum Testamẽtum esse. Sublime est, quia de sublimibus loquitur: profundũ est, quia de profundis loquitur: puteus est, quem exhaurire nemo potest; aqueus est, quia non nisi limpidas sacratasque res pertractat. In illa verba, Puteus altus est, ait Ambrosius. Sint tam profundæ in puteo aquæ quàm esse possint, nihilominus profundius mysteria in Scriptura sacra teguntur: funibus namq; aqua ex puteo extrahitur, sed mysteria Scripturarum assistente gratia obtinentur. Propheta dicente Domino: *Da mihi intellectum & scrutabor mandata Dei*, quis dubitaret, cùm gratiam pro intelligenda sacra Scriptura petat, illum sine peculiari Dei gratia intelligere nõ potuisse? Multa Christus dixit Apostolis, quæ illi ex defectu gratiæ non intellexerunt. Quæ cùm ita sint, quare quis dicere auderet se Scripturã intelligere, cùm non sciat sese peculiariter diuina gratia illustratum esse. Multos inuenire hominũ est, qui moritur præsiti, qui ad aquam quærendã non exeunt, qui Gentiles sunt infideles omnino: Alios inuenimus qui, aquã quidẽ quærant, neq; tamen funẽ secum asportent, & hi hæretici sunt malè interpretantes Scripturas. Alij inueniuntur qui quidem funem secum conferant, sed vrnam non habent qua hausta excipiant, qui simplices atque

Testamentũ nouum puteus est profundus.

Psalm. 118.

S. Scripturã nemo sine auxilio diuinæ gratiæ intelligere potest.

mysteriaque inter regalem ac sacerdotalem ordinem exhiberent, quid aliud significat quàm quòd in humanitate verbi Sacerdotalis dignitas cum regali cõiungenda sit? Puteum hunc in caussa esse, quare alteri liberarentur, deluderentur alteri, quid significat aliud, quàm sacram Scripturam esse caussam quare saluentur Catholici, hæretici verò condemnentur? Quod serui Absalonis puteum non inuenerint, quid aliud significat, quàm miseros Iudæos nondum Christum inuenisse? Serui Absalonis non viderunt nisi velamen ori putei superpositum, ita quoque Hebræi non nisi nudam litteram vereris testamenti viderunt, sub qua Ionathas atque Achimaas latuerunt, id est humanitas verbi & verbum ipsum. Deponite ergo ô Iudæi, deponite velamen illud insscientiæ vestræ, inuolucrumq; malitiæ vestræ, & litteræ pertinaciæque remouete. Nisi enim à vestris erroribus desstiteritis Christum occultatum in puteo non inuenietis. O quanta compassio cum Synagoga habenda est, siquidem inter illam & Christum vnicum tantum velamen fuit: quod si diuidererent id, illicò Christum Dominum inuenirent. Et quid putas linteum aliud esse, quàm contrariũ sensum ipsi Scripturæ, quem ex ea eliciunt. Exploratores illi Absalonis circuibant puteum, non tamen inueniebant hostes suos: & ipsa Biblia Hebræi circumeunt, non tamen in ea occultata mysteria inueniunt. Caussa huius est, quia non volunt velamen litteræ deponere, quo ea occultatam aquam conspiciant.

Sed vt propius rem ipsam ingrediamur, quid sunt fontes, quos aperuerunt maiores Isaaci aliud, quàm libri, quos Prophetæ, virique sancti scripse- *Prophetarũ sanctorum Libri fontes iuxta.*

scripserunt. In Ecclesia Dei de nouo aperire fontem non est aliud, quàm textus scripturæ sublimem iuxta ac subtilem sensum dare. Prudens tot aperit fontes dulcis aquæ, quot modis interpretatur scripturas; & quo obscurior Scriptura est, tãto profundius aqua extrahitur. Artificem fontis multum laborare fateor, priusquam aquam eius exhauriat; sed magis ille sapiens laborat, qui scripturam sacram interpretatur. Quod si quis tecum vellet contendere, laborem corporis maiorem esse, conatu spiritus: maiorem laborem fossionis esse, quàm studij; illi respondere, quod tanquam asinus ad lyram, aut tanquam *Saul inter Prophetas, & Sathan inter filios Dei sit.*

S. Scriptura eas obscura.

Probato ergo per fontes diuinos libros intelligi, dico amplius hos illos fontes esse seu puteos, qui excæcarunt Hebræos; qui tunc eosdem excæcarunt, cùm illos adulterarent. Palęstini obstruxerunt fontes Isaac humo, cui conformiter Iudæi faciunt cum scriptura, quàm non secundùm mentem vsumque Ecclesiæ exponunt, sed Synagogæ: non secundùm spiritum, sed litteram: neque quid Spiritus velit, sed quid illis vertiginosus dictet genius. Quid aquam obstruere terra aliud, quàm Spiritum excæcare cum littera? Nobis Christianis aperuit Christus, mundauitque puteum Ecclesiæ: sed prô dolor Iudæi sua pertinacia, hæretici sua malitia illos obstruere ac turbare nituntur: dum fidem nimirum nostram contaminant, & ad suum beneplacitum scripturas exponunt. Propter hæc omnia conqueritur Patri suo in cruce Dei filius, *quare me dereliquisti*, ac si diceret, ô Pater quare vt partim fontes doctrinæ meæ obstruant, partim lancea latus meum perfodiant, permittis?

Iudei malè interpretantur Scripturas.

Cæ-

Conqueritur Filius Dei Patri suo, quare corpus suum flagellis ictibusque acerbissimis onerarit, & cor aggrauarit curis.

CAPVT XLI.

IN flagella ego paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper, dicit Regius Propheta Dauid, ac si diceret. Fac mecum, ô mi Pater, fac mecum vt tibi collibitum est, paratus enim in flagella omnia sum, quæ mihi infligere vis, siquidem dolores illos, quos exantlare debeo, nunquam ex mente mea deperdam. Quæ verba nemo alius locutus est, nisi summopere afflictus, desolatus, & mortis reus, qui vltrò fateatur se mortem ex obedientia sustinere, patientique animo tolerare. Putásne illum mori ex obediẽtia, qui seipsum morti offert; & illum cum patientia mori, qui conqueri non nouit? Plerique inueniuntur hominum, qui laborem tantum spiritu sentiunt, vt sunt Domini: pleriq; ipso corpore excipiunt, vt rustici: plerique qui laborem nec spiritu nec corpore percipiunt, vt stulti: plerique spiritu & corpore, vt viri virtute præditi. Labor animæ seu spiritus, teste Seneca, fatigat nocte & de die quiescit, quando homo alijs occupatur: Labor corporis fatigat de die, & quiescit nocte, tum enim quieti homo vacat: quisquis verò & corpore & spiritu tristis est, ille diem consumit in sudoribus, noctemque gemitibus extrahit. Inter omnes ærumnas huius mundi maxima illa est, si quando corpus cingatur laboribus, & cor curis aggrauetur. Angustias cordis ratione ipsa mitigare solemne est, labores corporis voluptatibus moderare solemus, sed quod solatium dari potest

Psal. 37.

Quæ sit maxima huius mundi molestia.

test corporis & animę, præsertim si vnum sudet, alterum ingemat? Secundùm sensum litteralem conqueritur hic Rex Dauid de laboribus corporis: dicit enim, *Ego in flagella paratus sum*: & de angustijs spiritus, cùm ait: *& dolor meus in conspectu meo semper*: quæ propter Saulis Regis odium sustinuit, cùm patria expulsus, in cauernis petrarum degebat. Magnos labores corporis deuorauit Dauid, non solum propter longitudinem viæ, quam decurrebat, sed etiam propter magnam famem quam patiebatur. Angustias item spiritus non vulgares sensit, tum quod se in alienas exactum videret prouincias, suoque regno expulsum: tum quod se in odio Regis esse conspiceret. Et tametsi talia illa fuerint, quis nihilominus iustiore titulo dicere potest, *Ego in flagella paratus sum*, atque illud tenerrimum Christi corpus: & quis vti ille dicere poterit, *dolor meus in conspectu meo semper*, nisi eius afflictus spiritus? Indubitatum est Dauidem persecutionem passum esse, non tamen de illo legitur, quod virgis cæsus sit, quod dicere de Redemptore Christo possumus, qui non solum ad columnam à Pilato cæsus est, sed etiam miserabili illo spectaculo, *Ecce homo* populo exhibitus. Dauid de seipso dicere non potest: *Ego in flagella paratus sum*, multò minus dicere, *& dolor meus in conspectu meo semper*: Solus Filius Dei est, qui de seipso dicere id potest; ille enim & nemo alius ne vnicum quidem momentum in hac vita trãsegit, in quo nó peculiares angustias benedictum eius corpus senserit, & afflictiones eius spiritus. In humanis plura sunt, quæ terrent quàm quæ nocent, dicit diuinus Plato, toties quippe cruciatur cor, quoties futu-

rarum

rarum calamitatum reminiscitur. Si quispiam reus morti adiudicatus sit, toties cum morte luctatur, quoties eam considerat: adeò vt licet gladius illum tandem semel trucidet, imaginatio nihilominus mortis illum millies trucidet ante. Quod vt meo aptem instituto, dico, quando vnquam eiusmodi Propheta in veteri lege fuit, qui tantũ sciuit, quantũ Christus? Prædicente Dei Filio ipsi vrbi Ierusalẽ, quod in ea lapis super lapidẽ remansurus non esset, putasne eum tum temporis sciuisse, ne guttam quidem sanguinis in se esse remansuram? Cùm ergo sciret Filius Dei se moriturum, corpusque eius crucifigendum, quod gaudium habere, & quomodo lætari potuit? Duo quotidie ante oculos habuit, nempe crucem & clauos quibus affigeretur: hostesque ipsos qui interfecturi illum essent; siquidem ad instruendum illos venisset doctrina sua, & sangine redimendum. Quis adeò cordatus est ac magnanimus, qui cum tali conuersari audeat, quem certò scit sibi vitam ablaturum esse? O summa bonitas, ô æternus amor Domini mei Iesu, tu & nemo alius te persequentes tutatus es, te accusantes defendisti, honorasti te dehonorantes, & vitam adimentibus ignouisti. Quid ergo non facies ô Domine Iesu, quid non facies eorum caussa, qui te sequuntur, tibique seruiunt; siquidem talia eorum caussa facis qui te comprehendant, doctrinæ tuæ resistant, honorem tuum proscindant, & tibi vitam auferant? Anselmus ait: Filium Dei progressum esse à peccatoribus, vixisse cum peccatoribus, non ea mente vt approbaret illos, sed emendaret; nemo enim in hac vita tantam voluptatem habuit vl-

ciscendi iniurias illatas, atque Christus habuit remittendi iniurias.

Verùm vt hanc rem magis explicemus, non sine mysterio dixit Christus, *Ego in flagella paratus sum*: dedit enim intelligi, quod pluris faceret ictus quos sustineret, quàm mortem quam pateretur: generosus enim animus multò citius alapam sibi palam in foro inflictam sentit, quàm si in carceribus illi præcidatur caput. In causis criminalibus moris est nobiles ac patricios solum decollare, aut diuidere, aut strangulare: verùm seruos aut mancipia suspendere, castigare virgis, aut ferro signare: ita quidem vt secundùm proportionem peccati pœna etiam augeatur aut minuatur. Ignominia maxima est si cuipiam dicatur, apage hinc cæse nebulo, quæ de proscripto dici non potest: fit enim solum in pœnam proscriptio, sed illa castigatio, in pœnam, damnumque famæ reputatur. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, & ter naufragium feci, Et* 2. Cor. 12. quanquam tria diuersa martyrij genera hic commemoret, nihilominus apparet, quod hanc cæsionem fundamentum & caput eorum constituat. Cùm sanguine nobilis esset Christus, adeoque moribus verecundus, credendum est, magis illum sensisse quod flagellatum in illo *Ecce homo* producerent, quàm quod in montem Caluariæ cum illo pergerent. Etenim crux illi vitam abstulit, sed famam istæ flagellationes furabantur.

Tribus tormentorum generibus Christus præ alijs Tria peculiaria tormentorum genera imposuerunt Hebræi Christo præ alijs latronibus, nimirum flagellationem illam, quæ aperiebat tergum illius, spinæ quæ lacerabant caput, acetum & fel, quæ amarum os eius reddebant. Magis hoc pacto

pacto auxerint tormenta Christi quàm duorum latronum: illis quippe solum vitam adimere intendebant; at Filio Dei non modò auferebant vitam, sed etiam famam adimebant. Si filius Dei castigationem illam non sensisset acutius, quàm aliquam pœnarum aliarum, nunquam dixisset, *Ego in flagella paratus sum*, quibus sanctissimis verbis nobis monstrauit, non modò se paratum quamlibet sustinere pœnam, sed etiam omnis generis iniurias. O quanto maiorem caussam Filius Dei habuit pluris faciendi flagellationem, quàm tormenta reliqua; siquidem in alijs tormentis solum tortus est, in flagellatione verò & tortus & infamatus est. Nam dolorem solum sensit cùm flagellaretur, sed infamiam etiam tum cũ nudaretur. O mitis Domine Iesu, ô salus animæ meæ, cùm adeò teneram candidamq́ue pellem habeas, adeò purum sanguinem, adeoque viuacem intellectum, quid non sensisti cùm adeò immanes tibi ictus imprimerent, summaq; cum violentia vestimenta extraherent? Quis vnquam carnem tuam nudatam vidit, nisi faciem cùm prædicares, & pedes cùm peregrinareris, donec ad columnam Pilati detracta tibi vestimenta sunt? O quàm spontaneè te offers cùm dicis, *Ego in flagella paratus sum*, siquidem ad columnam Pilati funibus alligatus es, nudatus, flagellatus, laniatus. O Redemptor animæ meæ, ô creator vitę meæ, quãdo tandem diem illum victurus sum, quo cor meum sic nudatum erit à peccatis, atque tu nudatus à vestimentis? Bernardus in illa verba, *Ecce homo* ait; Non satis tibi est ô Domine Iesu te horto captiuum exire, validisque ad Annam funibus vinctum duci, & inde ad Pilatum circun-

Latronibus est affectus.

circundatum restibus trahi, ac deinde ad aulam omnino tristem: sed modò permittis de nouo vt nuderis ac flagelleris, teque spectãdum illo *Ecce Homo*, in foro exhibeant. Amicus amici causſa libenter exulabit, libenterq; in vincula ibit; nemò tamen sese propter alium libenter nudari sinit nec cædi. Propter amicum enim seipsum quis in periculum obijcit, fortunasque profundit, cum hac tamen lege, vt fama sua inuiolata maneat. Solus Dei filius fuit, qui dixit. *Ego in flagella paratus sum*, & vti dixit, sic quoque præstitit. Palam namque se nudari permisit & cædi, sicque cæsum palam produci, nihili dolorem illum faciens, quem sentiebat: nec ignominiam, quam exsorbebat. Illo ergo verbo: *Ego in flagella paratus sum*, nihil aliud significauit, quàm quod tam generosum animũ excipiendi tormenta haberet, tantamque redimendi mundi charitatem, vt si iterare inflictos ictus ac flagellationes voluissent, ille ad excipiendum iteratò paratissimus fuisset? Quare dicis tu, ô Domine Iesu, quare dicis, *ego in flagella paratus sum*, nisi vt illo impetu ictuum latera tibi recludantur, quo & ibidem te inimici inspicerent, tuaque amabilia viscera rimarétur? Quod dicas, *ego in flagella paratus sum*, quid aliud petis, & quid inquiris aliud, nisi vt lanceæ tibi latus aperiat, & flagella illa tergum discerpant, quo benedictum tuum videatur cor; & quanto maior sit charitas, qua cum moreris, quã tormenta, quæ pateris.

Auctor continuat hanc materiam, & supra memoratam figuram declarat.

ET *dolor meus in conspectu meo semper*: dicit præterea Christus in citato psalmo, ac si diceret. Inter omnes quos patior dolores, vnus adeò acerbus est, vt nũquã memoriæ meę excidat. Tametsi hæc Christi querimonia pauca verba complectatur, nihilominus pulchris dogmatis instructa est. De multis doloribus non queritur, sed de vno, nec dicit alienum dolorem, sed suum esse; neque eundem per interualla se sentire, sed continenter. Nisi prophetæ resurgant, descendantque Angeli ad explicanda hæc verba, quomodo diuinare possemus cuius esset dolor adeò durabilis, cuius querimonia finem non haberet? Si Filius Dei æger fuisset, aut podagricus, aut hydropicus, possemus discurrere quo laborasset morbo & quos dolores exhausisset; verùm cùm de illo non legamus, ægritudine aliqua sua imbecillitate correptum esse, quis, qualis dolor eius dolor esset conijceret? Neque facilè rdeò diuinare est, quia vnicum tantum vocat dolorem, cùm ait: *dolor meus*. Et hinc nescimus num dolor, quem tristitia caussauit & agonia, fuerit; num quem ad columnam sustinuit, aut lancea excepit, aut quem in egressu animæ sensit: quiuis enim dolorum horum non solum ipsa cogitatione doloroſus est, sed multò magis ipsa passione. Quod Christus dicat, *dolor meus in conspectu meo semper*, non modò admirationem, sed etiam terrorem deberet incutere. Cùm enim Christi dolores tot numero fuerint, adeoque acerbi in ipsa

passio-

passione, quare ergo de vno solum queritur, cùm tamen numero infiniti sint? Negare non possumus dolores Christi numero multæ vehementesque fuisse, vnus tamen est præcipuus ex omnibus. Quis dolor huic dolori conferri potest, qui initium in hac vita sumat, nec finem in altera sortiatur? Qui dolor est maxima ingratitudo nostra, tum quia nos redemit, tum etiam neglectus illius, quod se affigi clauis cruci indulserit ob salutem nostram: adeò vt dolor ille de quo queritur non proficiscatur à spinis, nec à clauis, sed ab ingratis hominibus, neque beneficia præstita agnoscentibus.

Maximus dolor christi est nostra ingratitudo.

Bernardus ait: Num scire cupis qualis homo à Deo creatus sis, tunc considera, quæ tui caussa peregerit: adeò vt in tua humanitate cogniturus sis opera immensæ eius bonitatis. Quãto magis se Deus tuus in ipsa humilitate deiecit, tanto te meliorem fecit; & quanto se contemptibiliorem fecit propter me, tãto magis familiarem me tibi fecit. Quare caue tibi, ò homo, ne superbias; caue tibi, quandoquidem ex luto formatus es; & caue tibi ne in Deum tuum ingratus sis, quandoquidem ingratus nunquam Deo acceptus est. Peruersi animi argumentum est, si quis caussam sese excusandi capter, ne gratus sit propter accepta beneficia, solummodò apud profligatissimos locum habens. Difficile est, teste Cassiodoro, pati, difficilius verò dissimulare sapientem ac prouidum virum nullum commodum ex laboribus exhaustisque aduersis capere, & inde damno graui vexari, vnde remedium sperauisset: adeò vt damnum sine sua culpa ferat, labores sine caussa, pœnam sine peccato, & sine

Ingratus Deo non est acceptus.

hostibus

hostibus persecutionem. Mores sanè flagitiosorum longè peiores essent, si nemo esset qui redargueret vitia, nec remuneraretur virtutes. Lactantius Firmianus ait: Quod summopere miror est, homines in morbis se commendare Deo, in periculis belli ad Deum confugere, & peste grassante pietatis operibus vacare, & in maris tempestatibus se Deo consecrare: vbi verò se periculo subductos vident, nemo est qui de Deo cogitet. Ingrati natura est, referente Seneca, tanto magis odisse proximum suum, quanto magis illi obligatus est: immò quod pessimum est, optat illi & mortis accelerationem, ne illi gratias ob accepta beneficia referat. Non exiguum æstima infortunium, si talem amicum nactus es. Vti enim beneficium ex amico inimicum facere solet, perinde & ipsum beneficium ex amico inimicum facit.

Cicero ait: *clarissimi viri Athenis pulsi, carere ingrata ciuitate noluerũt, quàm manere in improba*: ac si diceret, multi viri Athenis exacti sunt non propter delicta, sed propter inuidiam. Atque ideo maluerunt inde pelli, quàm sic viuere. Valerius Maximus ait: Inter præclaros eximiosque viros Lacedæmoniorum, certè præclarissimus Lycurgus fuit, nullus enim successorum vel illum eruditione, vel integritate vitæ superauit. Atque ideo num hominum, an verò Deorum numero inferendus sit relinquo. Sed licet oraculum Apollinis illi tantam laudem tribuerit, & licet integer vita, eruditus scientijs, constans in laboribus, in condendis legibus prudens fuerit, non tamen omnes hæ virtutes ab ingratitudine ciuium suorum potuerunt defendere. Quippe non maledicis

cis verbis solùm, sed etiam crudelibus operibus odium suum in illum exhibuerunt: nunc inflammantes domum eius, nunc lapidare cogitantes, nunc reuellentes illi oculum, nunc vrbe expellentes, quoad ille pro gratiarum actione, quod 30. annis felicissimè imperasset, in exilio vitam abijcere coactus fuerit. Plautus in quadam comœdia refert nullũ amorẽ collocari peius, quàm qui ingrato impenditur: quisquis enim ingratum amat, nihil amat.

Quod ingratitudinis vitium nulla alia de causa sic depinxi, nisi vt videamus iustissimam causam habuisse Deum de ingratis querendi: si enim viriliter ab ethnicis Philosophis proscissi sunt, iniquum esset si à Christianis proscinderentur. Cyprianus ait; conqueri Christum super ingratitudine nostra. Quod enim in ligno mori voluerit, non ideo nos obligauit, vt in eiusmodi illum tormentis sequeremur, nec moreremur gladio, sed vt sæpius Passionis eius recordaremur, & ex toto illum corde diligeremus. Quomodo enim possibile est, teste Bernardo, te posse teipsum propter fidem Christi in mortem obijcere, qui nunquam tota vita vel minimam mortis eius cogitationem susceperis. Petisne (inquit Vbertinus) vt in hora mortis tuę eius mors prosit tibi, in dies eius mortem rememora: nũquam enim filius Dei eorum obliuiscitur, qui suæ passionis memores fuerunt in vita. Quod Christus dicat *dolor meus in cõspectu meo semper*, ideo dixit, quia inter omnes dolores grauissimum ipsa ingratitudo caussauit, & inter omnes malitias malitia pessima ingratitudo est. Si enim nullus ingratus esset in Deum, nec in mũdo peecatores essent. Ingratitudinem Chri-

Ingratitudo pessima est malitia.

stus

tus vocat dolorem, quia dolet iugiter ac cruciat. Dolor enim spinarum euanuit, dolor flagellationis desijt, & dolor crucis cum ipsa cruce terminatus est; verùm execranda illa ingratitudo innouatur indies.

Dicit etiá Christus dolorem suũ esse, de quo queritur, non alterius, dicit quippe, *dolor meus*, quo amabili verbo docet maiores dolores ideo sentire, quod nos peccantes aspiciat, quàm nos sentiamus quod peccatores simus. Christum verò dicere *dolor meus*, & non *dolor noster*, significat nos homines non adeò magnum sensuros dolorem cùm castigantur, quàm mitis Dominus Iesus, cùm nos castigare debet. Vtinam huiusmodi dolorem de peccatis meis conciperem, quàm Deo propter ea me castigare displiceat, ego certè abstinerem à peccato, & ille nihil quod castigaret, haberet.

Denique conqueritur Dominus, non solùm quod patiatur magnum dolorem, & quod eius sit, sed etiam quod ille dolor iugiter oculis eius obuersetur, siquidem adijcit *semper*. Cùm enim non desinimus Deum quotidie offendere, necessariò sequitur dolorem compassionis illi non deesse. Quare desine ô frater mi peccare, desine, & sine dubio pœna cessabit. Quum dici audis Deum dolorem aliquem pati, non existimes eiusmodi dolorem esse quem modò sustineat, sed quod interna quædam compassio sit, quam erga nos habeat. Dicente verò in ligno crucis filio Dei, *quare me dereliquisti*; haud dubiè conqueritur, quare æternus Pater eiusmodi illi graues dolores propter ingratissimum populum, imponat.

Conqueritur Filius Dei coram Patre suo, de ingratitudine Synagogæ, quam toto vitæ suæ tempore humeris suis portarit.

Isaiæ 46. AVdite me domus Iacob, & residuum omne domus Israel, qui portamini à meo vtero vsque ad senectam: dicit Deus per Isaiam Prophetam, ac si diceret. Audite me, ô reliquiæ Israelis, ego enim sum Dominus, qui vos portat humeris, à natali vestro vsque ad diem obitus vestri. Quibus paucis verbis, multa subtilia mysteria Deus complectitur. Primò enim inclamat *audite*: deinde quis clamet, indicat, dicens *me*. Tertiò quem inclamet, ostendit, scilicet *domum Iacob & residuum Israelis*: & quartò quantopere nos diligat, inquiens, *qui portamini ab vtero vsque ad senectam*. Ante omnia hic expendendum est quare Deus domum Iacob à domo Israelis seiungat, & quare domum Iacob nominet totam, domum verò Israelis residuum, siquidem dicit, *audite me domus Iacob, & residuum omne domus Israel*.

Cùm Israel & Iacob, domusque vtriusque vnum quid erant, quî fit, quod vna cadat & altera constans perseueret? In veritate olim non habuit nisi vnum Deum Synagoga, vnum populum, vnam gentem, vnum templum, vnum Regem & vnam legem: quamprimùm verò peccauerant, Deus vt diuiderentur permisit. Per vnam domum & alteram, Ecclesia ac Synagoga accipiuntur, quarum vna, scilicet Ecclesia Iacobo cessit, constanterque perstitit: sed domui Israelis Synagoga obuenit, quæ diuisa est, non tamen omnino extincta: non quia merita non erat, sed quia omnia quæ scripta, nondum erât completa.

Ad

Ad hanc prophetiam dixit Angelus in sua legatione virgini: regnabit in domo Iacob, & non in domo Israel: occidebat enim sensim Synagoga: & in filio sensim oriebatur Ecclesia. Vocat ergo Deus domum Iacob, quæ est Ecclesia; & residuum domus Israel, quod Synagoga est: *residuum Israel* fuit S. Petrus: *residuum Israel* fuit S. Paulus: *residuum Israel* omnes eiusdem collegij socij fuerunt, quos Filius Dei vt residuas micas collegit, compegitq; ex vniuerso populo Iudaico.

Cùm ergo sciamus, quæ *domus Iacob* sit, & *quod residuum domus Israel*, expendere præterea volumus, quid Deus illis velit, quare illos vocet, & eiusmodi cum illis verba misceat, qualia ante tum nemine miscuisset, nempe quod ab vtero eius portetur, & ab eius corpore gestentur. Quod Deus ab illis exigit nihil est aliud, nisi vt in eum credant, illumque audiant: dicit enim *audite me*, beneficiaq; à se illis præbita inculcat: dicit quippe, *qui portamini ab vtero*: adeò vt si aliquo loco apud Deum esse velimus, & credere verbis eius, & propter beneficia grati esse debemus: Si opponere, teste Ruperto, mens est, id quod à nobis exigit Deus & quod dat nobis; profectò longè maius illud est, quo ille se nobis obligat, quàm quo nos sibi: non magis enim nos obligat, nisi vt in illum credamus, seipsum verò ad gubernandum nos & conseruandum deuincit; *ab vtero vsque ad senectam*; id est, à die natalis nostri vsque ad diem obitus nostri obligat se Deus ad hoc, vt enutriat nos tanquam filios, & conseruet tanquam fratres, adeò vt tanquam misericors Dominus ea suppeditet, quibus indigemus, & consulat, quæ facere debeamus. O immensam bonitatem, ô ineffabi-

lem amorem Domini mei, siquidem illo verbo, *ab vtero portamini* te obligas ad suppeditandum ea, quibus indigemus; & illo, *audite me*, ad consulendum ea, per quæ saluemur. Longè melior est Deus Pater nos creans, quàm homo nos educans. Dicit enim, *qui portamini ab vtero*, quo docet non modò se prouidere velle nobis ab omnibus necessarijs, sed etiam iniquitates nostras dissimulare. O quàm bene dicit Dominus, *qui portamini ab vtero*. Etenim toties portat suo nos dorso, quoties peccata nostra dissimulat. Si verò secundùm rigorem iustitiæ suæ nobiscum in pœnis procederet, nostri nulla superesset memoria. Nisi enim Deus nos ferret suis humeris, aut dissimularet peccata nostra inuitando ad pœnitentiam, vix vnam aut alteram horam puniret nos: ad damnationem quippe nostram solus primorum parentum lapsus sufficeret. Vbi est Pater temporarius quispiam, qui tantum patiatur à filio suo, quantum à nobis patitur ac tolerat Deus? Vbi est Pater, qui diutius gestat infantem suum hora vna, cùm tamen Deus manibus suis toto vitæ tempore nos portet? Priusquam nascamur peccato illum originali offendimus, nati verò mortali, & per reliquá vitam venialibus; quibus nihilominus neglectis, portat nos ab *vtero vsque ad senectam* tanquam filios, tractatque vt fratres. Et quid dicam amplius? nisi quod in vtero Matris nostræ malitia nostra cum eius bonitate decertat, dum ille ignoscit nobis, nos illum offendimus? O æterna bonitas, ô inauditus amor, quæ mater, vel quis pater tantum propter filium aut filiam fecit, quantum tu, ô Domine Iesu, fecisti propter meam peccatricem animam? Non est

vllum

vllum in mundo animal, quod fœtum suum lactet triennio; verùm noster æternus Pater, & Christus eius filius, dat nobis *lac* gratiæ *ab vtero vsque ad senectam*, panem doctrinæ suæ porrigit, perfugium Ecclesiæ, remissionem misericordiæ, & coronam gloriæ præbet.

Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, dicit Apostolus; ac si diceret: O Galatæ ne miremini quod tam seriò vos exhorter, & nomen Christi exaltem tantopere. Scitote enim illum propter magnã illam charitatẽ, quam erga nos gerebat, se crucifigi permisisse. In veritate noua res est, quam diuinus Paulus his verbis complectitur, si quis enim Scripturæ sacræ loquendi modum non nosset, scandalizari posset. Dum dicit Apostolus Christum crucifixum esse propter se solùm, non nominatis alijs, apparet ac si vniuersum mundum à Redemptione excluderet. Quid est hoc, ô diuine Paule, quid hoc? Si Filius Dei *tradidit semetipsum pro te* solùm, quare generalem illum omnium Redemptorem prædicas? Erant forsan peccata tua adeò immania & grauia, vt toto Christi sanguine ad abolendum eguissent? Si Deus propter vnius peccati curationem debuit in hunc mundum Redemptorem mittere, quî fieri posset, æternum Patrem tot redemptores mittere, quot peccata essent, quippe qui alterum, à Christo filium non haberet. O Sancte Paule, dic mihi, quî possibile est eiusmodi humanitatem eximiam, adeò fructuosam vitam, adeò salutarem doctrinam, adeò copiosam Redemptionem, adeoque mortem terribilem, solum tibi impensam esse, neque cuiquam alteri, à te, vsui esse? Si verum est, ô diuine Paule, quod *tradidit semetipsum pro te*, & Galat. 2.

non tradidit semetipsum pro me, quid habeo à Christo expectare amplius, nisi quod à Sancto quopiam Prophetarum *tradidit seipsum pro* te, & non *pro me*, æquũ esset, vt tu solus & nemo alius propter mortem ipsius gratus esses. Verùm hoc non admisisset vnquam diuina illa bonitas, vt solus Apostolus Paulus redimeretur, & totus mundus Christi sanguine spoliandus esset. Eius enim Redemptio tam fuit copiosa, tamque abundanter sanguis fusus est, vt ex parte illius copiosa adhuc supereſſet Redemptio; & ex parte nostra, nihil ad nos redimendum deesset. Profectò ex parte illius superfuit Redemptio, quippe cùm tota Redẽptio vnica sanguis gutta peragi potuerit: & parte nostra nihil defuit: si enim centum mundi redimendi fuissent, hoc pretio fieri potuisset. Dixit ergo, *tradidit semetipsum pro me* Apostolus, non ea mente, vt extenuaret Passionem Christi, eiusque Redemptionem contraheret, sed vt coram toto mundo fateretur, se obligatum esse filio Dei tantum, quod propter se in cruce esset passus, quantum si propter se solum id sustinuisset.

Vnica gutta Christi sanguinis pro redemptione sufficiens fuit.

Rom. 9

Cùm diuinus Paulus diceret, *optabam esse anathema pro fratribus meis*, nõ sibi primum locum in participatione sanguinis Christi dari voluit, siquidem optauit potius segregari à communione fidelium, quo totus mundus redimeretur. Augustinus ait: Vti Dominus peccatum vniuscuiusque nouit sigillatim, sic etiam sigillatim vnumquemque redemit: adeò vt quisque tantum illi obligatus propter sanguinem eius ac mortẽ sit, quantum si pro illo solo fuisset mortuus. Theophilus ait: Vti in creatione tantopere Deo obligatus es, ac si te solum, & neminem alium creauisset, tantundem

Lib. de vita Christiana.

rundem illi in redemptione debes, quasi te solum & neminem alium redemisset. Cùm enim te emeret, tantum pro te dedit pretium, quantum pro omnibus: & tantum pro omnibus, quantum pro te. Ne existimes, teste Anselmo, gregatim Christum nos coëmisse, vti lanij pecudes coëmunt, sed vnumquemque figillatim, & figillatim pro vnoquoque vniuscuiusque peccato satisfecit: adeò vti in mundo multos homines inuenit, perinde etiam omnes redemit. Nam si vel vnicam peccatis deformatã animam inuenisset, ille quoque suum benedictũ sanguinẽ impendisset. Isidorus ait: Aduerte ô Christiane, aduerte, non minus Christum pro te sanguinis, quàm pro me dedisse, nec minore te amore, quàm me redemisse. Vnde factum est, vt cùm adeò amore nostri ebrius esset, non pretium, valoremque quem expendit respexerit, sed amorem, quo cum redemerit. Si benedictus Dominus Iesus tam respexisset in contractus huius vilitatem, atque in amoris magnitudinem respexit, ne vnicam quidem guttam sui sanguinis expẽdisset. Si humana natura vnita Angelicæ fuisset, atque vna ex vtraque facta, quid potuisset illa, quid præstitisset, quid meruisset, quo filius Dei illius causa vel vnicam guttam effudisset? Rabanus ait: Christum pro nobis mori voluisse, acceptum referamus amori eius, quem in nos gerebat, non verò alijs meritis. Si enim tam diu debuisset expectare, quoad ab illo meriti fuissemus, adhuc humanam carnem assumere cogeretur, & nos redimere. Origenes ait: Vti Sol oriens tam vnum quàm alterum, immò omnes promiscuè illustrat, sic etiam filius Dei tam pro vno quàm pro omnibus mortuus est. O quàm in-

finita bonitas, ô quàm inauditus amor est, quod pluris feceris meam animam, quàm tuam vitam; meum honorem, quàm dehonorationem tuam; mei Redemptionem potius, quàm tuam passionem; meumq; remedium potius, quàm damnum tuum. O quàm iust ãcausſam dicendi Apostolus Paulus habuit, *tradidit semetipsum pro* me, dum sibi nimirum totũ pretium sanguinis Christi arrogat, non respiciens quanti æstimaretur, sed quantum se obligaret. Conqueritur ergo filius Dei Patri dicens, *quare me dereliquisti?* quod se, non verò Synagogam puniat, quam creauerat, & suis humeris portauerat.

Quo pacto Christus conqueritur de ingratitudine nostra, cùm in se omnia peccata nostra receperit.

CAPVT XLII.

Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? dicit Christus per Prophetam Isaiam, ac si diceret. Quid posset homo vineæ suæ causſa amplius facere, & quid posset amplius in subditorum gratiam præstare Dominus, quod ego non præstiti in tui gratiam, ô Synagoga? Efficacia in primis verba hæc, auditu iniucunda sunt; partim enim Deus queritur de Synagoga, partim cum ea rationem inire vult, quod illa & non ipse culpabilis sit, priusquam illam puniat, & pœnitentiam imponat. Vti amicus de amico queritur, ita Christus cum Iudaico populo loquitur, illumq; vult conuincere multiplicibus illis beneficijs, quæ illi exhibuit, ipsaque ingratitudine propria quam rependit. Potuisset Deus puniuisse Hebræos in cõtinenti, & meritò, sed antè voluit ingentia beneficia illorum oculis obijcere, quæ accepissent à se, grauissimaque peccata, quæ dissimu-

lassent

lasset; ne deinceps causſam haberent iam puniti de illo querendi. Pulcher modus abrenuntiandi est, cùm amicus amico proponit ea, quæ illius causſa fecerit, & quantis illum periculis subtraxerit: sic enim non modò illi abrenuntiat, sed confundit illum. Hieronymus ad Marcellam ait: Summa gratiarum omnium, quam nobis Deus exhiberi potest, est, quod in bonam nos viam deducat, quo boni simus. Eripientibus enim nos ex periculo, & gratiam suam exhibentibus pari modo obligati sumus. Gregorius in Psalm. ait: Postquam docuisset nos Redemptor orationem dominicam, nõ modò eo, *da nobis hodie*: sed etiam, *libera nos à malo*, complexus est, quibus significat, nõ modò nos rogare debere, vt auxilietur nobis, sed etiam vt periculis eripiat.

Quid Deum rogare debeamus.

Per illa verba: *quid vltra debui vineæ meæ facere, & non feci*, ostendit Isaias propheta, quot beneficia nobis exhibuerit Dominus; & per illa verba, *tradidit semetipsum pro me*, significat Apostolus Paulus, quanta ad redimendum nos Dominus passus sit. Rectè dicit Dominus, *quid vltra debui facere?* Nam carnem assumpsit, mundauit nos à peccatis, dedit suam gratiam, suæ incorporauit Ecclesiæ, & suæ gloriæ capaces fecit. *Quid vltra debuit facere?* Corpus suum sumendum reliquit, reliquit sua merita nostris vsibus accommodanda, suos Sanctos reliquit nobis imitandos, & ad vtendum sanctissima Sacramenta. *Quid vltra debuit facere?* creauit corpus nostrum ex nihilo, animam nostram ad suam imaginem, Angelos ad nostri custodiam, amplissimoque terræ ambitu nos donauit. *Quid vltra debuit facere?* Præcepit enim Soli vt nos illuminaret, terræ vt conseruaret, igni vt ca-

Christus quæ nobis fecerit beneficia,

lefaceret, aquæ vt lauaret, aëri vt refocillaret. *Quid vltra debuit facere?* intellectum enim dedit discernendi bonum à malo: memoriam ad reminiscendam iustitiam, & voluntatem ad amãdum bonum & vtile. Christiane mi, si forsan putares, omnia memorata beneficia vilia esse, recogita adhuc multò maiora restare, quorum immemor factus es, & quorum quoque rationem in extremo iudicij die à te exiget. Cupisne scire, quas gratias intelligã, nobis à Domino exhiberi solitas, & quæ mala depellat à ceruicibus nostris? aduerte: Sunt angustiæ spiritus, afflictiones cordis, timores vitæ, & maculæ honoris à quibus infestamur indi- minimè cogitãtes: adeò vt nisi Dominus nos sua sustẽtaret manu, in periculis victuri essemus, & in ærumnis morituri. Malum nos vexans semper, atq; nos inuadens identidem, est immanis mors; intolerabiles tristitiæ, lamentabiles lacrymæ, vehementes dolores, timoresque importabiles. Quæ mala quinque nos omnino extenuant: adeò enim communes in dignitate constitutis, adeoque vulgares plebeijs, vt hactenus nullum qui exemptus ab ijs fuisset viderim, nec à quoquam qui eas ante mortem non sustinuisset, audiuerim. Si quiuis ingrediatur seipsum, inueniet se hæc quinque recensita mala in seipso experiri. Singulis enim momentis nihil aliud videmus, quàm vnumquemque suam infelicitatem deplorare. Ne verò putes me temerè loqui de singulis malis aliquid dicam & indicabo, quo pacto quodlibet ipsi experiamur.

Quibus potissimum malis mortales sint.

Quantum ad primum attinet, nimirum mortem, quis vnquam de muliere natus est, quẽ mors non extinxerit, & in sepulchrum intulerit? Seneca ait:

ait: hac lege nos natos esse, vt moriamur: potest enim Dominus liberare nos à tributo, sed non potest (propter legem latam in nos) liberare à morte.

Mors omnibus communis.

Alterum verò sunt lacrymæ, quis vnquam in hac vita adeò iucundam vitam exegit, qui non aliquando lacrymatus fuerit? Naturale homini cuiuis flere est, dicit Horatius, vt flétes nascamur, vt viuamus, & moriamur flentes. Demosthenes ait: ad omnia munia discenda opus habet Magistro homo, excepto fletu: quippe qui nulla re sic abúdet, atque cordis angustijs, linguæ querimonijs, oculorumque lacrymis.

Flere hominis naturale est.

Tertium fuit tristitia: Quis fuit vnquam hominum adeò quietam, adeò inconcussam vitam ducens, qui non aliquando gemitum edidisset. Bene dicit Ecclesia in Salue Regina, *ad te suspiramus gemētes, & flentes.* Nam eiulare, flere, gemere, adeò humanæ tristitiæ affinia sunt, vt citius nos mortuos, quàm separatos ab ijs videamus. Angustiæ cordis & tribulationes animæ tam multæ sunt, vt eiulatus putetur medicina esse, gemitus solatium, & fletus quies. Sæpe enim afflictis contritisque corde accidere solet, quod quo magis fleant oculi, tanto magis cor tranquilletur.

Quartum dolores sunt: Quis vnquam adeò fortis ac sanus fuit, qui non ab aliqua ægritudine, aut morbo vnquam deiectus fuerit, aut dolore vexatus? O quàm bene dicit Apostolus, quod thesaurum habeamus in vasis fictilibus, adeò enim inanes virtutum sumus, adeoque infirmitatibus obnoxij, vt cauere nobis à Sole debeamus, ne nos vrat; ab aëre, ne nos deformet; ab aqua, ne nos suffoces; a cibo ne nos obruat. Inferiora corpora,

pora, quia superioribus subiecta sunt, magnas difficultates ac pericula propter astra influentia sustinent: cum mutatione namq; elementorum mutantur & homines. Ad cuius probationem meipsum in exemplum accipiam, nam vno aut duobus diebus ante, quàm Lunæ coniunctio fiat, eius me facit memorem podagra. Non sunt meliores diuitię in hoc mundo quàm sanitas, omnes enim alias afflictiones, aut curantur à tempore, aut à ratione temperantur.

Quintum deniq; malum est, timor: quis enim hominum vnquam vixit, qui non timore aliquo perculsus fuerit, aut cuius cor nulla sollicitudine concussum fuerit? Menander ait, Necessariō in humano corde aut gaudiū, aut tristitia regnare debet: amor aut odiū: quies aut inquies: spes aut timor: verùm tristitia, odium, timor maximè in corde nostro dominantur: rarò enim experimur, gaudium, amorem, quietem in nobis esse. Tametsi, teste Cicerone, multa sint, quæ amemus, multo tamen plura sunt, quæ odimus: & quod pessimum est, quotidie mutatur amor, sed timor nunquam abit à nobis. Sit vultus alicuius quantumlibet iucundus, & os quantumlibet hilarum, & quantumlibet diserta lingua, nihilominus cor semper oneratum est metu: metuit enim ne aut honore spolietur, aut bonis, aut vita, aut dilecto exuatur. Quod potest, Xenophonte docente, in corde hominis regnare gaudium, quandoquidem foris tot dolores patitur, & intus tam multiplici timore vexatur. His probati sint, quinque illi dolores aut mala, à quibus indies infestamur, quæ probare non fuisset necessarium, siquidem valemus, prò dolor, vnumquam-

quemque mori, flere, affligi, queri, ac timere. Quod si hominum quempiam adipisci possemus, qui sese obligaret ad curandum dolores nostros, & ad sanandum timores nostros, quid negaremus illi, & quid non daremus? Quod si liberaliter soluamus, medico vnum nobis dolorem adimenti, quid non dabimus si commemoratos dolores omnes nobis auferat? *Verè languores nostros ipse tulit*, dicit Isaias Propheta, ac si diceret: Redemptor mundi, & primogenitus sæculorum est, qui in se suscepit infirmitates nostras, nostrisque se doloribus onerauit. Magni fecerunt veteres Aesculapium primum medicinæ inuentorem, Græci Hippocratem, Thebani Antonium Musam primum suum chirurgum, Romanique Archegnatum primum suum medicum, quem diu adorarunt vt idolū, deinde lapidibus in campo Martio obruerunt. Nunquā neq; Græci, neq; Thebani, neque Romani tales habuêre, qualem nos in Christo habemus. Medici totius orbis nil nisi diuinare norunt, sed noster Medicus & scientiam ad diuinandum habet, & experientiam ad curandum, & potentiam ad sanandum. Augustinus ait: eiusmodi modum curandi nunquam fuisse in mundo, atque secum Christus attulit, omnes quippe Medici priores illo, si quempiam inuenissent ægrum, relinquebant ægrum, & similiter doloribus occupatum relinquebant in doloribus: sed mitis Dominus Iesus nunquam manum ægro imposuit, quem non sanauit. Euangelium de Christo testari *totum hominem saluum fecit* (scribente Hilario) non accipiendum esse de corporali infirmitate, ex corruptis humoribus progrediente; sed infirmitate spiritali ex inue-

Christus experti simus est Medicus dicit.

teratis peccatis nascente. Ab omni mea infirmitate, labore ac molestijs tum me curauit Filius Dei, cùm in se suscepit. Cùm ab antiquo nanque apud me consenuissent, quî fuisset posibile, quêquam mihi adimere ea potuisse; nisi in se transtulisset ille? Ille in se mortem meam transtulit, cùm moreretur in cruce; in se meam tristitiam suscepit, cùm in agonia illa extremisque esset angustijs; in se lacrymas suscepit meas; cũ meas lacrymas ipse defleret: se onerauit dolore meo, cùm acetum ac fel gustaret; immò timore, cùm vti homo mortem timeret. Si mundanus Medicus patientem inuisat, pulsum tangit, certumq; illi receptum ordinat, ac diætam præscribit. Quod si febri illum grauatum videat, deserit illum febricantẽ, adeò vt potius ille consultór vocandus sit, quia consulit; non verò medicus, quia non sanat. Non admittat Deus, vt vnquam hoc de Medico nostro dicamus. Nam cùm de cælo in terram descenderet ad curandum, ipse æger infirmusque factus est: & curauit quidem ægros, infirmisq; vitam reddidit, sed nihilominus ipse medicus vitam perdidit. Causa erat, quia ab infirmis ipse mutuabatur infirmitatem, ac sanitatem reddebat. O quàm felicem permutationem; ô quàm prosperam versuram ô Domine Iesu fecisti: tuam enim bonitatem mea malitia permutasti, tuam misericordiam mea iustitia, tuã sanitatem mea infirmitate, tuam innocentiam mea malitia, & tuam pœnam meis culpis.

Et quia superius quinque præcipua mala numerauì, quæ humannum genus infestare solent, hic ostendam quo pacto filius Dei languores nostros tulit, & labores nostros ærumnasq; suscepit.

pit. *Verè languores nostros ipse tulit* in horto Getsemani dicens: *Tristis est anima mea*: nam per luctuosa verba animæ suæ omnes nostras tristitias imposuit, contra in me omne suum gaudium transfudit. Vbi gaudium nostrum initium sumpsit, nisi in maxima eius tristitia? Quamdiu Deus experientia ipsa non didicisset, quidnam esset tristitia, neque nos homines vnquam sciuimus, quidnam esset gaudium: & ab illo die, quo ille sese conuertit ad fletum, nos conuersi simus ad risum. *Verè languores nostros ipse tulit*, cùm mitis Dominus Iesus genuflexus in horto Patri suo diceret: *transeat à me calix iste*. Nam tum in istis mortis angustijs omnem meum timorem terroremque in se transtulit, quo mihi omnem timorem eriperet. Priusquam in se humanam carnem suscepisset, à multis timebatur, sed ille timebat neminem: verùm miser homo timebat quiduis, & nihil timebat illum: at posteaquam Christus velut timidus dixit, *tristis est anima*, nihil est, quod timeamus amplius, nam illius timor sufficiens est, ad animum toti mundo addendum. Bernardus in illa verba, *cum ipso sum in tribulatione*, ait: Cùm te per hæc verba, ô Domine Iesu, obliges vt mihi assistas, quare & à quo mihi timerem, siquidem tu caro factus es; timere mihi à Diabolo non debeo, siquidem illum destruxisti; non à peccato, siquidem id excidisti; non à mundo, siquidem illum superasti: & non ab homine, siquidem illum redemisti, ô Domine Iesu, non timebo sed amabo. Priusquam homo fieres, ego eram, qui timebam; iam verò sum ille, quem alia timent. Timet enim me peccatum, quod illud non admittam: caro, quod ipsi non abblandiar: malus spiritus,

Christus quo pacto languores nostros tulit.

tus, quod in illum non credam: mundus denique quod eum non sequar.

Verè languores nostros ipse tulit, quando in ligno crucis cum *clamore valido & lacrymis exauditus est*, quibus abluit peccata nostra. *Verè languores nostros ipse tulit*, extremo vitæ halitu, quando *inclinato capite tradidit Spiritum*; quando mortem in se transtulit, quam illi præsentabat Pater, vt nobis largiretur vitam. Tum primùm timorem pudoremq; mortis perdidimus, cùm Christus mortem timeret. Nemo miretur Christum mortem timuisse, sed quod mirandum sit, est, Martyres non timuisse mortem, sed vltrò mortem accersiuisse. Multò namque lætiores ibant ad Martyrium, quàm modò ad coronationē suam Principes. Queritur ergo Patri filius Dei, *quare me dereliquisti*: cùm enim in se omnes nostros dolores susceperit & culpas expiandas, non esset æquum, si adeò ingratos nos illi exhiberemus.

Queritur Christus Patri suo, quod tam malè ex inuidia tractatus sit, & quo pacto in Samaria caput asini 80. argenteis venundatum sit, & Christi 30. solum venditum.

CAPVT XLIII.

Gen. 37. INuidebant ei fratres, nec poterant ei quicquam loqui; dicit Scriptura, ac si diceret: Seniores filij Iacob, adeò inuidebant iuniori fratri Ioseph, vt nec audire, nec videre eum possent. Tantus inimicus S. Paulus fuit inuidiæ, vt illam caput faceret ac fundamentum perditionis humanæ: propter inuidiam, inquit, intrauit mors in mundum, qua de causa ex fundamentis examinare volumus, quid propriè sit inuidia, quid mali designet, & quomodo Regina vitiorum sit. Inuidia nihil aliud, teste

Inuidia caput perditionis humanæ.

Inuidia quid sit.

teste Aristotele est, quàm passio animæ, mortifera tristitia de honore alterius, sibimetipsi fingens, quod ad damnum proprium vergat. Horatius ait: Miseria, quam adfert inuidia, non consistit in oculis, videri enim posset; nō in manibus, quia tangi posset; non in lingua, quia audiri posset. In penetralibus cordis sedem suā habet intimis, vbi queritur de singulis, suumq; dominum excruciat. Matrem inuidiæ, dicit Menander, esse inflatam superbiam, & execratam ambitionem: quare non facilè se separant, ab inuicem inuidia ac superbia, & superbia ac inuidia. Anselmus ait: Aufer inuidiam, & tum omnia tua mea erunt, & mea tua. Ex inordinato amore meijpsius, tantopere excreuit inuidia, per quam inimicitiam in simplices suscipio, ne mihi similes fiant; & in digniores, ne me præuertant. Discrimen inter inuidum ac malum est, teste Hieronymo, quod inuidus omne bonū odit. Gregorius ait: Malum inuidere nemini, nisi illi, quem in sublimiore dignitate vigere videt: quo enim magis illum videt accrescere, tanto magis se videt decrescere & absumi. Caue tibi mi frater, caue: Inuidia enim nihil est aliud, quàm ægritudo intellectum affligens, adurens pectus, consumens viscera, cor conterens, vitam abbreuians, obscurans memoriam, & damnans animam. Inuidia, teste Seneca, non in eos exit, quos inuidus sibi subiectos habet, sed in eos, quos superatos habere nō potest: multò magis cauere nobis ab inuidia amicorum debemus, quàm ab inimicitia hostium. Inimicus enim inimicitiam lingua prodit, à qua mihi cauere possum, sed amicus inuidiam corde sepultam ferens, à me cognosci non potest, nec vitari. Laertius ait, vrinam omnes inuidi oculos

suos per orbē explicarent, vt quemadmodū bonorum status fauſtus, eorū perpetuū tormentum eſt; totidem ipſi etiā tormentis vexarētur, quot fortunatos viderent. Neminē in hac vita honorē adeptū eſſe, faretur Diogenes, quem non inuidiæ vermis acceperit. Vnde ſequitur illum, qui miſerſolum & afflictus eſt, declinare inuidiā. Quid faciā miſer, quò me vertā afflictus, inquit Demoſth. ſi pauper eſſe cupio, vexat me miſeria; ſi diuitias eligo, inuidia exagitor. Quem diſcurſum ideo iduxi, vt omnes ſapiētes prudentesq; monerē, quo modo ſibi ab inuidia caueant: adeò enim deditus huic eſt vitio diabolus; vt ſi aduertat quempiam eſſe inuidū, non facilè alio illum peccato obruat. Bellū quod contra exteros geritur, teſte Cic. & omnes rixas, quas inter nos fouemus, quis alius Romam intulit & diſperſit per Remp. niſi copioſæ diuitię, ingēsq; inuidia inter omnes ciues ibidē regnās? Dominus noſter Ieſus Chriſtus, tametſi pauperrimus fuerit, ac miſerrimus, nihilomin⁹ ab impijs inuidiā ſuſtinuit, accuſat⁹ eſt ex malitia & diuexatus. Cū adeò pauper in paupertate eſſet, eiuſq; potētia omnino occulta, quī inuidia infeſtari potuit? Inuidebant Chriſto, non propter corporis pulchritudinem, quippe alij etiā pulchri erant: non inuidebāt propter familiā, nam alij quoq; nobiles erant genere? non inuidebant propter eloquentiam, alij quippe erant etiam eloquentes: non inuidebant propter diuitias, alij enim multò ditiores erant: ſed inuidebāt ei propter doctrinam, quam prædicabat, vitamq; ſanctiſſimam, quam ducebat. Inter omnes nāq; Patriarchas præcedētes illū, nemo adeò ſanctè vixit, nec adeò feruenter prædicauit atq; ipſe.

Iudæi quare Chriſto inuidebant.

In illa verba, *ſciebam enim quod per inuidiam tradi-*

diſſent

Diffi-nt enim, inquit Augustinus. Multò periculosiorem illam inuidiam iudico, quæ bonæ vitæ est, illa, quæ diuitiarum est. Si enim ille malus homo sit, magis adaugere opes cogitat, quas habet, quàm emendare vitam, quam ducit.

Iam verò comparare volumus inuidiam, quam in fratrē suum Ioseph gerebāt filij Iacob, & quam in Christum Dominum Iudæi. Ex quo apertissimè cognoscemus quàm appositè figura figurato, & spiritus litteræ respondeat. Alter enim in Aegypto venditus ex inuidia, & alter in mōte Caluariæ ex inuidia crucifixus. Non placebant opera fratrū Iosepho, atque ideo inuidebant ipsi: Christo verò opera Iudæorum displicebant, atq; ideo odiebant illum; adeò Iosephus persecutionem pateretur, quia accusaret fratres apud Patrem: & Iudæi inimici erant Christo, quia coram populo palam illos castigaret. Peior multò fuit inuidia, quam gerebant in Christum Iudæi, illa quam filij Iacob gerebant in fratrem. Solus enim Ioseph venditus fuit: sed mitis Dominus Iesus non solū venditus, sed etiam crucifixus ēst. Iosepho nullum bonum verbum dicere poterant, & doctrinam inaudire cum patientia Hebræi non poterant: adeò vt si diuina prouidentia non præseruasset ab eorum furia Christum, iam diu antè illum occidissent.

Comparatio Iosephi cum Filio Dei.

Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, dicit Dominus apud Prophetam Ezechielem, ac si diceret. Non conquerere ô Ezechiel, non conquerere, tametsi tuis concionibus nihil proficias, nec credantur: Cùm enim me recusent audire, nō est mirum, si te quoque audire recusent. Eò enim stultitiæ domus Israel progressa est, vt neque conscientiam habeat

Ezech. 3.

in anima, neque pudorem vllum in fronte. Hæc verba æterni Patris sunt, quibus vnigenitũ filium suum compellauit, docens quàm exiguam fidem verbis eius habituri essent, & quàm exiguum fructum eius doctrina esset factura, causſa fuit, quia domus Israel domi omninò conscientiam proculcabat, & foris impudentiam præ se ferebat. Vnde patet quantos Prælati illi, qui verbo & exemplo præsint, labores tũc exsorbeãt, si auditores ac subditi conscientiam laxam habeant, & impudentes sint. Nam tametsi modicè fructificent, nihilominus magno cum eis in periculo versantur. Bene Propheta Ezechiel neglectum conscientiæ & impudentiam coniunxit; vix enim videre est hominem neglectæ conscientiæ, qui non etiam impudens sit: nec etiam impudentem, qui non negligat conscientiam. At quicquid de malo, peccatoque dicatur, dico Christianum nunquam peiori loco esse, nisi cùm obstinatam habeat animam, & impudentem frontem. Quisquis mansueto corde est, ac verecundo vultu, facile se conuerti sinit, & interdum casũ solùm peccat: at quisquis duro obstinato que corde est, ac impudentis vultus, is aut tardè, aut nunquam de conuersione cogitat: peccare enim, peccatum esse non iudicat. Cùm Christus diceret, *gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt in cælis*, de nulla re alia vt gauderemus indulsit, nisi cùm Christiani, & rem, & nomen gerimus, insertiq; Sanctorũ catalogo simus in cælis: cõtrà verò de nullo ita tristari nospar esset, nisi cùm Christiani mali euadimus & ex libro delemur viuentium. Infelici enim ille hora natus est, quisquis conuerti non festinat; & cui nihili est, tametsi peccet grauissimè. Quorum omnium

Prælatorum cura grauis erga subditos impudẽtes.

propter

propter Iudæos memini, qui attritæ frõtis, & duri cordis erant. Ex verbis namque impudentissimis, quæ loquebãtur, & ex falsis testimonijs, quæ producebant, facilè Pilatus illos Christum ex inuidia, odioque accusasse cognouit.

Facta est in Samaria fames magna: & tam diu obsessa est, donec caput asini venundaretur octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis, dicit Scriptura. Licet caput asini comestibile non fuerit, neque stercus columbarum combustibile, ex hac tamẽ figura aliquod extrahemus mysterium, quod ad gloriam honoremque Christi faciat. Omnia enim scripturæ verba à mysterijs sunt grauida. In hac asinina figura nobis id ingens bellum repræsentatur, in quo Christus humanum genus inuenit: & periculosa illa Samariæ obsidio, ingensque Synagogæ fames, ac lignorum carniumque charitas per totum terrarum orbem grassans. Quid est bellum à Rege Arabiæ cum Samariæ Rege gestum aliud, quàm ira, quam in Synagogam gerebat Deus? Quid illa fames quam patiebantur aliud, quã defectus doctrinæ bonæ, quo laborabant? Quid illud ingens pretiũ capitis asini aliud nisi quod homo bonus tum temporis in pretio fuerit? Quid stercus columbarum aliud, quo ipsi caput asini præparabant, quàm Mosaicæ cæremoniæ, quibuscum sua sacrificia peragebant? Synagogæ pellicula solum obuenit; Ecclesiæ verò vinum: Synagogæ datus est cortex, Ecclesiæ verò fructus: Synagogæ spinæ sunt præbitæ, & Ecclesiæ rosæ: Synagogæ stercus columbarum cessit, at Ecclesiæ columbæ cesserunt. Multò periculosius bellum Deum inter & humanam naturam gestũ est, quàm inter vrbem Samariæ & Regem Arabiæ? ni-

hil enim aliud faciebãt homines, quàm quod Deũ oppugnarent culpis suis; & Deus nihil aliud, quã vt illos pœnis suis castigaret. Si quæramus ex filio Dei quare in hunc mundum venerit assumptum carnem humanam, respondebit se propter tollendam illam famem, & componendum bellum fecisse. In cuius testimoniũ Angeli die Natalis eius cecinerunt in cælis: *Gloria in excelsis Deo*, ac si diceret: Pax vobiscũ sit; cùm enim medius vestrũ sim, nullum apud vos locum ira atque indignatio habere debet. Quamprimum Dei filius natus fuit, hoc bellum composuit: & quàmprimum prędicare orsus est, famẽ mitigauit, quæ fames non ex cibariorum inopia, sed ex bonorum hominum defectu nascebatur. Non durauit Samariæ cibariorum inopia nisi anno vno; verùm defectus ac penuria bonorũ hominũ diutissimè durauit in Synagoga. A tempore enim Machabęorum ad Christũ vsq; nunquam prophetã, qui illuminaret: nõ ducem, qui defenderet: non sacerdotem, qui informaret: non illustrem virum quempiã, de quo gloriari possent, Synagoga habuit.

Quis vnquam in mundo eiusmodi famem inuenit, atq; Christus inuenit in Iudæa? Sceptrum enim fractum ablatumq; inuenit, Sacerdotium finitum, spoliatum templum, prophanatam legem, mutatã vrbem & libertatem deperditam. Magna fames erat in Samaria, non enim inuenit Christus in Synagoga vllum, cui se posset tutò cõmittere; duodecim enim Apostolos non ideo assumpsit in socios, quia sancti erant, sed quia sanctificandi erant. *Magna fames erat in Samaria*, nam præsidem habebant Pilatum, Tyrannum: Summũ Sacerdotem Caypham, prophanum: consiliarijs Phariſæis vtebantur,

bantur, hypocritis: prædicatoribus Sadducæis vtebantur, hæreticis: & dominos Romanos habebant, ethnicos. Vti in Samaria boues, oues, & vaccæ cõsumptæ erant, ita in Synagoga omnes patriarchæ, prophetæq; desierant: &(quod pessimum est,)vti Samaria coacta fuit, vesci capite asini, ita coacta Synagoga fuit, vt per impios improbosq; regeretur. Parum dixi per improbos illam administratã, multo æquius dixissem per asinos: siquidem nec intellectum ad capiendum bonũ, nec ad reprobandum malum habebant. Putasne Pilatum iudicem illorum asinum fuisse, siquidem ex vna parte corã omnibus diceret, *non inuenio in eo causam*; ex altera verò parte, *tradidit illum voluntati eorum*? Quid est hoc ô Pilate asine, quid hoc? nunc fateris omnis expertem culpæ Christum esse, nunc verò vt vita illi adimatur præcipis? Putasne etiam vastum asinum Caypham fuisse? Nam illius loco quod ex ore Christi exciperet, ad iudicium illum venturum esse mundi, redarguit ipsum, quasi blasphemasset Deum? Ergone tu es iudex regni illius, quod tuum non est, neq; pati potes illum ad iudicandum mundum venire, qui creauit mundum? Putasne magnum Herodem Regem fuisse, siquidem nulla alia de causa albam Christo imposuit, nisi quia vllum ei verbum respondere recusauit? Quî potuisset filius Dei melius suam sapientiam ostendere, quod iniurias illas ne vnico quidem verbo retunderet? Putasne enormem asinum totum concilium Iudæorum fuisse, siquidem vitam Barrabæ, & mortem Christo reddebant? Profectò multò carius emit vitam Barrabæ Synagoga vt seruaret, quàm caput asini Samaria, vt ederet: Caput asini namque prompta pecunia emebatur; sed

vita Barrabæ Christi sanguine empta fuit. Multò carius soluerunt caput asini, quàm Hierosolymitani sanguiné Christi; Christum enim non nisi 30. argenteis emerunt, sed caput asini 80. emerant.

Caput Asini quando carè dicamur emere.

Sed loquamur moraliter, Tunc caput asini carè emimus, quando simplicem ac idiotam in principem eligimus, prælatumque collegiorum ac monasteriorum. In electionibus enim canonicis, semper eruditus præcedere debet ineruditum: nobilis ignobilem; prudens stolidum. Sanè miserum illud collegium aut diœcesis, aut monasterium est, in quo præsulem eligunt grauitate lubricum, genere ignobilem, crassum intellectu, & asinum in conscientia. Non frustra dixit Propheta, *cum sancto sanctus eris; & cum peruerso peruerteris:* sapiens enim non nisi sapientes educat, modestus non nisi modestos, leuis non nisi leues, & asinus non nisi asinos facere potest. O quisquis hæc auditurus, aut lecturus est, non putet me illos vocare, aut habere pro asinis, qui modicæ sint scientiæ, sed illos, qui prudentiæ exiguæ sint & ciuilitatis.

Psal. 17.

Quis ad regendum sit aptior.

Multò namque aptior ille ad regendum est, qui cum experientia prudentiam habet, quàm qui scientiam cum stoliditate coniunxit. Neq; hic voco illum asinū, qui neque, nec Logicus, nec Philosophus, nec Theologus est; nā in Academijs discitur magis disputatio, quam administratio, & magis Syllogismorum fabrica, quàm subditorum directio. Si enim Prælatus in conuersatione est austerus, in amore durus, in votis inconstans, in disciplina remissus, & in oratione tepidus, iure asinum talem voco, & huiusmodi munere indignum. Ego enim mallem prælatum regiminis peritū, quam sublimiter doctum.

Cou-

Conqueritur Christus Patri, quod alijs martyribus tormenta diuersis temporibus imposita fuerint, sibi verò eodem tempore omnia imposita.

CAPVT XLIV.

EGressus est *frater eius, in cuius manu erat coccinum, quē appellauit Zara*, dicit Scriptura, quia gemini de vtero Thamar egressi sunt. Quam figuram si expendere volumus, in ea multa inuenientur mysteria, quæ nostro accommodari possunt proposito. Significatur enim illa, quàm citò Christus pro nobis Redemptionem faciendam orsus sit. Duos pueros ex eodem vtero nasci videmus indies, vnumque ab alia nasci in horas audimus: verùm quod vnus nasceretur, alter verò, cuius manu alligatum erat coccinum, non: certè nunquam neq; visum, neq; auditum est. Quo ergo res aliqua rarius fit, eò pluribus referta est mysterijs, sed declaremus figuram: quid sunt pueri hi duo ex vno egredientes vtero aliud quàm diuina humanaque natura mundum redimentes? Duo infantes illi Phares & Zaram, tantum Thamar pro matre sua agnoscebant: & humana solum diuinoq; natura tantum Deum pro Patre suo agnouêre: vti enim facilè est ac possibile vnum Patrem multos filios habere; ita difficile & impossibile est, Christum multos Patres habere. Tametsi hi duo pueri, gemini, fratresque fuerint, nihilominus maiore sibi fraternitate duæ illæ naturæ in Christo vnitæ fuerunt. Cùm enim Pharez & Zaram nascerentur, se separarunt: verùm diuina natura, partesque essentiales humanæ naturæ, nec in vita, nec in morte crucis se separarunt. Vti inter hos duos pueros alter præcessit, alter successit: ita Redemptor mundi ante Deus fuit quàm homo: & ante à Patre est *Genes. 28.*

genitus, quoad diuinitatem, quàm à Matre, quoad humanitatem. Scimus ex his duobus fratribus vnum quidem alterum præcessisse, sed diuina illa genitura tanto interuallo humanam antecessit, vt principium inueniri nequeat, quia fuit ab æterno. Prior fratrum horum qui effusus est, purus, sanus, & non signatus fuit: significans primogenituram Christi (quæ Deitatis fuit) adeò illibatam puramque redijsse in cælos, atq; ex illis in terras descenderat. Proprietas enim hæc est diuinæ essentiæ, vt tam propriam habeat sibi potentiam, quàm tolerantia tormentorũ aliena est. Quod vnus puerorum natus sit cum filo coccineo ad manum, quid aliud est, quàm Christũ suum sanguinẽ pro toto mundo effusurũ esse? O mitis Domine Iesu, ô Redemptor animæ meæ, an nescis cum coccino ex vtero matris egredi nihil esse aliud, quàm in mundum iam damnatũ ad mortem descendere? Solum Zara qui figura fuit, & solum Christũ qui figuratum fuit, coccineo filo tinxerunt: hic quippe & nõ alius mori pro mundo debuit, & à nobis peccata depelliere. Quid coccinum aliud notat, quàm sanguinis huius effusionem? Discrimẽ inter te, ô Domine Iesu, aliosq; damnatos est, quod hi ex fune de cannabi facto ducantur, tu verò filo bysino: alijs funẽ collo inijciunt, tibi verò solũ digitũ filo alligant: & alios ad patibulum suspendendos ducunt, te verò ad crucifigendum raptãt. Furem valido resti educere moris est, nam coactè mori debet, filium verò Dei tenero filo ligatum tenent, nõ enim coactè, sed spontaneè moritur. Nisi enim libenter fuisset mortuus, certè neq; Angeli, neque homines, nec ipse diabolus potuissent eum occidere. O sublime mysteriũ, ô diuinũ Sacramentum,

quis

quis vnquã vel vidit vel audiuit puerũ priusquam nasceretur, sciretq; quid peccare esset, ex vtero matris morti iam adiudicatũ egredi? quæ misericordia illius misericordiæ cõparari potest, siquidem priusquã mater illũ lactaret vberibus, pater genuinus minatus ei sit, quod moriturus esset in cruce?

Elegit suspendium anima mea, & ossa mea mortem, desperaui, nequaquam vltra iam viuam, dicit Iob, ac si diceret: Adeò me comprehenderunt tribulationes, adeò circumuallarunt angustiæ, vt tali mortis genere decedere anima mea elegerit: fastidiũ enim tum patientiæ tum vitæ vlterioris me occupat. Reuera tam luctuosa verba ex afflicto ac miserabili corde profecta sunt, & homine presso miserijs. Officium enim afflicti hominis est, queri illis omnibus, qui ad consolandum eum veniunt, & collachrymari illis, qui eum inuisunt. Per illa verba, *elegit suspendium anima mea, & ossa mea mortem, desperaui nequaquam vltra iam viuam*, quid aliud voluit S. Iob ostendere, quàm quod animam suspendi, ossa emori, & vitam terminari suam cupiuerit? O S. Iob, nihil tibi præter animam remanet, & tamen cupis vt illa suspendatur? Non nisi ossa habes, & tamen ea mori exoptas? neque quid residuum tibi nisi vita manet, & nihilominus vis vt ea terminetur? Mi frater, aduerte hæc verba S. Iob non tam dixisse proprio, quàm Christi nomine, cui melius quàm alteri cuipiam conueniunt. Nam ab omni æternitate nunquam illa anima sic contristata fuit, nec sic tortum corpus, quàm Christi. In illa verba Apostoli, *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*, inquit Chrysostomus: Fidelis, misericorsque est Dominus, nullum enim aliqua tentatione pulsari sinit, quam sufferre non

re non posit, excepto filio Dei, cui Pater dolores intolerabiles,& innumerabiles tẽtationes imposuit. Et quid cupis amplius de hoc scire, nisi quod æternus Pater tormenta Martyrum certis vncijs, & in suũ benedictũ filium solidis, pondo librisq; transfuderit? O quis referet quantis angustijs benedictũ illius cor fuerit, & quibus benedicta eius anima laborib⁹ cũprehẽsa, cùm anhelaret ad crucem, & corpus eius sepulturam reposceret? Tunc elegit anima tua suspẽdium, cùm in cruce sanctissimam tuam humanitatẽ crucifixisti: tunc ossa tua morte elegerũt, quudo pro electis tuis vitã dedisti. Per verbũ *Elegit*, voluntas accipitur, quàm pro nobis moriendi habuit: nã si aliquo casu renuisset, nemo illũ crucifigere potuisset. Per verbũ, *suspendiũ* mors intelligitur quã passurus erat; cùm .n. mũdũ eligere decreuisset, decreuit etiã vt eiusmodi Redẽptio in ligno fieret. Per verbũ & *ossa mea mortẽ*, multitudo populi illius, quæ aderat morti accipitur, tam proborum quàm improborum: tam viuorum, quàm mortuorum. Probi quidem aderant vt suam Redemptionem spectarent, mali verò vt de eo debitam vindictam sumi viderent. Omnes humanæ miseriæ tribus potissimum continentur, nimirum tolerantia dolorum corporis, constantiq; afflictionum animæ patientia,& iactura vitæ. Hæ tres miseriæ diuersis temporibus nos infestare solent, & in diuersos homines transire, dum vnus dolore corporis solum torquetur, non mœrore animi vexatur: & licet mœstus sit spiritu ac tristis, non tamen tantus mœror est vt illi vitam adimat. Tam enim Dominus Iesus est misericors, vt magis nostram respiciat fragilitatem, quàm multiplicia peccata nostra. Multò clementius æ-

Humanæ miseriæ tribus potissimum continentur.

ternus

ternus Pater ac mitius cum humano genere egit, quàm cum vnigenito filio: alijs namque miserias per partes tolerandas dedit, sed huic simul vniuersas imposuit. Immisit illi afflictionem animæ; dicit enim *suspendium elegit anima mea*: insuper & dolorem corporis: dicit enim *& ossa mea mortem*: & vitæ finem illi vitæ præstituit, dicit enim *iam non viuam*. O quanta profunditas miseriarum! ô quantum mare tempestatum ingressum est sanctissimam illam animam, cùm diceret: *Elegit suspendium anima mea*, id est, vt crucifixionem solatium esse iudicaret. O quàm inhospitales dolores illius ossa occupârunt, cùm dicat, *& ossa mea mortem*; dum multò nimirum libentius voluisset ossa sua sepeliri, quã sic torqueri? O quàm fœdè ipsius doctrinam deriserunt, ô quã flocci ipsum fecerũt, siquidem dixit, *& iam non viuã*: quo docet, quod diutius nõ velis viuere, sed tanquã inemendabiles relinquere. Illius namq; cõsortium negligere nihil est aliud, quàm illius benedictam gratiam mereri.

Vt verò ad meliorem sensum hæc verba redigam, Christus inquit, *elegit suspendium anima mea*: tempore quippe Passionis suæ, omnia illa suspendit ac remouit à se, quæ lenire dolorem possent, & solari spiritum: ne anima solatiũ aliquod haberet afflictionum suarum, nec corpus illis doloribus leuaretur. Nullus aliorũ Martyrũ dicere potest, *elegit suspendiũ anima mea*: nullus enim illorũ desolatus in tribulationibus mansit, nec in doloribus adiutus non fuit: sed maius solatiũ habuere, cùm recogitarent, quàm clementis mitisque Domini causſa paterentur, & quantam mercedem dolorum ergo accepturi essent. Quod solatio Martyribus in tormentis fuit, id Filio Dei dolori

fuit

fuit in passione sua: videbat quippe se propter ingratum populum mori,& mercedem expectatam à se, non nisi sempiternam gratitudinem esse. Nam Christum pro nobis mortuum esse, quo viueremus nos, tale opus est, quale nunquam vel factum vel agnitum. In illa verba, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, inquit Bernardus: O mitis Domine Iesu, ô solatium animæ meæ, non satis tibi fuit quod vitam tuã pro me offeras, sed debet etiam tua querimonia ac tristitia eousq; durare, donec anima tibi in cruce auferatur. Si Filius Dei dixisset solũ, *tristis est anima mea*, tolerabile fuisset: at cùm dicat, *tristis est anima mea vsq; ad mortem*, intolerabile omnino est. Ille enim & non alius fuit, in quo vna eademq; hora torméta terminata sint & anima deperdita. Cyprianus ait: verbo illo, *vsq; ad mortem*, obligat se ad mortem Dei Filius tristis afflictusque sine vllo leuamine subeundam. In inferiore namq; homine illius ne vnica quidem para remansit, quæ non fuerit certis afflictionibus vexata; nec vnicum os in corpore, quod à doloribus contritum nõ fuerit. *Elegit suspendiũ anima mea*, inquit Christus. Nam vti in hoc mundo gloriam animæ suspendit, ne redundaret in corpus: ita in Passione suspẽdit intellectũ suũ ac cõsolationem, ne animam sua recrearent. Si Christus in sanctissima passione animæ suæ permisisset, vt eum corpore partem glorię partiretur, nunquam tristatus fuisset; & si intellectui indulsisset, vt se in passione solarẽtur, nequaquam tam acerbè tulisset mortẽ; sed quo Redẽptio ipsa copiosior esset, nullũ omnino solatiũ admittere voluit. *Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea, nec caro mea ænea est*, inquit S. Iob, ac si diceret. O Deus ac Pater meus, quæso te, ne adeò me Iob 6.

seuerè

fenerè punias, nec ita immanem te mihi exhibeas. Nó enim adeò durum eſt cor meum vti lapis, quo minus aduerſitates ſentiat, nec caro mea, æris inſtar eſt, vt tormenta non percipiat. Quiſquis profectò hæc verba dixit, is implorauit in aduerſis auxilium; fatetur enim quod impar ferendo ſit animus, & vires impares tolerando. Pleriq; hominum ſunt adeò duri ac ſtupidi, vt tam parum aduerſa ſentiant, atque ſi ex lapidibus compoſiti eſſent: cõtra alij inueniuntur adeò teneri ac delicati, vt ſi vel veſtes eorum tangas, clamores etiam in cælum pertinentes edant: ita vt aliqui ex mera beſtialitate nihil ſentiant, alij contrà ex meræ impatientia nunquam taceant. Quod verò vir ſanctus dicat ſe lapideum non eſſe, ſignificat, omnes illum mœrores afflictionesq; interius ſenſiſſe: & quod dicat, carnem ſuam non eſſe æneam, ſignificat ſe quidem ſenſiſſe afflictiones illas, non tamen de ijs queſtũ eſſe. Gregorius in moralibus ait. Subtilibus in primis verbis hic oſtendit S. Iob modũ rationemq;, quo pacto impij tribulationes anguſtiasq;, & ipſi pij excipiant. Qui enim illas non ſentiunt, lapidi comparat; illos verò qui de illis queruntur, comparat metallo. Nam vt veritatem dicamus, ſi quis aduerſitates non ſentiat, ſignũ ſtultitiæ eſt; ſed ſi ſentiat ac taceat, argumentum viri ſapiensis eſt. Cor Chriſti non fuit lapideũ, vt tribulationes illas non ſentiret, nec fuit caro ęnea, vt non quereretur. Nam multò ſenſit vehementius, quàm aliorum quiſpiam: & melius etiam quàm aliorum quiſpiam ſuſtinuit. Toto quippe paſſionis ſuæ decurſu de nemine queſtus eſt cùm pateretur, neque de quoquam vindictam ſumpſit, cum moreretur.

Cõqueritur filius Dei Patri, quod multò antè Pater se quàm Iudas tradidisset, condemnasset ad mortem.

CAPVT XLV.

Iob. 7. *QVare posuisti me contrarium tibi & factus sum mihimet ipsi grauis*, dicit S. Iob filij Dei nomine, ac si diceret: O mi Pater, quare tantopere mihi contrarius es, ac si tuus hostis essem? Non satis tibi est, me tantum amicum meorum amicorum esse, sed mihimet ipsi oneri sum, & mihi ipsi grauis. Vnum hominem queri de altero quotidianum est: item de se ipso queri quempiam, nouum non est: sed si de meipso querar, & simul de alijs, nec nouũ quid, nec quotidianum est. Licet enim lingua multiplices dolores percensere possit, non potest tamen omnes cor ipsum tolerare. Si Christus super Herode se exsibilante questus fuisset, aut super Pilato, condemnante, non fuisset mirum; at quod queratur super Patre mirum in primis est. Cùm enim ille deberet defendere Filium, inhumanum nihilominus est, permitti ab eo vt crucifigeretur Filius. Queritur Filius non solùm de Patre, sed etiam de se ipso; dicit enim: *factus sum mihimet ipsi grauis*, qui querendi modus omnium difficillimus est. Nam cùm de alio querar, ipse aliquod leuamen sentio; sed si meos ipse casus erroresque narro, mors mihi videtur esse acerbissima. Duas hic principales querimonias filius Dei instituit, vnã ad Patrem, alteram ad seipsum dirigit; atq; ideo necesse est, scire, quomodo æternus Pater illum morti destinarit, & quomodo ille vltro ad sustinendam crucem prouolarit, vnde colligemus vnũ ex charitate, alterum verò ex bonitate motum fuisse.

Qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum, inquit Apostolus ad Rom. 8. ac si diceret: Amor, quem erga genus humanum vniuersum Filius Dei gessit tantus est, vt non pepercerit suo filio, sed pro nobis illum morti addixerit, immò morti crucis, cùm Christus naturalis filius esset Dei vnigenitus, dilectus, sanctus, terribile inprimis est, Apostolum toti mundo annuntiare, quod Pater illum crucifigi iusserit. Multos præter Absalonem filios habuit Dauid: at posteaquam illum Ioab occidisset in saltu, sensibus penè destitutus fuit, siquidem clarissimè identidem clamabat, *Absalon fili mi, fili mi Absalon, quis mihi tribuat vt moriar pro te*, tuq; iterum suscíteris. Quod si tam luctuosa verba filij causa locutus est, putasne illum luctuosiora locuturum fuisse si filium tam malè haberi ac crucifigi, vt Christum vidisset? Occidere seruũ propter salutem, quius Pater potest; at occidere filium propter salutem serui, id tantum Christi Pater fecit: qui licet vnicum solum haberet, nihilominus ad crucifigendum eum dedit, ac si coronandus fuisset. Bene sciuit (teste Damasceno) æternus Pater negotium nostrum expediri non posse nisi per manus filij: perinde sciuit etiam, si filius sese immissurus esset huic perantiquę liti, calsurus ipse caussa esset; quibus tamen omnibus neglectis, potestatem dedit plenariam, vt ad mortem condemnaretur. Quo bunitas illius ac malitia nostra magis ostendatur, est, quod ad mortem dæmones eum non condemnarint, quibus Christus litem movebat: sed homines quorum aduocatum agebat, & quorum causiæ patrocinabatur. Theophilus ait, Pa-

trem permisisse vt crucifigeretur filius, qui modus permittendi plus esse videtur illo, quo peccatum permittitur: quod inde colligis, quia Apostolus non dicit, quod permisit, sed quod tradidit. Cum Sacra Scriptura admodum religiosa in verbis sit, neque quidquam temerè loquatur, bene expendendum est Apostolum non dicere quod *permisit*, sed quod *tradidit*. Nam cum Pater miserit illum vt crucifigeretur, quis poterat id prohibere? Si Isaiæ credimus, ille forte morte passioneque filij vulneratam Patri afficiebit. In persona Patris nāque loquitur c. 53. *propter peccata populi mei percussi eū*, ac si diceret. Nō inquirendū est, q̄s filiū occiderit, siquidē ego ille fuim, qui vulneraui, crucifixi, sepeliui: non n. potuerunt aliter peccata populi mei expiari, nisi sanguine mei filij. Cuius mētis fuit etiam S. Dauid Psalm. 88. cum diceret, *Minoraſti dies, temporis eius, & ſedem eius in terra collisiſti?* Quis verò sufficeret ad minorandum dies vitæ eius & ad sedem eius collidendam nisi qui vitam dedit, illum quē gratiæ throno donauit? Hæc omnia non solum in Abrahamo figurata sunt, euaginato gladio iam stante: sed etiam in Rege Moab, qui propter libertatem populi suum filium in mœnibus immolari iussit. Origenes ait, tametsi appareat, ac sit inhumanitas ingēs, Patrem filium suum immolare & tollere, non tamen talis habenda est immisericordia, sed charitas, quod Pater suum filium propter Redemptionem mundi mori permiserit. Ab æterno namque decreuerat quod vti nostra perditio ab inobedientia profecta est, perinde quoque Redemptionem nostram ab obedientia proficisci oportere. Theophylactus

Isaiæ 53.

ait, Patrem filium suum morti tradidisse, eo animo vt si apprehensura esset illum iniustè casura caussa esset ipsa mors, iusque cessura, quod in alios oēs habuit. Vti etiam euenit. Nam cū mors iustum apprehenderit, hoc ipso ius oē actionis suæ amisit, quod in peccatores habuit. Augustin. ait in morte Christi Patet ipse ac filius præsentes erant: item Pilatus Iudex, Iudas discipulus, vniuersusque pōpulus Iudaicus, qui vt diuersas affectiones habebant, sic opinionibus quoque dissidebant. Pilatus ex timore damnauit illum, vendidit Iudas ex auaritia, Iudæi ex malitia occiderunt, ex amore ignouit æternus Pater, & filius ex mera bonitate seipsum morti obtulit. Vlterius dicit hic doctor, Ne dicatis ô Hebræi; *si filius Dei es descendat de cruce*; nam diu ante libenter illum crucifixissent, sed renuit Pater eius, ac deinde tradidit, quando placuit & vbi. Quid aliud Pilatus in morte CHRISTI admisit, quàm peccātum? quid aliud Iudæi in crucifixione quam peccatum contrahere? Passionem CHRISTI Redemptoris nostri permisit Pater, sustinuit filius, & spiritus sanctus probauit, adeò vt fructum vsumque Redemptionis nostræ non occidentibus eum debeamus, vt iniurias suas in eo vindicarēt; sed illis, qui vt nostri defectus supplerentur ac sanarentur iusserunt. O quantum misericordiæ Patris debeō, siquidem ne castigaret in me culpā, suum filiū puniuit, non propter innocentiā illius, sed meas noxas, quas in se expiandas filius Deus susceipit, mihiq; ademit. Anselmus in suis meditationib. ait: dic ô anima mea, cū propheta dic *ego sum qui peccaui, ego sum qui iniquè*

feci, ego sum qui Deũ offendi. Quid .n. agnus ille tuus filius aut fecit aut facere potuit? Cõuerte ô Pater irã tuã, cõuerte in me, qui peccatũ cõmisi, nõ verò in filiũ, in quo macula nulla est; neque immane illud ferrũ lãceæ ingredi finas diuinum cor, quod præter amare nihil didicit: sed meũ cor ingrediatur scruteturq; quod nihil aliud, q̃ peccare didicit? O paterna viscera, ô inaudita gratia, quid est in me, aut quid tibi dare possum, aut quid in toto mundo est, quod tibi seruire posset, siquidẽ tu ad quærendum perditum, ad venditum redimẽdum, ad captiuum liberandum, captiuum raptari filium tuum permisisti? O immensam charitatem, ô inauditam misericordiam, quæ te coegit bonitas aut charitas vicit, vt ob illuminationem cæci, ob mundationem immundi, ob lapsi exaltationem, & ob errantis reductionem parcere filio tuo proprio nolueris? Quod sacerdotium tuo sacerdotio comparari potest, quod sacrificium tuo sacrificio, siquidem olim non plus offerebat Sacerdos, quàm bestiam pro peccatis, verùm tu tuum obtulisti filium vnigenitum? Iustissimam ergo causam filius habet querendi Patri, dicens, *quare me posuisti contrarium tibi*, siquidem Pater illum morti tradidit filium, quẽ maximè diligebat: pro illis, quos maximè oderat.

Author continuat hanc materiam & moraliter eandem explicat.

Iob 7. Fastidiui sum mihimet ipsi grauis, dicit S. Iob in supradicto loco ac si diceret; Tametsi de multis quæri possem, de nullo tamen tam graviter quàm de meipso quæror; & tametsi multi me hominum oppugnent, nemo tamen grauius me-

ius meipso. Origenes ait: Inaudita res est, & inaudita hæc querimonia. Peccauerit enim grauissimè homo, & conuictus de peccatis quàm maximè sit, nihilominus seipsum excusare nititur & accusare alios. Irenæus ait: indies cadimus, impingimus & peccamus, & tamen nemo se malum esse fateri vult, nec fratrem suum pro bono habere. Petrarcha in libello de fortuna ait; Queruntur de mari homines, quod periculosum sit: de aere, quod corruptus; de amicis, quod duplices sint; de tempore, quod molestum sit; nemo hucusque tamen mihi visus est, qui de seipso questus sit: ita vt veluti lusores faciamus, qui culpam non dant suæ imperitiæ ludendi, sed aleis huc illucque eas iactando. Cùm supradicta verba S. Iob adeò arcana ac mystica sint, fateaturque ipse, quod sese impugnet, paulò fusius rem hanc scrutari volumus, & narrare quam diuersos modos pugnandi inuoniamus.

Bellorum varia sunt genera & qualia.

Peculiaris pugnandi modus est, & bellum aliud reale, aliud bellū ciuile: aliud pluſq̃ ciuile: aliud personale: & aliud bellum cordiale: quam diuersitatē bellorū persequamur, & quid de ijs sentiamus referemus, Bellum reale est, quod ab vno Rege alteri infertur, aut vnum regnum in aliud cōsurgit, quale fuit bellum Darium inter & Alexandrum, Traianum ac Decebalum, Romam ac Carthaginem gestum. Bellum ciuile, ideo eiusmodi vocatur, quia per vicinos excitatur ac ciues, cùm nimirum ciuitas in factiones discedit, & ad mutuas cædes campum ingreditur, quale Carthagine inter Hannonem atque Asdrubalem, & Romæ inter Syllanos

nos ac Marianos, inter Pompeianos ac Cæsarianos excitatum fuit, qui omnes ante belli terminum occubuerunt. Bellum plus quam ciuile inter Patrem ac filium fit, inter fratres ac fratres, & inter patruos ac patrueles: vti Dauidi cum Absalone filio vsu venit, qui Patrem regno deijcere conabatur: sed de quercu pendens transfossus est: vti etiam inter græcum Aiacem, Argiuumque Telamonem exarsit; item inter Bios in Laconia, & Fabricios Romæ. Et huiusmodi bella periculosissima sunt: Illæ enim inimicitiæ quæ inter cognatos suscitantur, tanto sunt vehementiores & hostiliores, quanto se proximius cognatione contingunt Bellum singulare aut personale est, cùm duo pugnaces robustique viri in duellum descendunt, vt grauissimam rem exsequantur, in quo ad conseruandum honorem. interdum cum vita honorem perdunt. Cuiusmodi Dauidem inter & Goliathum gigantem intercessit, in quo alter armatus, alter inermis visus est; & nihilominus inermis armatum funda prostrauit, & caput proprio abstulit ense armato. Aliud bellum adhuc supereſt, quod cordiale vocatur, quia in corde oritur, in corde ducitur, & in corde desinit. In hoc miserabili bello gemitus ictus sunt, arma lacrymæ, locus pugnæ viscera; milites corda, & optimus lacrymarum artifex, optimus miles est. De hoc & non de alio bello dicit S. Iob *factus sum mihimetipsi grauis*: ibi enim decertant ad inuicem timor & amor: voluptas & contemptus: ieiunia ac temperantia: loquacitas ac taciturnitas, ira ac patientia. O

quàm

quàm iustam causam dicendi habuit S. Iob, *factus sum mihimetipsi grauis*: non enim in angustijs, sed in cordibus nostris præda cum eleemosynarum dispensatione; recta ratio cum sensualitate; indiligentia cum diligentia; inquietudo cum pace; ira cum patientia; auaritia cum liberalitate; & remissio cum vindicta, depugnat. O infelix pugna ò periculosa congressio, vbi mihimetipsi oneri factus sum. Nim non congredimur collectim cum alijs, sed soli: non palam, sed clam; non ferro, sed cogitatione: non visibili, sed sensibili modo: imm ò quod maius est, si in pugna victores esse volumus, vinci debemus. Hoc est bellum plus quam ciuile, in quo congressi sunt atque à congressu destiterunt, omnes viri virtute præditi ac sancti, quibus modo Cœlorum regia constipata est. Quis non diceret verum esse, quod *factus sum mihimetipsi grauis*, siquidém Domino tanto gratiores sumus, quanto magis nobis ipsis aduersamur. Super hoc infelici bello conqueritur Apostolus dicens, *ô infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ac si diceret. O miserum me & infelicem, quando tandem illucescet illa dies cum à meipso liber ero, quo facere possim, quod volo; & non, vti modo, cum illud velim, quod velle non debeo. De hoc ciuili bello loquitur in confessionibus S. Augustinus: *factus sum mihimetipsi grauis?* inuenio enim me ligatum ac concatenatum, non ferro aut catenis, sed mea sensualitate. Ex mea namque voluntate meum velle dedi Diabolo; at ex meo velle ille, nolle meum facit.

Ansel-

Anſelmus ait. *Factus ſum mihimet ipſi grauis*, nemo enim ſic mihi aduerſatur, atque ego ipſe mihi ipſi, inſtar enim ſtolidi cuiuſpiam miniſterio ſenſuum deſtitutus, oberro, vt mihimet ipſi viuendo memetipſum alienem. Iſidorus in libro de ſummo bono ait: *factus ſum mihimet ipſi grauis*, quia adeò erroneus meus intellectus eſt, adeò memoria occupata, adeò cogitationes mutatæ, vt neſciam quid petam, tametſi mihi derur; nec ſciam de quo querar, tametſi ſuper eo interroger. Putaſne cor meum commotum eſſe, & à meipſo quaſi alienatum, ſiquidem vt ſciam de alijs quod de meipſo ſcio, ego meipſum propter meipſum interrogem? Bernardus ait. O mitis Domine IESV *Factus ſum mihimet ipſi grauis*: tametſi fames in me debilitatem aliquam cauſſet, nihilominus me eſitatio ipſa exſaturat; & tametſi frigus mihi moleſtum ſit, nihilominus æſtus etiam me cruciat: & tametſi me ſolitudo contriſtet, nihilominus ipſa me ſocietas infeſtat: adeò vt nulla re contentus ſim, ſed omnibus non contentus. Et quomodo meipſo contentus eſſe poſſum, ſiquidem licet vnicum negotium ſapientis more expediam, nihilominus mille alia ſtulti more agam? Ambroſius in quadam Epiſtola ad Theodoſium ait: *Quia factus ſum mihimet ipſi grauis*, me ab hominibus ſeparo, ne me peruertant: fugio à facie diaboli, ne me ſeducat: abſtraho à mundo me, ne mihi noceat: diuitijs renuntio, ne me corrumpant: & omnino honori valefacio, ne in ſuperbiam eleuet. Væ mihi, væ mihi, qui omnibus illis quæ facio, & omnibus illis, quæ patior vnum corpus ſedare non potui, nec cor vnum

pacare, quamobrem quotidie in virtutibus, quò diutius eò magis deficio, & quò diutius eò magis in ipso mundo demergor. Pulcherrimè quidam rythmus lusit. *En la guerra que passeo, siendo mi-ser contra si, pues yo mismo me guerreo, de fienda me Dios de mi.*

Cùm ergo adeò graues viri de semetipsis cõquesti sint, non esset æquum vt in nobismetipsis fiduciam ponamus, prudens enim neminem magis quàm seipsum suspectum habere debet. Meritò dico, *factus sum mihimet ipsi grauis*: nam in corde meo depræliantur ac litigant, amor & odium: pax & inquietudo: velle & nolle: approbatio & reprobatio: amici mei & afflictiones meæ: & omnino dolor meus atque gaudium. De meipso dico, quod *factus sum mihimet ipsi grauis*: Licet enim velim aut nolim, inuertit me superbia, consumit inuidia, perdit gula, odiosum facit ira, atque intemperantia præcipitat: adeò vt licet ipse peccare desinam, id tamen non fiat, quia non libenter peccarem, sed quia me quoddam fastidium ac fatigatio peccandi cœpit. O quàm verum dictum est hoc, *factus sum mihimet ipsi grauis*: Si enim ægrotem ex nimio cibo id accidit: si pauper sim, ex nimijs id voluptatibus nascitur; si captus sim, id propter furta mea ac rapinas fit; si contrister, totum illud ex fornicatione proficiscitur: si despectus contemptusque sim, ex frequentiori defectuum repetitione scaturit. & si malè compositus sim, id mea culpa accidit, adeoque inconuenienti electionem instituí. Nam ego in electione mea ac præparatione, animi errorem admisi, atque ideo super quo, nisi super meipso querar? Si veri-

tarem benè examinemus, faceri nos oportet, quod cũ nullo alio iratici nos oporteat, quàm cũ nobismetipsis. Nam ex vna parte nihil aliud facimus, quàm vt super ærumnis ac laborib. conqueramur quos sustinemus: ex altera verò nihil aliud quam vt nobis ipsis eiusmodi ærumnas laboresque imponamus, atque ijs nos oneremus. Cùm verum sit *factus sum mihimetipsi grauis*, quomodo constantem pacem, obsecro, seruare potero, si mihi ipsi bellum cordiale moueam? Quis in quotidiana conuersatione mecum agit, cui molestus non sim, siquidem me cohibere ac pacare nequeo? Qui possibile est me inter proximos ac vicinos meos posse aliquam pacem cõcordiamque facere, si mea sensualitas atque intellectus meus, in campis perpetim vagando degant? Quis vnquam adeò immanes hostes habuit, atque ego eos in meis desiderijs contrarios sentio? Nim ex vna parte me ad bonum reddunt timidum, ex altera verò ad malum proiectum. Denique, quia tempus video, quod perdo: & exiguum fructum, quem facio: sollicitudinem, quam in peccando vsurpo: & negligentiam, quam in conuertendo me ostendo; & modicum illud, quo religionis cultu Deum prosequor: & bonum, quod impedio, pudet certè me prolixioris vitæ, & nihilominus mortem ipsam subire reformido.

FINIS QVARTI VERBI, QVOD Filius Dei in cruce dixit.

D. PE

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA QVINTI VERBI QVOD FILIVS DEI IN *ligno crucis locutus est.*

PROLOGVS.

DA mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde, dicit Princeps militiæ Si- *Iudic. 4.*
sara ad Iahel, postea quam ex prœlio effugisset. Quod Sisara pedes effugiens siti magna laboratit, non miror magnopere, at quot Christus sitiuerit de morte triumphans magnum mysterium cõplectitur: Item Sisaram in domo Iahel aquam petiuisse mirum non est, quandoquidem aqua certissimò ibidem haberi poterat, sed quod Christus aquã in medio Synagogæ petiuerit, in qua omnes illi aduersabantur, mirum quid designat. Cum domus Heber regisq; Iabin in mutuo esset fœdere, & Iahel Sisaræ auxilium polliceretur, non erat magnũ, tametsi ipsi haustum aquæ dedisset: at cum pax fœdusque Deum inter ac Synagogam initum iam tũ rumperetur, & Iudæi Christum ad crucifigendum educerent, nihilominus Christum ab ijs haustum aquæ petijsse, ad refocillandum se, admirabile in primis est vt putideatur. *Tu dedisti in manu serui tui salutem* *Iudic. 15.*
hanc maximam atq; victoriam: & en siti morior, dicit Samson postea quam mille Philistæos mandibula asini occidisset: ac si diceret O magne Deus Israelis salutem magnam in manibus serui tui posuisti, & nũc sitis ipsa me occidit. O præclare Centurio Christi, quàm securum est sub tuo militare signo? nam cùm te lapidare vellent in templo Pharisæi, elusisti illos atque inuisibilem ter eddidisti, & cùm te Diabolus de pinnaculo præcipitare pararet, superasti illum, quæ omnia solum propter illam sitim desiderium q;

deriumque fiebant, quo ob redimendum genus humanum vrebaris Non quæritur Christus de siti corporali, ramen si credibile sit illum eandem grauissimè persensisse, nam promptus paratusque fuit, maiora tormenta exsorbere. Propter salutem nostram sitit, & hæc præda est quam inuestigat: sciebat quippe Patrem suum ab æterno tam creationem quam redemptionem hominis decreuisse. Non erat sitis hæc redimendi à Christo publicata accidēs, apud Deum enim accidentia locum non habent, sed eo docere nos volebat conuenienti hoc tempore veterem illam determinationem, longè melius modo quàm olim in opus deductam esse. Etenim nemo sibi ipsi terminum statuere potest, sed ille & Pater vnum eundemque habent, sunt enim vnius essentiæ & intercedit pro nobis Christus nomine nostro vt caput pro suis membris. Item Aduocatus noster est, offertque Patri suo desideria ac cogitatus nostros. Quod ergo manifestet sitim suam, nihil aliud est, quàm quod petat à nobis, vt eadem siti laboremus: si enim illum sitis propter nos vrit, multò æquius est vt siris nos propter illum vrat. Et quis nō sitiret, præsertim tam mitem Dominum habens, cuius sitis non diuitiarum est, non prouinciarū aut hominum, non honoris, sed mortis pro omnibus susciendæ. Quod Christus dicat Patri suo *Sitio*, quid significet aliud, quàm quod se promptum paratumque ostendat, aditer suum perficiendum, & ab illo precibus id impetrandum, ne differret amplius & prorogaret? Tempus aduenerat, quo insuperabilis Pharao deponendus erat, & tyrannico regno exuendus, quod iusto titulo non acquisiuerat, sed astu per fragilitatem nostram: superauit enim hominem in parenti campo, non robore non armis suis, sed fraude & proditione. Primum quod Pater filio præceperat erat, vt quidquid errabundum inuenturus esset conuerteret, quidquid perditum renotaret, & modum viamque ostenderet, quo pacto

colligerentur & ciues cœlorum vnirentur, cum æ-
rūnosis peregrinis mundi. Quod adeò benedicto Ie-
su curæ fuit, vt etiam cum dispendio vitæ suæ resti-
tuerit illam ipsam conformitatem, quam homo in
prima sua creatione cum Deo habuit, cuiusque mo-
do iactaram fecit, propria ad id inobdientia com-
pellente. In libro Iudith narrat scriptura, quo pacto
Holofernes in obsidione Bethuliæ, per gyrum vr-
bem circuiuerit, videritque fontem ex quo necessa-
ria ad potū hauriebāt ciues, cuius aquæ ductūincidi
curauerit, & cùm non longè fontes à muris abessent
ex quibus furtim ciues aquam hauriebant, ad vnū-
quemque centum milites pro custodia deposuit,
Cumque 20 diebus ista custodia fuisset expleta, de-
fecerunt cisternæ & collectiones aquarum omni-
bus habitantibus Bethuliam. At afflicti ciues, con-
gregati simul sunt oēs ad Osiam Pontificē Summū
qui difficillimè tantum adhuc ab eis obtinuit, vt
quinque dies misericordiam Domini & auxilium
præstolarentur, nec se Assyrijs dederent, quoad Iu-
dith vitam suam exponeret, decollaretur Holo-
fernes, fugerent Assyrij, & demum Israelitæ obsi-
dione aquarumque inopia liberarentur Et hoc mo-
do etiam fingi posset, quo pacto genus humanum
obsessum à tribus hostibus capitalibus sit, omni vsu
fontis misericordiæ destitutum, nec spem adeundi
fontem gratiæ habens. Cùm Redemptor mūdi vi-
tam suam salutis nostræ causa perderet, non erat
inter illum & Iudith aliud discrimen, quàm quod
viua Iudith rediret in vrbem, Christus autem mor-
tuus in Caluariæ monte remaneret. Iudith multū
fecit liberando vrbem, verùm multò plus Christus
redimendo mundum: multum fecit Iudith, cùm
populo interciſos fontes redderet, sed longe plus
fecit Christus, cùm de nouo illos in suo latere ape-
riret: multum fecit Iudith cum fraude decollaret
Holofernem, verum multo plus Deus noster fecit,
cùm anti-

Iudith. 7.

cùm antiquum hostem nostrum in patenti campo deuinceret: & multum fuit quod Iudith falleret Assyrios, qui obsederant vrbem, sed multò plus fecit Christus, quod Sathanam superauerit, qui tam diuturna in nos tyrannide dominatus fuit. Ex quo sequitur sitim nostri Redemptoris nihil aliud esse, quam vt nos conuertamus, eiusque gloriæ fiamus participes.

O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam: dicit Rex cùm Philisthym Bethlehē obsedissent. Non est credibile Dauidem adeò aquæ siti laborasse, quandoquidem ea non deerat, quod inde colligimus, quia postea quam tres fortes in Philistinorum castra irrupissent, hausissentque aquam de cisterna Bethlehem, regique Dauidi obtulissent, Dauid bibere recusauit, sic statuens apud se cùm aqua haberi posset, iam tum Philisthinos obsidionem soluisse, & ciuitatem reliquisse: adeò vt sitis Dauid non aquæ sed Bethlehemiticæ vrbis esset. Optimè conuenit hæc siti Dauidis cum siti Christi, nam sitis eius non fuit aceti & fellis quæ illi præbenda erant, sed eius, vt nos à potestate Diaboli liberaret.

Thren. 5. *Aquā nostrā pecuniā bibimus*, dicit Propheta Ieremias, in persona vrbis Ierusalem cum Christo loquens, ac si diceret: Conuerte misericordiæ tuæ oculos ad nos ô Deus, nostramque miseriam ac opprobrium respice, hæreditatem enim nostram alienigenæ abduxerunt, & domus nostræ ad extraneos versæ sunt, pupilli facti sumus absque patre & matres nostræ viduæ; Et proh dolor eò deuentum est, vt etiam aquam pro pecunia emere compellamur. In veritate hæc eiusmodi verba sunt, quibuscum quiuis hominum querelam posset instituere, nisi filius Dei nobis potestatem filios Dei fieri dedisset, dum nimirum carnalem nostrum Patrem in cœlestem: domum mundi huius in

cœli

cœli tabernaculum, & fontes aquarum in pretiosissimum suum sanguinem commutat.

EXPLICATIO QVINTI Verbi, quod Filius Dei locutus est in ligno crucis, cum diceret *Sitio*.

Quare Filius Dei dixerit, vt omnes sitientes ad se venirent, Et contrà quare Patri suo dixerit, se sitire.

CAP. XLVI.

SCient Iesus quia omnia consummata sunt vt consummaretur Scriptura, dicit. Sitio; inquit Euangelista, ac si diceret: Cùm sciret filius Dei omnia quæ ad redemptionis opus spectarent expleta esse, & ne quicquam incompletum remaneret quintũ Verbũ prolocutus est *Sitio*. Notissimum quippe Christo fuit scriptũ per Psalmistã fuisse, *In siti mea potauerunt me aceto.* Quãobrem ad complẽdã hanc scripturam, tam acerbã sitim passus est, vt in ea cõplerẽtur omnia mysteria, quæ de morte Prophetæ prædixerãt. In nomine Christi multa Prophetæ promiserunt humano generi, quę in aduentu suo in mundum complerurus erat: Et inter alia prædixerunt, magna cum siti tormenta eum passurum esse, adeò vt cùm Euangelistã dicat Christum sitiuisse vt impleretur Scriptura, tantundem sit ac si dixisset, se eiusmodi pœnas ac tormenta sitis toleraſſe, quo verbis eorum fidem faceret. Vti amicus cum amico, sic cum S. Prophetis Christus egit. Nam cum tactura vitæ suæ, miseriisque personæ propriæ, compleuit omnia quæ in S. Scriptura posterant. Ad maiorem Prophetarum fidem faciendã & totiã Scripturarum, item cum præsentissimis vitæ po- Ioan. 19. *Omnes prophetæ in Christo completæ.*

tæ periculis ac ærumnis, dixit Christus ac prædicauit, nec iota vnũ, nec apicem vllum, nec vllũ Scripturæ pronuntiatum perdendum esse, quod non compleretur. De verbo ad verbum primũ Incarnationis mysterium consummatum est: *Ecce virgo concipiet*, natus enim est de Virgine ipse Virgo: de verbo ad verbum completum est vltimum passionis mysterium, *Dederunt in escam meã fel, & in siti meã potauerunt me aceto.* Etenim in cruce potandum illi fel & acetum præbuerunt. Quod Christus propter consummandas Scripturas tãtam sitim habuerit, quid aliud significat, quàm quod modo audacter possimus ex hoc mundo discedere, quandoquidem ipsa redemptio iam nunc secundum Scripturas completa & omnino consummata esset.

Esaiæ 7.
Psalm. 68.

Non existimet rudis Lector, filium Dei venturum in mundum non fuisse nec redempturum eundem, nec tanta sitis toleraturum tormenta, nisi à Prophetis id scriptum fuisse. Scire enim te oportet, (nisi aliunde didiceris) vniuersam Scripturam alligatam esse Christo, & non Christum Scripturæ, siquidé ea nõ scripsissẽt, nisi nasciturus Christus fuisset & moriturus: Et natus moriturúsq; fuisset, tametsi Scripturæ id non expressissent. Venerabilis Beda inquit: Cùm ónia opera Christi magna sint, & passionis ipsius multò maxima, aduertendum est & admirandum, quare filius Dei sitim vltimum suum opus esse voluerit, & cũ illa ex hac vita decedere. Augustinus inquit: Extremum tormentum quòd Christus tolerauit, erat ariditas illa & siccitas quam patiebatur: extrema querimonia erat de siti, quam habebat: extrema petitio erat hausti aquæ, & extremus

Vniuersa Scriptura Christo fuit alligata non contra

cruciatus

cruciatus quem exsorbebat, erat fellis, aceti, & myrrhæ porrectio: posteaquam enim illa gustauit, Patri spiritum reddidit. Cùm ergo sitis extrema fuerit petitio, extrema querimonia, extremum tormentum, extremum opus quod in hac vita patrauit, æquũ est vt ostendamus quis ille sit qui sitim hanc patiatur, vbi, pro quibus, & quando patiatur. Sitim qui patitur, Christus est; locus in quo, crux est; ille pro quo, ego sum; tẽpus quo illam patitur, mortis fuit: adeò vt cũ magna siti quam passus, ex corpore anima violenter reuulsa sit.

Hoc mysterium crucis comparare possumus nucibus, quæ tanto plus nuclei continẽt ad edẽdum, & tanto plus corticis ad comburendum, quantò frequentius in terram ipsam iaciuntur. Quod ergo colonis in nucibus vsu venit, id nobis in his diuinis accidit mysterijs, nã quò maiores operum passionis crucisque meminerimus, tantò plura in eis mysteria reperiemus. Cyprianus ait: Illa quæ in extremis ab hominibus disponuntur, semper sunt maioris momenti ac põderis, quàm quæ in viuis disposuerunt. Nã maiore cum aduertentia expediuntur, maiore cũ prouidentia curantur, maiore cum sapiẽtia ordinantur, & maiore cum conscientia prouidentur. Nullus sic de vita animaq; sua disposuit atque Christus de se suaque Ecclesia; maiore enim sollicitudine illam, quàm Iacob disposuit; maiore cum pietate quàm Isaac; maiore cum sapientia, quàm Iosue; maiore cum prouidentia, quàm Dauid, & maiore cum munificentia, quàm Salomon. *Mulier da mihi bibere*: dicit Christus Samaritanæ, ac si diceret: Quæso te mulier

Passio & crux Christi plena sunt mysteriis.

da mihi hauſtum aquæ nam laſſus ſum ex itine re & ſitibundus, Quod Chriſtus Samaritanæ dicat *da mihi bibere*, & perinde in cruce dicat *Sitio*, ſignum eſt dies multos & annos elapſos eſſe, quibus Chriſtus laſſus & cupidus aquæ fuiſſet. Contrarium omnino videtur eſſe, in 7. capite à S. Ioanne dictum, quod in die magno feſtiuitatis clamabat Ieſus, *Si quis ſitit, veniat ad me*, ego enim recentiſſimum hauſtum viui fontis illi præbiturus ſum. O ſublimè myſterium, ò diuinum Sacramentum, quis aſſequetur hoc myſterium, & quis à Chriſto hic dicta, intelligit quod partim à Samaritana petat hauſtum frigidæ, & perinde in cruce dicat quod ſitiat? è contrario verò palam fateatur & clamet, vt omnes ſitientes ad ſe veniré? Vt cõueniat hoc verbum: *Si quis ſitit veniat ad me* quod dixit palam in publico foro, cũ illo verbo *Mulier da mihi bibere*, quod ad Samaritanam locutus eſt? Tu clamas inuitas quemuis, vt veniat bibatque in taberna tua, neque tamẽ vllã hydriam ad bibendũ ex ea habes? Ad huius explicationẽ aduertendum eſt, adeò & Iiquas res Deo fuiſſe peregrinas, vt à nobis mutuare eas coactus ſit: & contrà, aliquas res adeò fuiſſe alienas à nobis, vt Deus ipſe dare illas nobis debuerit, quod inde apparet: quia vt homo fieret, humanã à carnẽ ſuſcepit; & vt nos ſalui fieremus, eius benedicta gratia indigemus. Cùm ergo dicit Chriſtus. *Si quis ſitit veniat ad me*, docet apud ſe ſolum modo fontem gratiæ inueniri et quo bibamus: & cum dicit, *Mulier da mihi bibere*, ſignificat apud nos eiuſmodi res eſſe, quarum ipſe miniſterio opus habeat. Quod filius Dei dicat, *Si quis ſitit veniat ad me*, quo putas aliò eum in

Chriſtus fons vitæ.

inuita-

inuitare, nisi ad aquas gratiæ suæ ac gloriæ? Quod dicat: *Mulier da mihi bibere*, quam illum a quam petiisse aliam putas, nisi patientiæ & obedientiæ? Christus inuitat & vocat nos ad bibēdū de fontibus suę gratiæ dicens: *Si quis sitit veniat ad me*, & nihilominus petit ex lacubus meritorum nostrorum exiguorum bibere, dicens: *Da mihi bibere*, adeò vt ad ostensionem magnæ charitatis suæ quam erga Creaturas suas gereret, se earum indigum esse simulet. In illa verba Psalmi tæ: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum* inquit Bernardus: O quantum discrimen inter probrorum & improborum sitim est: improbi enim sitim flagitiorum, probi verò virtutum habent; Improbi temporalia, probi spiritualia: improbi peccata, probi verò conuersionem à peccatis concupiscunt: adeò vt sitis improborum nihil aliud sit, quàm propriam existimationem quærere; & sitis proborum nihil aliud quàm salutem inuestigare. Basilius in eundem Psalmum ait: Nunquam dixisset Propheta *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, si in hoc mundo, aut fontem aliquem gloriæ, aut aquas inueniisset; At proh dolor atq; iterū proh dolor, tametsi plures fontes quæramus & plures aquas gustemus, nūquā tamē viuā attingemus aquam, quā cōcupiuit Propheta, quoad diuinæ essentiæ fruitionē cōsecuti fuerimus. Hugo de S. Victore ait: Omnia mūdi huius aut sicci fontes sunt aut aquæ mortuę, cōtrà verò omnia gloriæ cœlestis & viuæ aquę sūt & viui fōtes: ibi. n. & nō hic satiabimur, nec sitim patiemur. Sitiētes ac esuriētes in hac misera vita degimus; omnia quippe vitia de nob. gloriamur, obsunt, nōprosunt; cōtristāt, nō oblectant; fatigant, non recreāt; fastidiū

Discrimen inter proborum & improborū sitim.

Gloria nos satiat æterna, nō vita præsens.

pariunt, non exsatiant. Quis peccator in hoc mundo est, qui tametsi se dedat vitiis ad restinguendam sitim suam, & tamen non plus sitiat? Caue tibi mi frater, caue tibi, ne te seducat Diabolus dicendo: Modo me exsaturabo vitiis, modo desiderium meum ijsdem explebo, licet enim bibas, forniceris quàtum libeat & quantum possis, putesque te appetitum tuum satiasse, non crede satietatem esse sed lassitudinem.

Christitem fitibundus ex hoc mundo decedere voluerit

Bernardus ait: Filium Dei sitibundum ex hac vita decessisse, nihil aliud est quam quod nos docere voluerit, nihil in hoc mundo esse quod sitim animæ possit restinguere. Qui possibile est ô Domine Iesu, teste Anselmo, qui possibile est, quemquã in hoc mundo satiari & contẽtum esse, siquidem tu ex eodẽ esuries & sitiens egrederis? Quicquid nobis mũdus dat ad restinguẽdam sitim nostrã, teste Hieronymo, nihil aliud est, quam acetum: Et quod ad sedandam famem præbet, nihil aliud quàm fel est: quæ duo poste aquam probauimus, vitam auferunt nec sitim tamen tollũt. Rupertus ait: Quod siti mori voluerit Filius Dei, hoc nos commonefacere voluit, licet duplo plus terræ hominumque possideamus, duploque plures diuitias cõgeramus, & duplo plura vitia probemus, atque in voluptatibus vitam exigamus; nihilominus adeò sitibundi ex hoc mundo abituri simus, ac si in eo nõ nisi vnicum momentum vixissemus. In hoc ærũnoso mundo, nihil est quod siti nõ laboret; nam caro voluptates sitit, anima longiorem vitam affectat, cor maiorem sui existimationem conquirit, Diabolũ sitis seducendi nos vrit, & Chri-

stum

tum sitis nos saluandi exercet. Omnia quæ commemorauimus, in fame viuunt, in siti moriuntur. Quid enim caro nostra agit aliud, quàm quod vsquequaque queratur, quod nudã se circumferamus, quodesurienté, quod lassam, quod malè contentam, quod iugiter sitientem? Quando vnquam anima ex hac infelici vita abiit, quæ non libenter propter vnius anni longiorem vitam omnium bonorum suorum fecisset iacturam? Vbi est cor humanum mundi huius, quod nó vigilet vt magis magisque opes congerat, & de sui æstimatione comparãda sollicitum sit? Quare putas Diabolum tantopere vigilare ac sollicitum esse, nisi vt suos retineat & seducat bonos? Quare putas mundum tantã varietatem vitiorum habere, & tantam diuersitatem voluptatum, nisi vt suam illam sitim possit sedare, quam ad singulos mundanos vanosque faciendos habet? Quare putas filium Dei in hunc mundum venisse, prædicasse Euangelium, in ærumnis vixisse, in cruce expirasse, nisi propter magnam sitim illam quàm totius saluandi mundi habuit?

Hic probatũ est quod caro, quod anima, quod cor, quod mundus, quod Diabolus, quod Christus sitiant ac esuriãt ô anima mea, te nesciẽte, & quod sine lacrymarum profusione meminisse nequeo, Christum solum tuæ salutis sitientem esse, sed reliqua omnia tuam inprimis dãnationem concupiscere & sitire. O anima mea, vtinã tãtam haberes sitim ac desiderium te cõuertendi, ac Christus habuit te saluandi? Nam si tale desiderium te conuertendi habueris, quale te seducendi inimici tui habent, haud

A quibus sitis bonorū & malorū proficiscatur.

dubiè cautius viueres, nec tam leuiter vagareris, Hæreditàr boni ergo sitim à benedicto Domino Iesu Christo, verùm impij sitim à Diabolo hæreditant. Et quid est sitis quam à benedicto Iesu hæreditant aliud, nisi vt pacifici, humiles, casti, temperantes ac misericordes simus. Et quid sitis quam à Diabolo hæreditant impij aliud, nisi vt potentiores, opulentiores, vitiosiores & molliores euadant? O quantum discrimen vtriusque est sitis: siquidem sitis bonorum viuo fonte restinguitur, qui est gloria: sitis verò impiorum mortuis aquis infernalium dolorum tormentorumque restinguitur, adeò vt pro qualitate sitis qua in hac vita laboramus, futura sit aqua qua illam in altera vita restinguemus. O quam benè Propheta dicit: *Sitiuit anima mea ad Deum viuum*: omnem enim aquam quam bibendam dat Dominus est ex viuo fonte, limpida aspectu, iucūda hausturo, delicata gustatu, sana probatu, facilis digestione, & pretiosa custodia est. Aqua quam mundus errantibus suis præbet profunda hausturo, tristis aspectu, iniucunda potu, dura gustatu, & fœtida conseruatu est. Denique dico, famulum Domini, semper siti Domini ac Dei sui laborare debere, adeò vt ille qui magna siti laborat, industriè inprimis quærit, quo potum consequatur: sic etiam ille qui Deum sitit, omnes debet occasiones modosque conquirere, vt illi famulari possit.

Proprietates aquæ viuentis.

Item aquæ mundanæ.

Ego posto corui Prophetam Heliam pauerint, sed Iudei Christo nec potum nec cibum porrexerint.

CAP. XLVII.

Egredere hinc, & vade contrà Orientem, & abscondere in torrente Carith, & ibi de torrente bibes: coruisque præcepi vt te pascant ibi, dicit Deus ad Prophetam Heliam. Cùm Dominus præciperet Heliæ abire ex Samaria, magna fames in tota regione erat, & persecutionem ab ipsa Regina Iezabel Prophetæ patiebatur, idcirco Deus vt prophetam suum conseruaret, secretum illi locum designauit, in quo se absconderet & ipse à necessariis ad vitam ipsi prouideret. Posteaquam igitur iussit ad torrentem Carith, aliquandiu ibi delituit, & nihil aliud nisi quod à coruis adferebatur commedit, & præter fluentem aquâ bibit. Post decursum aliquot mensiũ, posita iam Reginæ Iezabel sæuitia, & fame illa annonæque caritate cessante, rediit in vrbem Helias & nunquam coruos vidit amplius. Sed priusquã ad mysterium hoc transeamus, aduertendum est quã accuratam Dominus seruorum suorũ curam gerat, neque vnquã immemor auxilij ipsis conferendi sit: quippe naturalis hæc eius proprietas est, vt eorũ ingẽti cum cura memor sit, qui eius nũquã immemores in cultu debito fuerũt. *Cum ipsa sum in tribulatione, eripiã eum & glorificabo eũ*, dicit Psalmista in nomine Domini, ac si diceret: Ego ipse & nõ alius tribulationib. eius interero, & nõ solũ eũ eripiã, sed & gloria & honore in regno meo decorabo. Quod si Christũ intelligere volumus, permittit illi homini qui propter cultũ suũ afflictiones persecutionesq; patitur tria: Primũ est, quod in omnib. tribulationib. &

3. Reg. 17.

Quantum Deus seruos suos curã gerat.

Psalm. 90.

Christus tria suis causa tribulatis præmittit.

aduersis velit illi assistere: Secundum, quod in nulla tribulatione quantumuis vehementi amissurus vitam sit, nec conscientiam proiecturus: Tertium est, quod ex eiusmodi tribulatione ac molestia, maximum nomen ac gloriam sibi paraturus sit. Mi Christiane quæso te dic mihi, cùm tantus fructus & tam multiplex ex tribulationibus colligitur, quare quæris voluptates in hoc mundo, & ingétes animos tollis? quæ potest tribulatio in hac vita tam vehemens ac periculosa esse, quæ non Christo auxiliante superetur? O quam beata est illa anima, quæ propter cultum Christi infestatur, & propter amorem eius persecutionem patitur? Siquidem illi promisit & addixit, quod illam incidere in tentationes non sineret, nec in tribulationibus perdurare. Aduerte mi frater, aduerte bene Christū non dicere cum ipso sum in gaudio & exultatione, sed in tribulatione: vti enim in hac vita nihil aliud quam lacrymas fundere potuit, tentationes pati, ærumnas laboresque sustinere: perinde misereatur Christus flentium, persecutionē patientium, & tentatorum: adeò vt quemadmodum Diabolus voluptuariorum est princeps, ita Christus sit caput afflictorum.

Fructus tribulationis.

Bernardus inquit: Si verbum illud *cum ipso sum in tribulatione* in te nō impletur, cogita te eiusmodi tribulationem Christi nomine non sustinere, sed quod aut amicorum gratia, aut proprij cōmodi causa sustineas, ideo ab illis auxilium exspecta, quorū causa pericula hęc pateris. Si enim Christi memor nō fis, nec inquiras Christū, nec patiaris propter Christū, q.d Christo cū tribulatióe tua negotij est? pateris propter carnē, habe tibi: pateris propter mūdū, elabora vt te adiuuet

pateris propter amicum, impelle eum vt tibi assistat: & pateris propter Christum, te illi cõmenda. Nam si alij inseruire velis, non est æquum vt gratiam aliquam à Christo præstoleris.

Basilius inquit: Quando vnquam aut vbi Deus amicum habuit, cuius oblitus est, aut cui in tribulatione non præsto fuit? Gregorius ait: Qui non fuit oblitus Noe in diluuio, Abrahami in Chaldæa, Loth in Sodomis, Isaaci in Palæstina, Danielis in Babylonia, putasne illum memorem tui non futurum, tribulationibus & angustijs vexati? Remigius ait: Si tibi desit verbum *cum ipso sum tribulatione*, cogita Dominum id ipsũ ad maius tuum cõmodum facere, aut ad maius meritum: quanto enim plures tentationes sustinueris, tanto plura tibi merita comparabis; & licet hoc non esset, ideo tamen fit quia maiora adhuc superfint pericula, ad quæ superanda tibi gratiam auxiliarem reseruet. Et ne solicitus Lector putet me longius extra limites vagari, aduertendum est Prophetam Heliam, cuius hic figuram tractamus, triplici persecutione infestatum fuisse: Nimirum bello, quod in Iudæa præcesserat: annonæ caritate, quæ tum in regione illa erat: & odio quod in illum Regina Iezabel susceperat. Prædicare non audebat, ob metum Reginæ; palam se videndum præbere non audebat, ob metum belli: nec in cauernis se abdere, ob metum famis: adeò vt hic S. Prophetæ non modo destitutus fuerit omni solatio, sed etiam vt palam decollari timeret, aut clam emori. Cùm ergo Deus in illo implere vellet verbum istud, *cum ipso sum in tribulatione*, præcepit vt

Deus nemi nem obliui scitur in tribulatione se inuocantem.

Helias Prophetatri plicem persecutionem passus.

Iudaicā terram relinqueret, & sese apud torrentem Carith absconderet, quo coruos illi ad cibū ferendum destinauit, & præterfluentē ad bibendum præbuit. Ex quo memorabili exemplo colligimus, quàm bonus sit Dominus noster, & quantam curam suorum gerat, si modo illi seruiant. Omnia quippe nobis compensat, quæcúque illius causa facimus, & in omnibus auxiliatur quæ illius causa sustinemus.

Helias figura Christi.

Quare vt ad nostrū propositū redeamus, præsupponendum est totā hanc figuram in Christo verbo tenus completā esse. Nā vti Helias à Regina Iezabel, ita Christus à Synagoga fuit infestatus; & vti Helias caritatē annonæ in tota inuenit Iudæa, ita Christus maximā in eadē bonorum inuenit penuriā. In illa verba Ieremiæ, *Paruuli petierunt panē*, inquit Hugo de S. Victore: Panis quē petierunt paruuli, non erat panis materialis in caniſtris seruari solitus, sed erat spiritualis panis, quo anima saturatur. Quod ergo Propheta dicat neminem se habuisse qui panem frangeret, significat iam nunc nullum bonum superesse amplius, qui sua prædicatione verbū Dei populo interpretetur.

Thren. 4.

Panem frangere in scriptura quid.

Bene ordinatæ Reipubl. teste Chrysostomo, mors viri boni multò damnosior est, quàm caritas annonæ ac vini; videmus enim in diebus Deum nos propter peccata malorum flagitiaque, caritate annonæ ac fame torquere: verùm propter merita vnius boni fertilitatem abundantiamq; omnium conferre. Fames, bellum, pestis teste Ambrosio, in flagitiosis rebus ac vrbibus timenda sunt, non verò vbi boni degunt. Tametsi enim Deus puniat vt ijs boni infesten-

Fames, bellum, pestis malis non bonis imminent.

tur

tur aliquantisper, non tamen permittit vt diu durent. Quid habent Respublicæ, quid diœceses, quid monasteria si Viris bonis destituta sint?

Augustinus inquit: Si compulsationem fieri pro defuncto audiam, turbatur anima mea, nescia quid primum deflere debeat, an bonos morientes, an verò malos viuentes: eandem enim causam deflendi vitam improborum, quàm bonorum mortem habemus. Probato ergo, periculosiorem esse famem, id est, carentiam bonorum Virorum in ciuitate aliqua, quàm famem defectúq; cibariorum, quis dubitaret non multò maiorem famem fuisse, quam Christus in Synagoga inuenit, quàm tempore Heliæ in Palæstina grassante? Quomodo potuit vir bonus in Synagoga reperiri, in qua vicerex Pilatus erat Tyrannus, Cayphas summus Sacerdos sacrilegus vsurarius; Magistriq; illius ac Pharisæi vesi hypocritæ; & consultores eius Sadducæi hæretici, Regesque ac Propheræ deierant? Hanc famem & hanc caritatem filius Dei abstulit, cùm mundo loco Synagogæ Ecclesiam dedit, loco Prophetarum Apostolos, loco legis timoris legem amoris, loco litteræ spiritum, loco figuræ veritatem, & loco veterum nostrorum peccatorum, benedictam suam gratiam. Quid factum nobis fuisset, nisi Christus in Ecclesia tot bonos reliquisset? Reliquit Martyres multos, multos Confessores, multas Virgines, multos Doctores & Anachoretas, adeò vt cũ filius Dei moreretur, nõ relinqueret nobis libros ad legendũ in eis, sed Viros sanctos ad imitandũ.

Christus Ecclesiæ suæ quid reliquerit.

Præterea meminit hæc figura, Eliam se ad

fontem

fontem Carith abdidisse, figuram illius esse, quo pacto filius Dei in se assumpturus carnem erat, & in virgineis sese Mariæ visceribus abditurus. Et vti in Elia figuratum est, ita deinde per Christum completum: nam sub humana carne quam assumpsit, diuinitatem abdidit quam habebat. Propheta Isaias tametsi diceret, *Verè in te Deus abscondituſ*, nihilominus sciebat Deum aliquo tempore se absconsurum esse, & istis obstinatis oculis subtracturum: quod inde colligimus, quia illum agnouit & suscepit Ecclesia, negauit verò reiecitque Synagoga. *Recede hinc, & abscondere in torrente Carith*, dicit æternus Pater suo filio, ac si diceret: Vade fili mi, vade & abscondere in torente Carith, quo redimere mundum possis, ibi enim potestatem tuã occules, vt pati possis. Abscondes sapientiam, vt derideri possis; abscondes prouidentiam, vt pro stulto haberi possis: abscondes iustitiam, vt blasphemus esse dicaris: & abscondes denique fortitudinẽ, vt tanto melius mori possis. O quàm præclarè verbum hoc, *Abscondere in torrente*, in Christo impletum est? nisi enim coram Pilato abdidisset suam potentiam, quis potuisset illi vitam adimere? nisi filius Dei suam sapientiam abdidisset, vt aust fuissent Pharisæi illius doctrinam exibilare? nisi Christus abdidisset rigorem suę iustitiæ, quis ad illum iustificandum occidẽdumque fuisset sufficiens? nisi enim Christus abdidisset insuperabilem fortitudinem, qui fuisset possibile quẽq; ex illius corpore animã reuellere potuisse? Sic loquitur Propheta Habacuc: *ibi abscondita est fortitudo eius*, ac si diceret: Nõ spera ô Synagoga, non spera, Messiam non robustum futurum,

Elias figura Christi.

Isaiæ 45.

3. Reg. 17.

Habac. 3. Messiæ quia sit futurus.

rum, sed debilem; non diuitem, sed pauperem; non sanum, sed ægrotum; non magnificum, sed humilem; non Dominum, sed seruum; non bellatorem, sed pacificatorem; neque palàm omnino, sed etiam clam ingressurum esse. Cùm Isaias dicat: *verè tu es Deus absconditus*, & Habacuc dicat: *ibi abscondita est fortitudo eius*, quare existimat Synagoga Messiam suum palam ac publicè venturum esse, siquidem Prophetæ dicant eum clam & occultè venturum? Cùm filius Dei in hunc mundum non venerit ad pugnandum cum visibilibus hominibus, sed cum inuisibilibus hostibus & peccatis teste Origene, necessarium non fuit pugnando illum venire, sed prædicando; neque necessarium fuit vt totum mundum peragraret, sed vsquequaque suum sanctum diffeminaret Euãgelium: & tametsi Iudæi eò vsque non peruenirẽt vt illum agnoscerent, non fiebat tamen id ideò, quia non possent, sed quia non vellent illum agnoscere.

Theophilus ait: Cum Ecclesia loquens dicit Propheta, *Deus manifestè veniet: Deus noster & non silebit.* Et cum Synagoga loquẽs dicit Isaias: *Verè tu es Deus absconditus*: & indè est q infelices Israelitæ, tametsi scientia magni essent, sed conscientia peruersi, digni non fuerint vt nossent illum, siquidem in illum credere recusarunt. Præterea dicit supradicta figura, locum in quo se abdidit propheta Elias fuisse torrentem Carith: at fontem in quo se abdidit Christus, profunditas fuit passionis eius, quam filius Dei ingressus est, non aliter quàm in periculosum palustremque torrentem, in quo submersus sit & interfectus. In torrente passionis suæ filius Dei se diuisit me- Psalm. 49

diuin

dium, cùm nimirum anima intraret limbum, corpus sepulchrum, & partes quæ hominem Christum facerent, se dirimerent, tametsi ab hypostatica vnione dirimi non possent: nam tam bene Deus in limbo fuit & sepulchro, atq; modo est in cœlo. Tantopere fuit absconditus in aqua passionis suæ, vt nihil videri posset de diuinitate eius, & vix pulchritudo humanitatis comprehendi: vt enim benedictus Dominus Iesus inimicis suis locum daret vlciscendi se in illo, opera miraculorum suorum quæ passioni eius impedire possent, contraxit & sepposuit.

Vltioni inimicorum Christus vt homo locũ dedit.

Denique meminit hæc figura, quòd cum ita absconditus in torrente Carith iaceret Elias, corui ad pascendum eum cibos attulerint, adeò vt cibarent illum corui, & haustum torrens præberet. Nisi hoc mysterium esset figura, maioriq; mysterij nuntius, fortè euenisset, vt quemadmodum Deus Danielem cibauit per Prophetã Abacuc: ita Eliæ cibum per alium virũ aut Prophetã misisset. Cùm per Eliã figuratus sit Christus, & per Iezabel Synagoga; per persecutionẽ passio, & per torrentẽ crux, & per aquã sanguis, & per abiectionẽ Christi mors, quare per coruos non intelligerentur Iudæi? Cũ satis multæ aquilæ essent in cœlo, & in mundo colũbæ, quã dexteritatẽ in coruis vidit Deus, vt per eos vellet cibari dilectum suum, fidelẽq; Eliam? Quod Deus Eliam crediderit coruis, significat, perinde ac si suum filium manibus Iudæorum crediturũ esset. Proprietas corui est, vt niger sit colore, grauis volatu, carne durus, olfactu vehemens, voracitate æuus, & natura ingratus. Nam cùm adeò ingratus sit coruus, in prouerbio dicitur

Iudæi corui.

Corui proprietas.

let: Educa coruũ qui tibi oculos exedat. Ingratus fuit coruus erga Christum populus Iudaicus, quia loco humanæ carnis assumptæ, & prę-
bitorum dogmatum, nihilominus illi non exscalpserunt oculos, sed oẽs eius artus cruci affixerunt. Quid mali in coruis est, quod ẽt non fuerit in Iudæis? Iudæi nigri erant in fide, crassi ac obesi intellectu, difficiles creditu, immanes natura, sub doli cõuersatione, prompti ad tumultus, auari in bonis, atq; in n alia præcipites. *Iudæorum natura pro pria.*

Quid hoc ô æterne Pater, quid hoc? posteaq̃ tibi filius triginta tribus annis inseruijt, præcipis coruis obijci? In veritate non adeò immanes corui sunt quos videmus, ac Iudæi de quibus loquimur: Corui enim de mortuo tantum animali edunt; sed execrabiles Iudæi Christum viuum adorei sunt. O quanto melius Eliæ cum coruis accidit, atque Domino Iesu cum Iudæis? Eliæ quippe corui dant panẽ & carnem ad edendũ; verùm corui illi Christo nihil præter fel & acẽtum præbuerunt. Et deniq; dico Eliæ Prophetæ melius illud exilium apud torrentẽ cessisse quã Christo in monte Caluariæ. Elias enim vitam inde serum abstulit, sed Christus vitam in Caluariæ monte reliquit: neq; Elias sciuit quid fames esset, sed filius Dei nunquam sedauit famẽ suam, nec sitim restinxit.

Ego pacto lictores vinum ebiberint quod pro Christo & duobus latronibus attulerant; sed Christum siti mori permiserint.

CAP. XLVIII.

SVPER vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta *Amos 2.*
omne ... re: & vinum damnatorum bibebant in
domo

domo Dei sui, dicit Dominus per prophetam, ac si diceret: Adeò fatuus atque impudens factus est populus Israeliticus, vt in templo meo & iuxta altare biberit vinum damnatorum; & oppignoratis ac depositis vestimentis incubuerit. Vulgaris cõsuetudo est, vt postea quàm inebriati homines fuerint, tunc primum aliorum vestibus incubent & dormiant: item statis tempore sese ad vmbras templorum propter quietem recipiant. Sed Deus supradictis verbis longè aliud indicare voluit, quàm litteraliter sonent: nihil enim Deus cum Synagoga locutus est, quod non in Ecclesia deinde mysterij loco habitum sit.

Primò loquitur hic propheta de vestimentis: Secundò de oppignoratis vestimentis: Tertiò quòd accubuerint altari simul: Quartò quòd poti vestibus incubuerint: Quintò quòd ibidem multum vini biberint: Sextò quod illud vinum damnatorum fuerit: & septimò quod vinum in templo biberint. Cæterũ vti hæc figurâ prædicta per prophetã est, ita in Christo est adimpleta. Nam cum Iudæi abijssent allatum vinum ad bibendum pro Christo & latronibus, illud non modo non dederunt ipsi, sed posteaquàm eò se inebriassent, tulerunt vestimenta Christi, & ijs incubuerunt humi. Quod ergo propheta dicat;

Prima in mundo Ecclesia, fuit Calvaria Mons.

Super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare, &c. locutus est verè; nam primum in orbe terrarum templum fuit Mons Calvariæ: primum altare, crux ipsa: prima imago, Christus: primæ reliquiæ, sanguis eius: primum Missæ sacrificium, oblatio fuit in sexta feria: primi fideles, Virgo ac Ioannes erant: & primũ

Sacra-

Sacramentum fuit, quod in cœnaculo consecrarat. Qui erant in hoc sancto templo ac consecrato altari accubantes super vestimentis cubitisque incubantes alij, quàm pertinaces illi ac infelices Iudæi? Si quis cubito innitatur, non dicimus illum cubare nec stare, sed similem viatori esse cor inquietum habenti. Mirabile profectò mysterium est quod propheta non viderit Iudæos sedisse aut iacuisse, sed iuxta altare accubuisse: significatur enim quod neque sint publici Christiani sed occulti Iudæi, siquidé in Christum vt Christiani credere noluerunt, neque Ecclesiam ad iudaizandum vt Iudæi habere voluerunt.

Rupertus Abbas ait: Vsque in hodiernum diem Iudæi non accubant cruci (quæ Christus est) vt in illum credant, nedum in genua procidũt vt illum adorent, multò minus erecti stant vt illum defendant, & multò minus eum amplectuntur vt ament, sed cubito suo innituntur vt eum offendant. Præcipua enim eorum intentio est Christi vestes conculcare, & Dominum Iesum cubitis à se depellere. Sed hanc prophetiam quò sublimius explicemus, aduertendum est in S. Scriptura per vestimenta bona, bona opera intelligi: & per vestimenta mala, opera mala: Et inde est, quod vti nouis vestimentis ornantur corpora; ita anima per bona opera exornatur. Et ne beneuolus Lector putet me frustra loqui, omnia S. Scriptura probabimus. Quod S. Ioannes Christum viderit vestitum ponere, id est, quod videret illum in veste oblonga, quid aliud fuit, quàm Christum virtutibus vestitum à vertice capitis vsque ad plantam pe-

Vestimenta in S. Scriptura opera significant

dis fuisse? Per illum qui introiuit ad nuptias vestem nuptialem non habens; & qui propter mala vestimenta proijciebatur in carcerem, quis alius figuratur nisi ille, qui tametsi malam vitam ducat, non tamen illum libertate vti Christiana pudeat?

Eccles. 9. Deum in Ecclesiaste dicere: *Omni tempore sint vestimenta tua candida*, & præcipere vt in candore ea conseruemus, quid aliud est quàm vt mundi

Genes. 37. ac virtute præditi omnino simus? Scripturâ dicere quod Iacob fecit Ioseph filio suo tunicam polymitam, id est, quod Iacob filio suo tunicam talarem fecerit, quid aliud significat, quàm filium Dei perfectum esse in virtutibus ac cõsummatũ? Vestimenta quæ Iudæi substernebant pedib. asinæ, & vestimenta quæ Apostoli asinæ imponebant, quid aliud significãt quàm totã Synagogã quod reprobaret ac reijceret; & contra Ecclesiam approbaret & admitteret? Augustinus inquit: Cùm in S. Scriptura per vestimenta quæ gerimus, opera quæ exercemus intelligantur, in veritate dicere possumus, neminem bene vestitum esse præterquã hominem virtute præditum, nec quenquam lacerè vestitum esse, præterquam flagitiosum & impium.

Quis benè & lacerè vestitus dicatur.

Duplicis generis vestimentis Dei filius in vita vsus est, vnum erat incõsutile quod portabat ad carnẽ, alterum verò talaris vestis quam togæ instar aut pallij gerebat: adeò vt Christus non modo perfectionem paupertatis suæ in parcitate victus, sed etiam in inopia vestium ostenderit. Bernardus inquit: Non modo filius Dei instruxit quo pacto nos oporteat viuere, sed quo pacto in vestimentis etiam nos gerere debeamus,

beamus, nam vestimenta ipsius pauca numero, vilia colore, pretio abiecta, vsu vetusta ac lacera fuerunt. Quid sunt, teste Origene, duplicia Christi vestimenta aliud, quàm ipsius diuina humanaque natura, ex quibus erat suo modo compositus? Inconsutilis vestis nec acu violata nec forsice secta, erat diuina natura in summa simplicitate ab æterno gloriosa, in qua nec principium inuentum fuit, nec vnquam terminus inuenietur. Nam talis modo est qualis ab æterno fuit: & in secula seculorum vti modo duratura est: Per alteram vestem sectam & consutam intelligitur Christi humanitas, quam spiritus S. formauit, quam viscera virginea pepererunt. Et Christum duplici vestimento cinctum incessisse, significat quod ille & non alius incarnatus esset Deus, aut incarnatus filius. Priusquã Christus homo fieret, non nisi vnicam vestẽ habuit qua se tegeret nimirum suam diuinitatem: sed postquam venisset in mundum, aliam sibi vestem comparauit humilitatem scilicet; adeò vt mutuam nobis suam vestem dederit quò nos sanctificaret; & nos nostram illi vestem mutuo dederimus, quò homo fieret.

Duplicia Vestimenta Christi quid sint.

Chrysostomus inquit: Ex duabus vestibus Christi, inconsutilis in passione integra permãsit, alteram verò quam exterius gerebat lacera fuit, ostendens vtiq; tametsi eius hostes potẽtes fuerint, ad inijciendum manus sanctissimæ humanitati suæ, non tamẽ diuinitatẽ ausi fuerint cõtingere. Vnã Christi vestẽ, teste Damasceno, inuiolatã milites acceperunt: alteram verò carnifices frustatim cõciderunt vt ostenderetur Catholicæ Ecclesiæ inuiolatam prorsus vestem

obtigisse, siquidem omnino crederet, Deum & hominem esse; verùm infelici Synagogæ laceram diuisamque vestem cessisse, siquidem illum nudum hominem esse credebant. Augustinus ait: Per duas tunicas quas gerebat Christus duo corpora quæ habebat ipse accipiuntur, nimirum corpus verum, membris compactum, & mysticum ex Christianis conflatum. Et quò scias frater mi, quid quantumque Christo debeas, hinc collige, quòd pluris fecerit corpus suum mysticum quod nos sumus, quàm corpus suum verũ, quod membra eius erant. Christum permisisse vt altera vestis auferetur & discerperetur, illa tamen lege ne alteram contingerent, quid aliud significat, quàm quod Christus magis senserit si quis lingua sua proscindat Ecclesiam, quàm si eius personæ propriæ manus injiciat? Remigius inquit: O quàm solidam integramque reliquit Christus vestem inconsutilem suæ Ecclesiæ: sed mali Christiani & periuri hæretici, totidem ex ea partes faciunt, quot dissensiones in Ecclesia disseminant, hæresesque propagant. Christum mori absque omni veste voluisse, imò absque omni filo in corpore, non sine notabili damno modestiæ suæ id voluit, & peculiari honestatis detrimento. Quis enim vnquam adeò in doctrina grauis, adeò quo ad seipsum honestus modestusque ac filius Dei fuit?

Vehementius sentit Christus, vi olatum mẽbrum Ecclesiæ quàm suum.

Isaiæ 53. Cùm Isaias dicat, *Oblatus est quia ipse voluit*: sic statuendum ac credẽdum est, non potuisse crucifigi illum, nisi voluisset; nec vestimentis nudari, nisi consensisset. Vnde hæc consequentia sequitur, quod ad salutem nostram mori voluerit, & ad nostrum solatium omnino denudari. Tamen

metsi nudatio Christi illi maximo probro fuerit, nihilominus nobis maximo fuit solatio. Nã nõ aliadecausa nudari se permisit, nisi vt nos suis vestibus cõuestiret. Quid significat illa nudatio Christi à vestimentis omnibus aliud, quã quod se omnibus bonis operib. exueret atq; eorundẽ possessione abiret? Ego & tu, tuq; & ego mi frater, mori in vestibus & cum vestibus debemus, id est, cum nostris & alienis meritis. Nam cùm benedictus Dominus Iesus, in corpore vnitus fuit diuinæ essentiæ, illiq; gratis gloria collata, nec ipse propriorũ operũ ad se saluandũ eguit, nec alienorum meritorum ad ignoscendum.

Christus quare se nudari passus sit.

Cyrillus ait: Tametsi filius Dei in monte Caluariæ orans, populo prædicans, in hospitalibus curans, patiens in hostibus, & in cruce moriens mereretur, omnibus tamen se illis spoliauit, & nobis in possessionem dedit: adeò vt hæredes simus sanguinis quo redemit, & imitatores meritorum eius quæ collegit. O quàm egregiam hæreditatem! ô quàm fortunatum patrimonium, ô Domine Iesu tuis parochianis in Ecclesia reliquisti? siquidem propter illud facti sumus filij Patris, fratres filij, pupilli Spiritus S. Iocij Angelorum, consanguinei Ecclesiæ, & æternæ gloriæ hæredes. O quantum discrimen est inter hæreditatem cœlorum & mundi patrimonium? Nam tametsi multorum bonorũ redditumque in hac vita scribamur hæredes, nihilominus multarum etiam litium forensium hereditatem adimus, multosque hostes nobis paramus: Verùm benedictus Dominus Iesus, loco bonorum reliquit gratiam, & loco hostium merita delegauit. Quid factum fuisset totius mun-

Discrimen inter hæreditatem Christi & mundi.

di peccatoribus nisi mortuus fuisset Christus, ab omnibus bonis nudatus, sed mortuus fuisset omnibus suis meritis conuestitus? Quid euenturum fuisset superbis, nisi illis suam humilitatem reliquisset: & quid immisericordibus ac crudelibus, nisi suam illis charitatem reliquisset? Quid iracundis fieret, nisi illis reliquisset suam patientiam? Et quid nobis miseris peccatoribus, nisi suam nobis misericordiam delegasset?

Christus nobis omnia merita reliquit.

Cyprianus inquit: Nisi Christus ascendisset in cœlos, omnibus meritis neglectis, ijsdemque dispensatis vti sese vestibus nudauit, non fuisset in mundo vllum templum ad orandum, nec altare ad sacrificandum, nec imago ad honorandum, nec Sacerdos ordinandus, nec vllum Sacramentum administrandum. Cyrillus ait: Si filius Dei pro se solo tantum meritus fuisset, & pro se solo mortuus, meritò dixissemus illum propter seipsum & non propter nos hominem factum esse, & in mundum venisse. Procul à nobis sint istæ blasphemiæ, & procul à cordibus nostris eiusmodi malitia amoueatur, quippe cum bonus Dominus Iesus pro se mortuus non sit, sed pro me: & non sit meritus pro se, sed pro me. Hugo inquit: Cùm pro reliquijs Redemptor vestes suas nobis reliquerit, & merita pro thesauro, habet modo sponsa eius Ecclesia dispensanda Sacramenta, sacrificanda sacrificia, indulgentias conferendas, remissiones peccatorum dandas, relaxandas pœnitentias, & requiem promittendam.

Auctor continuat figuram Prophetæ Amos, & loquitur amplius de vestibus Christi, quæ nobis ille hic appignorauit.

CAP. XLIX.

PArtiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem, dicit Christus ac si diceret: O æterne Pater non tantum permisisti vt nudarer meis vestibus, & ad ignominiam nudus proponerer; sed etiam vt lictores vestes meas diuiderent, & de mea tunica milites sortirentur. Hic considerandum est quot vestes fuerint, cuius & inter quos diuisæ: nam tota nostra salus in hoc sita est, si aut excludamur ab his partibus, aut ad hanc diuisionem partium admittamur. Vestes duplices fuerunt; Dominus illarum Christus: inter quos diuisæ, milites lictoresque erant; & vbi diuisæ, nempe ad crucem, & quidem sortitione distributæ. Hasce duas vestes inter se milites Christum custodientes diuiserũt, & lictores eum crucifigentes: adeò vt secundum cuiusque meritum partem harum vestiũ acceperint. Per milites intelliguntur, teste Theophilo, viri iusti: & per lictores malitiosi ac impij peccatores. O quantam bonitatem! ô quàm inauditam misericordiam ô Domine Iesu, ergà me in ligno crucis exhibuisti, siquidem neminem ibi exclusisti ab hæreditate tui sanguinis, nec à tuorum meritorum distributione: nam tam bene latronibus pars obuenit te cruci imponentibus, quàm Nicodemo à cruce te tollenti. Hychius inquit: Cùm filius Dei redẽptor esset omniũ, voluit vt vestes omnibus darentur, & ab vniuersali redemptione nemo excluderetur. Quod inde colligimus, quia alterum

Psal. 21. Ioan. 19.

latronem qui Hebræus erat saluauit: & Centurionem qui Gentilis erat conuertit. O quantâ spẽ, fiduciamq; salutis consequendæ ac remissionis peccatorũ faciendæ habere nos par est? nã si carnificibus partẽ vestium suarum ac meritorũ dedit, multò magis credendum est, eum multò libentius suis Electis daturum esse.

Discrimen distributionis vestium erat, quod immanes lictores illicò vestes discerpserint, verũ nobiles milites inuiolatam suam vestem seruarint: adeò vt illa ipsa tractatione vestium facilè ingenium illorum cognosci potuerit. Quod tum temporis fecerunt Iudæi, id modo Christiani faciunt: boni .n. Christiani, legem Christi seruant ac præcepta: mali verò & impij, non plus eorum seruant quam quod placet: adeò vt Viri probi ac boni vestes Christi inuiolatas seruent, dum nimirum præcepta eius custodiunt: Impij verò laceras ac discerptas, dum nudo Christiani solum nomine contenti sunt. Hieronymus ait: Si mi frater aduertas, te in præsumptione superbum, in inuidia ambitiosum, in impatientia iracundum, in edendo voracem, in dando auarum, quæso dic mihi quid habes quo Christianus sis, & quid non habes quo Gentilis sis? Quid posset tuæ animæ, imò corpori tuo esse damnosius, quàm si ex vestimentis CHRISTI nihil aliud participes, præter nudum Christiani nomen? Nescis quod rideariris si Christianus vocaris, nisi Christum sequaris, vti cãdidus vocatur ille qui Aethiops est? O quã infelices inueniuntur homines, quibus de Christi vestibus nihil aliud obtingit, nisi ora aliqua, quando nimirum quis gloriatur, quod S. audiuerit

Vir bonus inconsutilis vestis Christi est.

Christiani nomine tenus depinguntur.

diuerit Euangeliũ,& quod tãquam Christianus baptizatus sit,quod certè satis non est, nec quo Christus contẽtus est. Nam vti summa cum munificentia nobis vestimenta sua diuidit, ita vult vt illi ex omnibus viribus seruiamus. Cum lictoribus ille oram tantum vestimenti Christi apprehendit,qui non nisi mandatum vnum seruat: Illi verò tota vestis obuenit, qui omnia quæ præcepit Christus seruat. Christus enim illi adolescenti quid ad consequendum cœlorum regnum faciendum esset interroganti non respondit *serua mandatum*,sed *serua mandata*. Cum lictoribus ille partem vnam vestis Christi intercipit, qui nudo solum desiderio explere vult Euangelium: contrà verò ille totam vestem Christi accipit, qui non modo verbis sed etiam operibus ipsi famulatur. Nam vti S.Bernard. inquit: Cœlum impletum est bonis operibus,infernus autẽ bonis desideriis. Augustin.ait: Vti quidam pueri parentum bona dissipant,alij verò amplificãt: sic in Ecclesia Dei accidit. Licet enim homines vestes ac merita Christi hæreditauerint, videmus tamen plerosque ea proh dolor dissipare ad damnationem,& custodire alios ad salutem.

Matth. 19.

Qui partem & qui totã vestẽ Christi accipiãt.

Super vestimentis pignoratis accubuerunt, dicit supradicta figura,tã de Gentilibus quàm Hebræis. Vbi expendendum est quale hoc vestimentum fuerit,& quare oppignoratum,quando,quibus: Omnes quippe hæ circumstantiæ eleuant hoc mysterium & ad arcana nos inuitãt. Ad meliorem huius prophetiæ intelligentiam ,*super vestimentis pignoratis accubuerunt*,aliud verbum inducẽdum æquè nouum ac istud , quo per nouitatem vnius , alterius intelligentiam consequamur.

Apoc. 21. Nouum verbum est: *Ecce noua facio omnia*, quod S. Ioannes à Christo in apocalypsi loquente audiuit ac si diceret: Vos cognati ac membra Ecclesiæ meæ, quo pacto non faciam atque alij fecerunt aduertite, nec doceam quod docuerunt alij, nec viuam vt vixerunt alij: nam in vita mea ac cognatione mea, nihil putridi inuenitur, sed munda omnia: nihil veteris ac obsoleti, sed noua omnia. In veritate adeò nouum hoc verbum est, vt nunquam à quoquam dictum fuerit nisi à filio Dei. Quis enim dic mihi sufficiens fuisset ad innouandum omnia, nisi ille qui creasset omnia? Cùm omnes homines, omnesque Angeli coniunctim ne vnicam quidem muscam possint creare, quomodo possent nouum mundum cõdere? Rupertus ait: O quàm verè dixit Christus: *Ecce noua facio omnia*. Si enim incipiamus ab ipso, factus est homo nouus, assumpsit carnem nouã, duxit vitam nouam, & nouam gloriam repromisit? Fuit nouus homo, quippe aliorum nemo, vti ille Deus ac homo fuit: assumpsit carnem nouam, ille quippe & nõ alius natus est de Virgine & Matre: nouam gloriam promisit Electis, nemo quippe ante illum regnum cœlorum promisit.

Isaiæ 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis*, dicit Deus, ac si diceret: Quod si in me credere, mandatisque meis morem gerere velitis, victoriam vobis de hostibus præbebo, sanitatem corporis, fata in campis, & pacẽ in vrbibus vestris. Hæc omnia quæ Deus illis promisit, sunt gratiæ illæ quas pro laboribus tribuebat; adeò vt illa refocillatio ac gloria Synagogæ, palæstina egressa non sit, nec per tecta (vt ita loquar) sursum

sum ascenderit. Non ita nobiscum Christianis filius Dei agit, vt Pater eius cum Iudæis: nam apud Matthæum ait: *Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum*, ac si diceret: Christianus ille, meorum præceptorum tenax: & ille prædicator, verbum meum prædicans, scribendi sunt in libro electorum, & in cœlorum regnum transferendi. Augustinus ait. Vti filius Dei noua præcepit seruari; sic etiam illius ergo nouam gratiam promisit: quæ causa est quod vsque ad Aduentum eius in mundum, nemo id quod ipse præceperat, præceperit: & nemo quod ille promiserat, promiserit. Non frustra Christus ait: *Ecce noua facio omnia*: instituit enim venerabile Sacramentum, quod difficillimum obtentu erat: præcepit fidem sanctissimæ Trinitatis, rem incomprehensibilem intellectu: præcepit in se credi vt Deum & hominem, nouum inprimis ad accentádum: præcepit amari inimicos, rem factu difficillimam: suamque legem seruari præcepit, hactenus in mundo rem nouam ad exequendum propositam.

Matth. 5.

Quæ noua fecerit in Ecclesia Christus.

S. Thomas ait in 2. contra Gentes: Cùm filius Dei non præceperit sub iugo legis veteris viuentibus res graues ad credendum, illis solum simplicia promisit: verùm vti suis Electis Christianis res grauissimas ad credendum præceperit, & ad exequendum difficiles, ingentia etiam illis gaudia quibus perfruerentur, promisit. Quare ad verba illa *super vestimentis pignoratis* reuertamur, cùm cultus à iustis fieri in terris debeat, & merces eiusdem in cœlis recipienda: & ne putemus nos ludificari, & mercedem refrigeriumque in alterũ mũdum

vsque

vsque suspendendum, voluit in hoc mundo benum pignus relinquere, quoad in cœlis nobis nostra bona opera persolueret. Pignus à Christo relictum fuit preciosum eius vestimentum, sancta scilicet opera & sanctissima Sacramenta. Frater mi, scito, tam preciosum pignus nulla alia de causa Christum in hac vita reliquisse, nisi vt illud in æterna gloria reciperet. Illic in gloria omnia pignora recipiuntur ac deponuntur: nam in cœlis nihil sperandum habemus: oculis enim videmus, quod desideramus: nihil habebimus credendum, cum nihil inibi obscurum futurum sit: nihil habebimus timendum, cùm mors ibi locum habitura non sit: nihil habebimus petẽdum, quia vita æterna erit: neque quicquam amplius desiderãdum erit, quia perpetuò duratura erit gloria. O quàm beatus est populus Christianus, siquidem pro depositio non solum vestimenta Christi habet, sed etiam Christum ipsum; qui hic apud nos sub specie Sacramenti manet, quoad glorioſum cœlum nobis reclusurus sit ac daturus. Non mirare ò Christiane, Christum nos pro depositio ac pignore habere, loco illius quod promissum nobis à Patre est, siquidem Apostolus dicit spiritum S. nobis opignoratum esse dicens: *Qui est pignus hæreditatis nostræ*, ac si diceret: AEternus Pater illius loco quod promisit, pro depositio omnes gratias Spiritus S. dedit, & omnia vestimenta ac merita sui Filij, non diutius tamen, quàm in æternam suam gloriam nos duxisset, & diuinam suam essentiã ad perfruendũ dedisset. Quis ille Christianus est qui damnari timeat, & nõ potius saluari speret, siquidẽ pro securitate salutis vestimenta Christi

Quæ nobis à Christo pignora relicta sint.

Gloriæ cœlestis descriptio.

Ephes. 1.

pro

pro depositio habuit, & gratias Spiritus S. pro certificatione maiore possedit? *Super vestimentis pigneratis* accubant hoc tempore Sancti, quando opera illa quæ exercent, componunt cum operibus quæ Christus exercuit: quippe opera nostra omnia ex se nullius valoris sunt, nisi meritis Christi associentur. *Opera nostra sine meritis Christi nihil sunt.*

Considerandum est Prophetam non dicere, quod viderit separatim vestimenta posita, & separatim cubitos collocatos: sed vestimēta cum cubitis, & cubitos cum vestimentis coniuncta: docens nos nudis operibus nihil mereri posse, nec Christum velle nos se solo saluare; ideoque necessariū vt brachia nostra & cubitos nostros illius operibus imponamus, & ille sua opera nostris cubitis imponat.

Auctor declarat pulchram figuram ex Tobia, *Exenterā hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi*, dicit Angelus Raphael ad iuniorem Tobiam vt illis medicari posset. At quę verba animum sumpsit Tobias, apprehendens piscem & vti Angelus prēceperat faciens. Tunc interrogauit Tobias Angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista quę de pisce seruare iussisti? Et respondens Angelus, dixit ei; Cordis eius particulam si super carbones ponas: fumus eius extricat omne genus dęmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vnguendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Ingentia sane mysteria nobis declarantur in hac figura. Nam hic nobis admiranda filij Dei mors repræsentatur, & magna vtilitas quam ex ea percipimus. *Tobiæ 6.*

Et hic

Et hic considerandum est quis Tobias sit, qui peregrinetur, qui piscetur, qui timeat, quæ branchiæ sint quibus apprehendit, quam cutim habuerit quam detraxerit, quam carnem quam assarit, quod cor sit exemptum, quod iecur excerptum, & quod fel ad custodiendum datum sit. Per Tobiam peregrinantem vt Patris bona reportaret, intelligitur vniuersum humanum genus: quod huc illucque peregrinatur in dies, vt illam gratiam recuperet quam primus eius Pater perdiderat.

2. Cor. 5. *Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino*, dicit Apostolus ac si diceret: Quam diu in hoc perituro mundo viuimus, nemo gloriari potest quod illius cinis sit, sed tantum quod aduena ac peregrinus: Et finis peregrinationis nostræ sit gratiâ quærere à primo nostro parente deperditâ, & gloriâ ab æterno nobis Patre promissam.

Finis nostræ peregrinationis quis sit.

Si quisquam interrogetur quid agat, respondet: quod laborem ac negotia sua cum voluptate perficiat. Quę responsio meo iudicio recta non est, multò quippe iustius dixisset, quod in eiusmodi labore consumat se & interficiat. Licet enim lætus quispiam sit aut laboret nihilominus vita eius deteritur. Putasne vitam tuâ deteri ac peregrinari, siquidē singulis horis diebusque singulis diminuitur? Augustin. inquit: Si rogetur quispiam quot annos habeat, respōdere solet se 30. aut 40. habere: verùm contrariū loquitur: nō enim deberet dicere se tot annos habere, sed tot annis carere. Licet enim aliquot annos habeat, sunt tamen sperati anni illius solū: nā præteritorum ratione inire nō potest". *De tempore non habemus nisi NVNC*, inquit Philosophus, docēs quod de tēpore nostrū nō sit, nisi momentū præsens. Nā præteri-

tum præteriit, & futurũ incertũ est. Quid habet Senex de cẽtenario annorũ, teste Cicerone, quib. vixit, quàm tẽpus amissũ, cor afflictũ, fractũ corpus, sanitatẽ perditam, ærumnosam vitã, & mortẽ imminentẽ? O quàm rectè dicit Apostolus, *quàm diu sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino*: quo nãque magis in annis accrescimus, tãto magis in vita decrescimus. Et reuera mori senẽ aut Iuuenẽ nihil est aliud, quàm alterũ citius, alterum tardius hospitium adipisci,

Remigius inquit: Meritò nos Apostolos peregrinos atque aduenas vocat, siquidẽ videt nos in hoc mundo nihil proprij habere. Si.n. quiuis homo relinquat quiduis quod ab alienis habet, profectò nudus quoad seipsum remanebit. Philosophus Alchimius ait: Si oues tibi tua vestimẽta tollant, si boues calceos, si vermes sericum, si terra linteũ si vitis vinum, si frumenta campi, si arbores fructus, si fontes aquã auferant; dic mihi quid habes pro teipso, & ex teipso quid valebis, aut quid põteris? Non eleuare in superbia, inquit Horatius, vti leo, nec inflãmare vti pãthera: si nãque ex domo tua & à corpore tuo quod suũ & nõ tuũ est tollãt, nullũ erit animal in toto mundo te abiectius, quippe qui nullã industriã tesustentandi habeas, nec arma te defendendi. Quorũ omniũ memini ideo, quod licet Tobias peregrinus fuerit, nihilominus & nos peregrini sumus. Verũ proh dolor atq; iterũ proh dolor, ille à custodientib. ambitur Angelis: nos verò à mille impugnantib. hostib. circũdamur. Credi sine nos mille ærũnis circũdatos, & mille periculis circũseptos: siquidẽ diabolus nos tẽtat, seducit mundus, deserunt amici, cor immutat, sanitas decrescit, & vita fugit.

Homo se alienis plumis vestit.

Mille homines homini.

Dein-

Deinde meminit figura ex fluuio Tigri piscē magnum prosiliisse ad deuorandū Tobiam, verum piscis hic plus illi profuit quàm obfuit: piscis enim filium deglutire cogitans, patrem iuuit. Quis per magnum hunc piscem intelligitur iuniorem Tobiam deglutire connitentem alius, quàm filius Dei viuentis ad mundum redimendum veniens? Educatus fuit piscis in Tigri fluuio, & natus est Dei filius in sinu æterni Patris: & licet Tigris fluuius profundus fuerit, fuit nihilominus mare diuinæ essentiæ multò profundius. Augustinus inquit: Cupisne scire quanto profundior æternitas Patris & filij sit ipsa profunditate maris? considera mare licet magnum sit, exhauriri tamen posse: at ipsa intelligētia mysteria SS. Trinitatis exhaurire est impossibile. Adaquatum pergens Tobias, expauit propter piscem: at multò magis expauit Christus, cùm in mūdum veniret. Angeli enim descendebant, adorabant illum reges, mutabantur sydera, Iudæi offensi sunt, & Dæmones trepidarunt. Pauor Tobiæ semihora tantum durauit: at pauor quem Christus in hunc mundum intulit, etiamnum durat hoc tēpore. Nam præ nimio pauore ac stupore mentis, credēdi initiū facere, nec Hebræi nec Gentiles possunt, nimirū Christū Deum esse in quē debeant credere, & illū Dominum qui ad iudicādum oēs venturus sit. Quamprimum se istis aquis piscis ille exuulit, illicò agnouit eum Angelus, & Tobias exterritus est: perinde etiam cùm filius Dei de cœlo in terram descenderet, offensa eò Synagoga est, & Ecclesia eum suscepit: adeò vt secundū prophetiam Simeonis, hic diuinus piscis in aquam mundi

Comparatio Christi & Tobiæ iunioris.

mundi venerit, ad resurrectionem bonorum & malorum ruinam.

Præparauit Dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam. dicit S. Scriptura ac si diceret: Eodem momẽto quo immisericordes nautę Ionam in profundum Oceani iacerent, præparauit piscem Dominus, qui deglutiret eum atque in ventre suo sanum integrumq; custodiret. Vti supra de Tobia eiusque pisce egimus, perinde hic de Iona eiusque pisce agemus, à quibus alter timore percussus fuit, alter verò deuoratus; atque ideo in illis indagandum est mysterium aliquod, & Sacramentum exprimendum. Quid per Ionam aliud figuratur, quàm viri boni? Et quid nautæ aliud designant præcipitates Ionã in mare, quã Viros impios? Tunc Ionam præcipitant in mare nautæ, cum impij persequi atque affligere pios laborant. Etenim malitioso homini maiora tormenta imponi non possunt, quàm quando bonus in eorum præsentia collaudatur. Inter omnes illa naui nauigantes, solus Propheta Ionas sanctus ac virtute præditus fuit, quod inde colligimus, quia nemo se opponebat cùm in profundum maris iaceretur, sed omnes vnanimiter in eo conspirabant. Tametsi enim impij ad tribunalia se raptent & litigent, nihilominus in malè agendo illicò conspirant. O quanto maiora pericula honor bonorum in malorũ societate sustinet, quàm vita & bona malorum in profunditate maris sustineant: quod inde colligere quia nautæ à se illum proiecerunt, aquæ verò in se susceperunt.

Inuidia tormentum est malorum.

Origenes inquit: Quid essent pij nisi Dominus eos iuuandi curam gereret? Quid impij nõ

facerent, quid non inciperent, quid non sua impudentia conarentur, & pertusa conscientia, si eousque eorum se proferat potestas, quo malitia eorundem porrigitur? Frater mi, cupisne scire quam curam te conseruandi Deus gerat, si modo te illi seruiendi cura tangat, aspice S. Ionam, quo pacto Dominus multò ante piscem ad saluandum illum præparauerit, quàm nautæ ad eum demergẽdum progressi sint. Piscis Prophetam Ionam saluans, non illum iuxta se, non supra se, non infra se, sed intra se, ventrem mirum collocat: adeò vt triduo illum in visceribus sic custodiuerit, vt neque piscis ipse posset eum occidere, nec vndę Oceani præfocare. O magnam bonitatem, ò immensam Domini mei Iesu charitatem, siquidem omnes illos absoluit quos damnat mundus: & omnes illos diligit, quos mundus odit, & omnes illos suscipit, quos mundus excipit.

Prouidentia Dei erga homines.

Aymo inquit: In ima carina dormiebat Ionas, & in imo maris præcipitarunt illum nautæ, & in secretissimo corporis sui loco cæte abdidit quo significò in tenerrimo loco viscerum suorum nos reposuisse: nam consuetudo eius est, vt omnes illos ex corde illum diligentes, non alibi quàm in suo corde custodiat. Verbis admodum subtilibus inquit Hieronymus, quod si Christũ oculis tuis imponas ad contuendum illum, tum ille è contrario te in suis oculis constituet ad respiciendum te: & si imponas auribus tuis ad audiendum illum, tum ille te auribus suis imponet ad audiendum te: & si illum in lingua tua colloces ad laudandum eum, tum ille te in sua lingua ad honorandum te collocabit: & si eum impo-

imponas cordi tuo ad amandum eum, tum ille te suo corde complectetur ad amandum te: adeò vt illo loco quo tu Christum positurus es, eodem ille te positurus sit.

In illa verba, *Iacta cogitatum tuum in Domino*, inquit Basilius: Vade frater mi, vade, quo te Deus vadere vult, & quo te deducit: fac quod præcipit; da quod petit; crede quod proponit: vti enim ille Prophetam Ionam custodiuit in ventre cæti, ita etiam te in mundi periculis custodiet. Per illud quod Ionæ accidit, satis inclarescit nihil stabile esse, nisi quod conseruet Deus; & nihil securum, nisi quod Dominus custodiat. Hic enim S. Propheta in medio maris siccus permanet, in mediis periculis inuenit solatium, in ipsa morte auxilium, & apud inimicos præsidium. Nam non solum illum aqua non submersit, nec absumpsit piscis, sed tantopere recreatus in vētre cæti fuit, atque multi Principes in regalibus suis palatiis recreantur. Quæ omnia ideo cōmemorauī, ne quisquam intermitteret illud facere, quod illi libuisset: nec intermitteret dicere veritatē, vbi potuisset: neque propter metum persecutionū: nec propter timorē malorū: nā q. Tobiā eripuit ne deglutiretur, & Ionā seruauit, ne in mari mergeretur, ille etiā te ex tētationib. eripiet persequentiū, hostiūque te infestantium.

Psalm. 54.

Inmaximis periculis Ionas solatium inuenit.

Continuat Author præditam figuram, & suo egregiè proposito applicat: Insuper & aliam ex Ieremia Propheta inducit. CAP. LI.

APprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset, traxit eū in siccū, inquit Angelus ad Tobiā. Tametsi Tobias Angelum non

Tobiæ 6.

agnoſceret pro Angelo ſed pro homine, nihilominus credidit illi, illiusque ſequebatur cõſiliũ. Vnde factum eſt vt ille piſcis, qui Tobiã deglutire in aquis conabatur, ab eodẽ Tobia in ſiccum tractus & interfectus ſit. Ante omnia moneo hic Lectorem, hoc eum caput non facilè intellecturum eſſe, niſi caput præcedens legerit. Nam illa Tobiæ figura ibi inchoata eſt, & hucuſque quecitata. Quare vt proſequamur figuram noſtram, dicit textus Tobiam piſcem ſpinis aut pinnis arripuiſſe ad caput poſitis, & branchia apprehendiſſe prope ceruicem: qui traxit illum in ſiccum, inibique caput præcidit, detraxit pellem, exenteravit, cor, iecur ac fel exemit, ac denique piſcem medium aſſauit: reliquum verò ſale condiens, ſecum aſportauit.

Allegoria piſcis Tobiæ explicata.

Quis eſt Hebræus ille Tobias alius, niſi Iudaicus populus? Quod eſt intẽpeſtum illud mare, niſi immaniſſima Chriſti paſſio? Quis piſcis ille maximus, niſi Chriſtus ipſe? Quæ terra in qua exenteratus piſcis: niſi mós Caluariæ in quo Chriſtus crucifixus eſt? Immanẽ iuſtitiã in hoc miſero piſce Tobias exẽterãdo illũ in ſicco exercuit. verũ multò maiorẽ immanitatẽ ſynagoga admiſit in Chriſto, vitã illi in Caluarię mõte adimẽdo. Tametſi. n. Tob. ſuũ piſcẽ occideret, factũ tamẽ illu de præcepto Angeli, verùm quod ſynagoga Chriſtũ occideret, ex mera malitia ac inuidia patratũ eſt. Hoc verò vt melius intelligatur aduertendũ eſt, Chriſtũ peculiari miraculo benedictæ ſuę animæ non permiſiſſe, vt ſuã gloriã cõmunicaret cum corpore: ſi enim id permiſiſſet, corpus eius fuiſſet impaſſibile. Nulla alia de cauſa filius Dei *niſi propter nos homines & propter noſtram*

salutē mori debuit, vti nos peccatores morimur.

In illa Psalmistæ verba, *abyssus abyssum inuocat*, inquit Basilius: Cùm anima filij Dei adeò gloriosa esset, & pretiosum corpus eius tormētis tribulationibusque onustū, ô quàm abyssus & profunditas tormentorum eius in ligno crucis ingemuit & desiderauit abyssum & profunditatem solatij eius, quod Pater eius illi communicare recusauit, nisi prius mundum redimisset. O immensam bonitatem, ô inauditam charitatē, quis nisi tu, ô Domine Iesu, panem in manibus habens esuriit, aquam in ore sitiuit, & cum gloria animę afflictiones tribulationesq; sustinuit? In illa verba, *Tristis est anima mea* inquit Bernard. Quod afflicta anima mea tristis sit, mirum non est, nā hora gloriæ ac salutis meæ nōdum appropinquauit. At tu, ô Domine Iesu, dic mihi, quare quantopere caro tua affligitur? quare adeò angustiatur anima tua, cum apud te omnem gloriā cœlorum terrarumque circumferas? Cum filius Dei, teste Vbertino, obseptus esset angustiis, vitæque termino proximus, & cum æterni diuiniique solatij memor esset, atque influentis gloriæ quæ animæ eius cōmunicabatur, dixit verbum illud *sitio*, ac si diceret: O quanta est sitis quam patior in hac extrema hora ac hac terribili agonia, nēpe influentiæ diuiniique solatij, quam ab anima mea corpori meo communicari solemne erat; siquidem mors & passio, quam Pater fragili meæ carni imponit, non modò dolorosa est, sed etiam omnes hominum dolores transcendit; Sitim magnam quam Christus patiebatur in cruce, & aquam frigidam quam desiderabat, non aquam illam fuisse dico scaturi-

Aeternus pater redempto mundo filium solatur.

entem in Libano, nec ex fonte Siloe; sed sitire di-
uinum solatium, quod illi gloriam animæ adfe-
rebat. Nam humana sitis adeò vicina vitæ eius
fini erat, vt illi deinceps dolorem nullum pare-
re posset. Quem discursum non alia de causa at-
tuli, nisi vt tanto melius possem memoratę figu-
ræ verba depingere, *& traxit piscem in siccum*. Et
sciēdum est iumorem Tobiam piscem se occi-
dere conantem traxisse in siccum, vt illum occi-
deret. Quando putas Tobiam piscem in siccum
traxisse, nisi cum æternus Pater suum benedi-
ctum filium in cruce absque vllo solatio huma-
no ac refocillatione reliquit? O quàm siccum
fuit aridum illud lignum, in quo hic diui-
nus piscis pependit: qui tametsi in profundis-
simo diuinę essentię pelago educatus sit, non ta-
men vel vnicam ad bibendum guttam habue-
rit? Quid potest miserabilius in hac vita esse,
quàm illū piscem genitum educatumq; ex defe-
ctu aquæ emori? Piscis Tobiæ proximus aquæ
fuit & præ siti exanimatus est: & caro Christi
vicinissima animæ benedictæ fuit, & nihilomi-
nus præ siti nimia exspirauit. Nam quo æternus
Pater cœlestem aquam bibendam præberet,
proprium filium occidit siti, illumq; protraxit,
vt in arida mundi huius terra moreretur. Nisi
Tobias traxisset piscem in siccum, non potuisset
illum superare: & nisi Christus ad assumendum
hominem venisset, nequaquam mori potuisset.
Etenim mors nobis hominibus naturalis est:
at vita æterna Deo multo est naturalior. Quod
Tobias piscem à quo deglutiri timebat, dein-
ceps ante pedes suos mortuum iacere viderit,
quid aliud significat, nisi quod illum Deum co-

ram quo poteſtates cœleſtes contremiſcũt, modo demiſſiſſimè pendẽtem in cruce ſpectemus? Cùm Deus nihil amplius eſſet quàm Deus, & diuina illa eſſentia ſua cohibitus, atque Tobiæ piſcis aquis, vniuerſus eum mundus timuit, & tota ab eo mundi machina contremuit; ſed poſteaquã in ſiccũ huius mũdi egreſſus eſt, ille qui antea terrebat, timuit: qui antea præcipitabat, cecidit: qui antea locupletabat, depauperatus eſt: qui ſolabatur, fleuit: & qui occidebat, occiſus eſt.

Deſertum faciam mare & ſiccabo venã eius: dicit Deus per Ieremiam Prophetam ac ſi diceret: Efficiam vt totum mare eius ſic exareſcat ac ſiccetur, vti mons ac deſertum: imò quod maius eſt oẽs ſcatebras eius incidã, ne aqua poſſit profluere. Profectò delicata hęc ac ſubtilia verba ſunt, atque ideo ſubtiliter explicanda. Quod.n. Deus dicat ſe mare exſiccaturũ & arefacturum venas nouitas eſt inaudita. Sed relinquamus literã & ſpiritũ cõſectemur: his.n. luctuoſis verbis æternus Pater pretioſum ſuũ filium monuit, quod illum non modo non exauditurus eſſet nec conſolaturus, ſed etiam quod illi omnẽ conſolandi occaſionem materiamque eſſet adempturus: adeò vt ex mari deſertum facere nihil aliud ſit, quàm ex Deo hominẽ: at maris fontes incidere & venas, nihil aliud eſt quàm illi omne humanũ ſolatiũ amputare. Quid fuit profunditas maris aliud quàm diuina eſſentia? Et ex profundo mari arenoſum deſertũ facere quid aliud eſt, quàm ex æterno Deo hominem mortalẽ? Ideo ſicut Deus per Prophetam dixit de ſuo filio, deſertũ faciam mare eius, ſic etiam vti prophetauit, Ierem. 51.

adimpleuit, Pendenti enim in ligno crucis, ne vnicũ quidem verbũ respõdit ad postulata eius, nec ad restinguendam sitim, vel guttam aquæ præbuit. Quæ autem est hæc nouitas, ô æterne Pater, pro spurijs ac nothis viuam ex petra eduxisti aquã; verùm pro legitimo filio ne gutullã quidẽ produxisti? Cùm Agar eiusque filius Israel in montibus Libani præ nimia siti morituri essent, ostendisti potentiam tuam & desertum in limpidum fontem commutasti. sed quare pro tuo vnigenito filio affluentissimum mare in siccum aridumq; desertum transformas? Non rogatus misisti Danieli cibaria in spõcu leonum iacenti; & quare tuo vnigenito ne vnicum haustum aquæ porrigis, tam innixè ardenterque te roganti? Cùm Heliam Prophetam tempore famis per coruos cibaueris, & torrenti Carith vt potaret illum præceperis: quare negas vnigenito tuo filio, quem ex ipsa tua essentia ac substantia genuisti, vt aqua modica sitim restinguat? Cùm aquas salsas in Marach dulces palatoque gratas feceris, vt ex ijs refractarius ille populus biberet: quare ijsdem aquis dulcibus tuum potare filium recusas? O quanto magis ad amplificanda tormenta Christi figura Tobiæ & prophetia Ieremiæ conueniunt: siquidem vnus piscem in siccum traxit, alter verò ipsum mare exsiccauit? Nam in arida arbore crucis Christus aridus pependit, siquidem ibidem ne vnicã aquę guttulam potabilem inuenit; & desertus fuit ab omnibus, siquidem nullum amicum se consolantem ibidem habuit.

Quartum cuius figura meminit, est Tobiã exenteraſſe piscẽ, & fel quod habebat, & cor quo se

regebat

regebat exemisse, quæ duo postmodũ in suũ vsũ conuertit; nimirum in propria desponsatione, & in cæci Patris curatione. In hoc casu aduertẽdum est, Tobiam in toto hoc pisce nihil inuenisse dignum quod non seruaretur, vtile quod non sanaret, gustabile quod non ederetur: quæ gratia licet in omnib. piscis partib. inuenta non fuerit; tamen quæ gustui palatoq; gratæ nõ fuerunt, fuerunt nihilominus conuenientissimæ sanitati. Optimus qui vnquam fuit, aut in mundum venturus est, Creator & Redemptor mundi fuit, cuius doctrina vtilis, cuius opera admiranda, cuius verba sanctissima, & cuius viscera acceptissima fuerunt. Quid fecit huic pisci Tobias quod in corpore Christi non fecerunt Iudæi? Vti piscis tractus fuit ex aquis, ita Christus ex populo ipso exemptus: & vti piscis in siccum traductus est, ita Christus in montem Caluariæ raptatus: & vti piscis laniatus est, ita Christus est flagellatus: vti piscis exenteratus est, sic etiã Christus est crucifixus: vti piscis adapertus est, ita lancea Christus patefactus: denique vti piscis igni impositus est, ita Christus in sepulchrũ illatus. O quàm parum dixi respectu illius quod adhuc dicturus sum? nimirum ex bendicto hoc pisce & sanctificato pisce Ecclesiam Catholicam fel exemisse, quo nos sanat; cor, quo nos diligit; iecur, quo nobis ignoscit; & viscera, quibus nos fouet. O mitis Domine Iesu, quis vnquam vti tu tam amabile cor habuit amandi nos, aut tam sanum iecur ignoscendi nobis, aut tam vtile fel sanandi nos, aut tam delicata viscera consolandi nos atque tu? Quid deinceps negabis mihi, & quid deinceps non dabis ô Domine Ie-

Elegantissima piscis Tobiæ & Christi patientis comparatio.

lu, siquidem tu ad ostensionem misericordiæ tuæ in hoc arido ligno mortuus es, laniatus, adapertus, & exenteratus piscis? Quis potest amor amori tuo comparari, siquidem tu propter illud quod me & non te contingit, vt cor aperiretur tuum & lacerarentur viscera tua permisisti? Quid dare tibi, ô Domine Iesu, quid dare aliud possum, nisi immundum cor meum pro tuo mundo, putridum iecur pro tuo sano, amarum fel meum pro tuo amabili, & noxia mea viscera pro tuis salutaribus? Vbi inueniũtur modo in cœlis aut terra meliores reliquiæ, quàm cor tuum, quàm iecur tuum, quàm viscera tua quæ Ecclesiæ tuæ reliquisti? O vtinam ipse custodia istarum reliquiarum preciosarum essem? aut ipsiusmet ego custos custodiæ? Nam si cor tuum mea cohiberem custodia, qui posses ab amore mei abstinere? Et si asseruanda tua viscera haberem, qui mihi ignoscere intermitteres? Appropinqua ergo, ô cor meum, cordi illius, & illicò amare incipies: appropinquate ô mea viscera illius visceribus, & illicò ignoscetur vobis: appropinqua ô iecur meum illius iecori, & illicò mundaberis: & denique appropinqua ô fel meum felli illius, & illicò sanaberis. Quomodo possibile est, O Domine Iesu, in te aliquid mali esse, siquidem hodie Ecclesia preciosum fel tuum in summis reliquijs reponit? Ab omnibus seculis nunquam eiusmodi quid visum aut auditum est, nimirum inter omnes reliquias quas habet Ecclesia, preciosissimas fel esse, siquidem sine amaro felle nec mundus potuit redimi, nec tenebrarũ princeps superari. Quid est fel quod in thesauris suis conseruat Ecclesia aliud, nisi amara

Fel Christi preciosissime Ecclesia reliquiæ.

mara passio quâ Christus exsorbuit? Pretiosissimum monile quod Synagoga habuit fuit Manna, de cœlo cadens: & maximus thesaurus quē Ecclesia habet, est fel Christi ac passio. Discrimen inter vtrumque est, quod fructus fellis etiamnum duret æternumq; durabit: verùm vetus illud Manna, cum ipsa sui memoria interijt. O præclarū fel, ô beatum fel, quod tuæ ô Domine Iesu Ecclesiæ reliquisti: tametsi enim te occiderit, nihilominus me sanauit: & tametsi tibi dolores intulerit, nihilominus mihi æternam salutem contulit: & tametsi tibi fel fuerit, nihilominus mihi mel fuit: & tametsi eo tu vitâ finieris, nihilominus animâ meâ liberauit. Sanè acerbū fel Christo fuit Passio, at gratissimū fel mors eius dē fuit animę meę. Etenim magnas ipse tribulationes sustinuit, nos verò quietē adepti sumus: illi in partē cessit passio, nobis verò lætitia: ille amaritudinē, nos verò dulcedinem inde retulimus: adeò vt pro se fel delegerit, nobis verò mel reliquerit, *Iurauit Patribus vt daret tibi terram fluentem lacte & melle*: inquit propheta Moyses, ac si diceret: Meministis filij Israel quod vobiscum ille, & vos cum illo concluseritis, pacti fitis ac iuraueritis, quod nunquam alij Domino, quàm illimet ipsi seruire volueritis, & contrà terrā ille dare lacte & melle manantē vobis iurauerit; sed hoc violato iuramento adeò impij filij Israelis facti sunt & periuri, vt coactus Deus fuerit non dare illis terrā lacte & melle manantē, sed fel producentem. Nam terra illorum sterilis ad conserendum, aspera ad ambulandū, insalubris ad habitandū, immunita ad defendēdū, arida siccaq; ad irrigandum, & misera ad illos

Exod. 13.

sustēn-

sustendandos. Acerbius sanè Dominus cum Ecclesia, quàm cum Synagoga egit: non enim nobis terram dedit mel producentem, sed fel; quippe qui facienda talia præceperit, quæ inferiori homini ingrata; sed tamen dictante æquitate, fructuosa fuerunt. Acerbum fel Christus bibit, nobisque bibendum dedit. Pauper enim erat, & nobis pauperratem consuluit: persecutionem passus est, & persecutionem pati nobis præcepit; remisit iniurias, & mortem innocens exantlauit: quæ res adeò acerbæ factu sunt, atque gustatui acerbæ fuerunt. O quàm amarum fel Christus nobis præcipit sumere, cùm dicit *Arcta est via quæ ducit ad vitã*; sed hoc acerbum fel in suauissimum panem commutat, cùm dicit *iugum meum suaue est*. Tametsi enim acerba sit via ad vitam ducens, nihilominus si à Christo deducamur dulcescit. Iugum mundi persuadet nobis, suauissimũ semel esse, cum non nisi merum fel sit: & contra minitatur nobis iugum Christi, quod sit merum fel, cum tamen in veritate merum mel sit: quamprimum enim caput ad ducẽdum illud demittimus, ex alia parte Christus ad nos iuuandos præsto est.

Quo pacto Dauid non siti aquæ sed beatitudinis laborarit.

CAP. LII.

Psal 41. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, dicit regius propheta Dauid, ac si diceret, O quantam intim patitur mea anima: ô quantopere vt ex aqua viui fontis bibat, anhelat. Nisi enim ex illo fonte haustum accepero, nihil certius est, quàm me siti mori debere. Tali stylo, atque eiusmodi efficacibus verbis nos regius propheta

Dauid

Dauid docet nouam rationem sitis, nunquam auditum fontem, nouiterque inuentam aquæ naturam. Primò dicit se sitim pati; secundò dicit sitim in anima esse; tertiò dicit sitim illam esse aquæ viuentis: quartò ex fonte aquæ viuentis esse: & quintò quod fons ille diuinus sit. Ante omnia verò æquum est, vt hic examinemus, de qua siti propheta hic loquatur, & quas tantopere aquas desideret. Vti enim variæ aquæ varijque sitientes inueniuntur, ita quoque inuenitur varia sitis, resque variæ quibus illa restinguitur. Ni me seducat Euripides, corporalis sitis ex calore iecoris nascitur, aut verò inflammatione choleræ, aut nimia salis sumptione, aut ex imperfecta stomachi digestione: adeò vt vera sitis nihil sit aliud quàm superfluus calor & defectus humidi. Hac corporali siti vexatus fuit Israeliticus populus in deserto, & Dauid cisternæ Bethleemiticæ aquas desiderans: & præfectus militiæ Sisara, posteaquam ex acie effugisset sitiens: & Sampson cùm ex mandibula asini fons ei scaturiret.

Sitis naturalis vnde nascatur.

Hac eadem siti infestatus Rex Ataxerxes fuit, cùm ex prælio fugiens aquam ex pauperculi rustici manu sumpsit. Hæc sitis corporalis quotidiana est, quia fit in dies, & difficilis toleratu est, immò pretiosa quæ vino restingui non semper velit; & periculosa denique ijs, qui plusculum in vino excedant. A miserabilibus Israelitis sitis quam in deserto passi sunt; & aqua, quam tum temporis petebant, satis carè empta sunt, simul enim bibebant & lacrymabantur simul: Præfectò militiæ Sisaræ inuidenda sitis nō est, à Iahel aquam petenti, siquidem illa lac illi præ-

præbuit,ac deinde clauum, quo etiam decessit, per tempora adegit: adeò vt vbi lac ingressum sit,ibidem anima egressa sit. Sitiens Dauid aquã illam Bethleemiticam,à seruis allatam,non voluit vel gustare,vel bibere. Hæc materialis sitis, ita nobis quotidiana ac vsitata est, adeoque vexat in dies,vt nullum in toto mundo adeò fortè efficaxque vinum sit,quod illam queat omnino restinguere,nec aquæ vllæ, quæ omnino tollere possent: quod inde colligimus quia in prandio bibimus multum,sed plus in cœna:vt licet bibat quis quantum libet siue vini siue aquæ, sitis quidem leniatur,sed non sopiatur,Verùm vt ad nostrum propositum regrediamur,dic mihi,putasne hanc sitim esse,de qua regius propheta loquatur,& tantopere conqueratur? In veritate frater mi,hæc non est sitis eius,hæ non angustiæ,hæ nõ querimoniæ,quamobrem tantopere gemat. Cũ enim tam potens esset Dominus & Rex,non est cogitandum eum hausto pretiosorum vinorum caruisse,& salubrium aquarum sumptione egu isse. Elaias ac Iosephus testantur, Hierosolymis tres diuersas cisternas aquarum fuisse, vnam ad portã salinariam,ex qua incolæ vrbis bibebant: alteram vicinam monti Sion,ex qua omnes aduenæ ac peregrini hauriebant extra vrbem: tertiam proximam templo, in qua carnes sacrificij lauabantur. Cùm ergo triplicis generis cisternæ Hierosolymis fuerint, quis ab earum aquis bibendis & à sedanda siti Dauidem prohibuisset? Quid si illi præterfluentem aquam bibere collibitum fuisset,nonne habuit Iordanem,& propinquitatem torrentem Cedron? Nunquid perinde sitim suam ex fonte Sionis & Bethleemiti-

ca ex-

cisterna, & vino ex Aegypto allato restinguere potuisset? & licet sitis eius similis siti nostræ fuisset, satis subsidij ad eam componendam tamen habuisset. Non talem sitim Rex Dauid passus est: si enim sitis eius ex iecore prodijsset, aut nimia sumptione salsi piscis, non intulisset illam in diuinos psalmos suos, nec adeò ingeniosè depinxisset. O potentissimè Rex! ô Princeps illustris, dic nobis quis calor sit te contristans, & quæ siccitas te crucians, & quæ sitis te occidens? Cupisne scire qua siti laboré, & quam querimoniam instituam, his mecum Deum compella: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, ac si diceret. O miserum me ac desolatum, sitis quam patiór; & angustiæ, quas circumfero, ex putrefacto iecore non surgunt; sanum enim iecur meum est: neq; ex inflammata cholera proficiscuntur; quippe illa ipsa apud me omnino mitis ac pacata est: sed sitis mea ex ijs, quæ patiendo afflictà mea anima sustinet, prorumpit. Quæ sitis mea atque ariditas, adeò sublimes ad assequendum sunt, adeò ad sentiendum vehementes, adeò ad restinguendum difficiles, vt nullum vinum ad eas tollendas sufficiens sit, nec vllæ aquæ ad leniendas. O quàm felix est illa anima non nisi Dominũ sitiens? Qualis .n. sitis mea est, talis & aquà ad eã mitiganda futura est. O quã diuinũ verbũ est hoc, ô quàm sublimis sententia sitiuit anima mea. Docemur .n. per hoc, quod multiplices sites sint, nimirũ animæ, corporis, spiritus; carnis, iusti & peccatoris: diuina, humanaq; sitis corporis bibẽdo tollitur, sed sitis animæ, cõtẽplationib. saciatur. Sitis spiritus cultu Dei restinguitur, at sitis mundi, ipsa mũdi cõsectatione mitigatur.

Dauid Rex qualem sitim habuerit.

Sitis varia sunt genera.

Sitis

Sitis iusti meritorum amplificatione auferetur at sitis impiorum, voluptatum exercitijs sopitur. Humana sitis rerum humanarum est, verùm diuina rerum diuinarum desiderio exæstuat: adeò vt quemadmodum cordis nostri intentio constituta sit, ita sitis quoq; mundi qua vrimur sese habeat. Quod si primaria nostra intentio est ac desiderium, vt pluris æstimemur, eo sitis nostra collimabit, quò altius ascendamus: & si ppositũ nostrum est semper plura possidere, eò sitis nostra dirigetur, vt plus pecuniæ opumque colligamus: adeò vt quemadmodum cogitationes nostræ constitutæ sint quas habemus, sic singuli passus quos facimus, constituti sint. Dic mihi, amabo, quid quærit iracundus amplius, nisi de hostibus suis vltionẽ: quid aliud superb. nisi maiorem sui æstimationem? quid inuidus, nisi proximi deceptionem sollicitè inuestigat; quid gulosus, nisi vt conuiuijs assiduè interesse possit? Hæc sitis est quam patiuntur impij, & iniqui sustinent: sed prô dolor citius eorum vitam finem consequi videmus, quàm vel initium sitis restinguendæ fiat. Tametsi in cordibus impiorum ipsimet superbi moriantur, non tamen moritur superbia: tametsi moriatur inuidus, non tamen inuidia moritur; & tametsi moriatur auarus, non tamen auaritia ipsa exspirat; & denique tametsi moriatur carnalis, non tamen sensualitates eius moriuntur: ita vt multò citius peccator, quàm peccatum ipsum moriatur. Quare putas me dicere citius peccatum peccatore emori? Responsio. Tametsi tempus desinat, quo peccatum committat, non tamen desiderium eius amplius & amplius peccandi termina-

Quæ sit impiorũ sitis.

tur.

tur. Hieronymus ait; damnatos iugiter atque æternaliter ideo torqueri, quia desideria peccandi eorum æterna fuerunt. Deus enim multò magis ad id respicit, quod cor desiderat, quàm quod manus operentur. O quanto periculosior est sitis, qua cor impij vexatur, quàm qualem corpus nostrum patitur? Hæc enim hausta frigidæ restinguitur, at sitis cordis non nisi accumulatione peccatorũ mitigatur: vnde est, vt quemadmodum sitibundus recreatur hausto, ita peccator & quidem multò amplius, peccando delectatur. Quidam aliquando mihi fassus est, se ne vnicum quidem flagitium intentatum reliquisse, nec vllum sine peccato diem transmisisse. Cùm profligatissimus nebulo tale venenum ex ore sparserit, & tantam suam malitiam gloriosè iactarit, putasne illum si continuò vixisset, non amplius peccaturum? Sanè ingenti ille vitiorum siti laboraverit, & magnus amicus scelerũ fuerit, qui nullum non attentarit, nec sine vllo diem transmiserit.

Damnati cur æternaliter torquentur.

Dives Epulo in Inferni flammis constitutus, non querebatur de igni, qui torrebat illum; non de frigore, quo vexabatur; non de fama, qua angebatur; sed siti qua torquebatur. Non enim à Patre Abraham aliam gratiam petijt, nisi vt lingua refrigeraretur vel aquæ guttula. Sanè æquũ erat, vt ille qui in mundo hoc siti maiore æstimationis vrebatur, ampliorum opum ac potestatis; perinde in mundo altero non siti opum immodica, sed guttulę aquę inopia torqueretur. Probatũ ergo est istis, quo pacto culpam ipsam peccatumque pœna excipiat, & quo pacto sitis vna, alteram consequatur: sed ô dolor, atque i-

rerum ô dolor sitis mundi huius finita est, sed sitis alterius est infinita.

Quomodo Deus queratur se propter res vilissimas à nobis deseri, & ideo nos inaquosis cisternis comparat.

CAP. LIII.

Ierem. 2. *ME dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere aquas non valent*: dicit Ierem. propheta ac si diceret. duplicé malitiam populus Israeliticus & quidé maximam cómisit, nimirum tum deserendo me fontem aquæ viuæ; tum faciendo sibi cisternas inaquosas. Tametsi dicat Apostolus Deum in iudicijs suis altum & incomprehensibilem esse, est nihilominus eorum respectu quæ ad vtilitatem creaturarum spectant, satis manifestus. Quando enim benè contentus ijs sit ostendit, & contrà si malè, conqueritur. Posteaquam Abraham sacrificium filij sui Isaac peregisset, illicò illi Deus gratias egit: & quam primum adulterium à Dauide cum Bersabea factum, illico eidem querelas suas nuntiari iussit. Adeò enim expers est Dominus falsitatis omnis & simulationis, vt se non fingat contentum bene, nec sese iratum negat. Quid volumus vt Dominus pro nobis faciat amplius, si quidem ille nobis, tanquam gratus Dominus gratias agit propter illud, quod illius caussa facimus, & tanquam mitis Pater nos errantes emendat? Queritur ergo hic Dominus non solum quod deseramus illum, sed etiam quia tam leui de caussa illum deseramus: vbi ostendimus quàm parum curemus eum, eumque pudore suffundere cogitemus. Rarò namque seruus Dominum

mutare

mutare solet, nisi mutatione illâ commodum suum curare possit. Si nos (vti vnum hominem propter alium relinquimus) Deum relinqueremus, vt alij Deo inseruitum iremus, tolerabile esset: verùm cum vnus verus Deus solum sit, qui possibile est, nos alij Deo adhærere posse, qui aut bonitate nostrum superet, aut paris bonitatis cũ eo sit? Si quis Deũ suum propter creaturas deserat, quid aliud est, quàm putamina dare pro nucleo, fructus pro cortice, spinas pro rosis, furfures pro farina: & fontium scatebras limpidas, pro turbida aqua riuorum. Tanquam iracundus & confusus homo queritur Deus ac dicit: *me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*, non enim potest maior stultitia committi, quàm si creator relinquatur propter Creaturam, Dominus propter seruum, iustus propter peccatorem, æterna propter temporalia. Vexator alicuius instar vocat hic Dominus nostra opera cisternas nõ valentes continere aquas, quæ quia piceatæ non sunt, vbique perfluunt. O quàm bene nos tangit Dominus his verbis, & quam nos ijsdem confundit, dum per Ieremiam ait nostra opera nihil aliud esse, quam vetustas pertusasque cisternas, in quibus nihil præter infelix lolium, putentes aquæ, & serpentes mordentes sint. Meritò nos Dominus istis cisternis comparat pertusis & perforatis. Multò namque peiora peccata nostra sunt, quæ hærent in anima nostra, quàm immunditiæ illæ quæ in immundis cisternis lacunisque sunt. Quid vides in immunda tali lacuna, quod etiam in anima mea non videas? Quid aliud sunt opera tua, quam modicum limi

Creatorem deserere stultitia est

Opera nostra sunt cisterna pertusa.

cuius hęc indoles vt aquam turbet, & intrantem commaculet? O quàm infelices nos homines sumus, siquidem tantopere nos secularibus rebus immergimus, vt ex illis efferre pedem nequeamus; adeò in vanitatibus hæreamus, vt nunquam ab ijs expiari possimus; adeò vt nullus inde euadat, qui non aut deformatus sit pœna, aut dedecore sit irrigatus.

Lolio & zizanijs quoque comparantur opera nostra, in lacunis vetustis cisterniſque crescentibus, quorum proprietas est vt lacunas ipsas puteosque occupet, & saporem malum aquæ indat. O væ mihi infelici, quidquid enim lolium illud in puteis illis ac lacunis fecit, idem ego in Catholica facio Ecclesia, siquidem meo depranato exemplo omnes inficio atque immundos reddo, qui mihi communicant, & (quod pessimum est) in eadem melioris locum occupare contendo. Tu & ego frater mi, & ego ac tu non aliter Deo seruimus & commodamus Catholicæ Ecclesiæ, nisi vt impiorum rem agamus & bonos persequamur, & cutem curemus nostram filiorumque panem cõmedamus. Putasne te filiorum panem gratis comedere? Si enim Deus siue Aethiopi siue Turcæ illam exhibuisset gratiam quam tibi exhibuit, certè multo illi seruijsset fidelius, & offendisset minus? Quid aliud in lacunis istis ac puteis lolium illud facit, nisi vt ranas cooperiat; & quid aliud facit in me, nisi vt varia scelera in meo hospitantia pectore inueniat? Quod peccatum ad fores meas pulsat, cui non continuò illas aperio? Ah ah ah quam parum dixi illicò aperire fores peccatum, si pulsetur. Sæpè enim priusquam aperiat, ego ipse de domo

mo in domum ad quærendum illud festino. Opera etiam nostra lacunosis aquis similia sunt, quarum hæc est indoles vt semper turbidæ sint aspicientibus, & putridæ haurientibus. Cùm Deus per Isaiam prophetam, dicat, *auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*, putasne illum hostem operum vestrorum esse, siquidem dicit fœtere omnia quæ cogitamus? si Deus acceptare omnia opera nostra debeat, necesse est omnia munda esse, quæ cogitamus. Non enim Deus tam respicit id quod simus, sed quod libenter si vellemus esse possemus. O cor meum, ô anima mea, quid est in re quod gratum odorem spiret, & quid est in te, quod non fœdissimam mephitin exhalet? nunquid corpus tuum mala opera, caro tua putredinem, os tuum mendacia, vita auaritiam & cor malitiam euaporat? Bernardus ait: cùm tam diu vixerim & tam parum profuerim, ex vna parte vitæ me cepit fastidium, & ex altera timor mortis conturbat. Video enim carnem meam iam consenuisse & malè olere, & omnia mea opera immunda, graueolentia, & contaminata esse. In veritate opera mea putrefacta sunt, immundique mores mei: tolerabilius enim multò naso meo esset olfacere canem mortuum, quàm Deo meo illud cadauerosum ac putridum cor meum olfacere. *Esaiæ. 1.*

Præterea opera nostra sunt ranæ in lacubus illis generatæ, quarum natura est, vt aquam insipidam putidamque faciant, nostrasque aures suis coaxationibus fatigent. Bernardus ait; quam iucundum est spectare animam in statu gratiæ constitutam, tam iniucundum atque terribile est illam animã contueri, quæ peccatis *Opera nostra similia sunt ranis.*

est deformata: non enim satis, illam Deus in statu gratiæ positam aspicere potest; at verò ingratiæ suæ obnoxiam, despicere satis non potest. Proprietas ranæ est, vt turpis aspectu, tactui contraria, auditu iniucunda, & esu indigna videatur, non enim ora vt pisces habet, neque pennas vt volucres. Origenes ait: Rana & quidem peior rana est anima sese à Deo diuidens, nec in misericordiæ eius fontibus sese lauans: eiusmodi enim anima deformis est propter peccatum, quo notata est; impatiens propter pœnam, quam exsorber; & importuna, propter ignominiam quam patitur. Proprietas ranæ est, vt noctu & interdiu coaxet: & proprietas impij est, vt de omnibus queratur, & in seipso quoque diuisus sit. In illa verba, *Beati immaculati*, inquit Ambrosius; non damnamur ideo quod Deus nolit suam nobis gratiam conferre, sed quod nos collatam conseruare nequeamus. Maioribus enim viribus ad parta conseruanda opus est, quàm ad deperdita reparanda. O quàm iustam caussam querendi habet Dominus, quod in putentes lacus illius gratiam immittamus, in quibus non alia, quàm limus auaritiæ, ranæ vanæ gloriæ, lolium hypocrisis, seminaque luxuriæ hospitantur.

Rana proprietas quæ sit.

Damnationis nostræ causa quæ sit.

quo pacto non subterfugerit Christus fel acetumque bibere, licet sciret mortem allaturam esse.

CAP. LIV.

Quis poterit gustare, quod gustatum affert mortem: Iob 6.

dicit S. Iob ac si diceret. Quis hominum adeò sibi ipsi inimicus est, atque vitæ suæ negligens, qui quippiam sumere aut gustare auderet, quod sciret mortem allaturum esse? Profectò mystica imprimis hæc verba sunt; vti enim ea S. Iob locutus prophetice est, ita per filium Dei expleta sunt, cùm in ligno crucis acerbam illam venenosamque potionem sumeret, cuius solus gustus vitam auferret. Philosophus in 2. degenerat. ait: totam rationalis hominis vitam in perfectione humidi radicalis natiuique caloris conseruatione consistere. Quæ causa est, quare à nobis natura cibos exigat, ad conseruandum naturalem calorem: item potum ad humidum radicale propagandum. Sæpè videmus octogenarium aut septuagenarium senem mori, nihil penitus aut de doloribus aut febricula queritantem, cuius causa est, quia humidũ radicale iam tũ consumptũ, & naturalis calor iam tum extinctus sit; ita quidem vt de eiuscemodi hominibus possimus dicere, quod finem acceperint, non autem mortui sint: Sed posset quispiam quærere, cùm necessariò edere ac bibere debeamus, libenter scirem quid ex alterutro horum naturæ acceptius sit, & fastidiosum minus? Hæc quæstio (vt narrat Aristoteles) in præsentia Alexandri Magni ventilata est, & à sapientibus eius ad satietatem vsque agitata.

Nam in mensa potentissimi Principis nemo verbum effari audebat, nisi qui in castrensibus honoribus positi bellum ducerent, & Philosophiæ opinione clari, aulam eius administrarent.

Potus natura humana acceptior quàm cibus

Conclusio Philosophorum horum fuit, nimirum potum acceptiorem humanæ naturæ esse quàm cibum: tum quia restinguit potus sitim molestissimam; tum quia ad bibendum nec cultro dividente, nec dentibus mandentib. sit opus. Vltimum refugium naturæ potus est inquit Philosophus, vti in ægrotis videre est, qui diuturniore morbo aut visum perdunt, aut auditum, aut gustum, aut edendi appetitum, sed desiderium potus nequaquam deponunt. Quis vnquam vidit adeò decrepitum senem ac debilem, qui epotando scypho vini par non sit? Sit quamtumlibet affectus senex, nihilominus melius ad bibendum quàm edendum se componit. Cùm Ecclesia Catholica notarit, quanto magis necessarius homini potus quàm cibus sit, non voluit quadragintadiali ieiunio, alijsque peruigilijs mensuram potus præscribere sed cibi: quanto namq; magis humana natura recreatur quando pro voluptate bibit, tãto quoq; magis affligitur, si sitim patiatur; atq; ideo Philosophus in libro de somno & vigilia ait, non posse maius cruciamentum imponi homini q̃ si nihil illi ad bibendũ detur, & negetur sõnus Plutarchus de Dionysio Tyrãnò scribit, nulla alia illum hostibus suis tormenta imposuisse, nisi quod salsos cibos proponeret, & potum nullum: fortes labores iniungeret, & somnum subtraheret. Cicero in quadam epistola meminit naturam tribus inimicam esse, nimirum

Sitis homini maximum cruciamentum

Natura tribus rebus est inimica

rum tristitiæ, consumit enim & exsiccat ossa: ité ægritudini ac siti nimiæ, qua cholera inflammatur. Quare vt ad nostrum propositũ veniamus, sciendum est cùm sitis, somniq́ue ablatio in tormentis numerentur, quis adeò tormentis hisce vexatus fuit vt Christus? Quantum ad somnum attinet, scimus quod ab eo tempore quo dormiuit in Bethleem, ne vnicam quidẽ deinceps noctem dormiuerit: & quãtum ad potum attinet, scimus à peracta cœna ne vnicam quidem guttam aquæ bibisse. Bernard. inquit: Fames quam passus est; tormenta, quæ tolerauit: sanguis, qué fudit; via quam ambulauit, putasne quod satis illi causſæ dederint, vt somnolentus esset, & sitibundus? Quare, ô Domine Iesu, quare petis, vt meus se calamus fatiget in depingenda illa siti, tormentisque quæ in cruce toleraſti, siquidẽ ne vnicum quidem tormenti genus fuit, quod expertus non sis? Tu ille es, ô Domine Iesu qui in præsepi toleraſti frigus, in AEgypto exilium, in via lassitudinem, in aula elusiones, in cruce sitim, quoad honorem calumnias, quoad reipsũ mortem. Bernardus ait; Quintuplicia tormenta in cruce Christum cruciasse, nimirum flagellationem humeros aperientem; clauos referãtes manus: spinas discerpentes venas; sputa fœdissima à carnificib. in eius vultum proiecta: sitim denique eius viscera adurentem. Sitim in cruce à Christo toleratam plangere nos par est, & remedium quod illi præbitum est obstupescere. Loco nãque aquæ dederunt fel, & loco vini præbuerunt acetum. Horrẽdum inprimis est Christum eiusmodi potionem sumpsisse: sed magis nos terrere deberet, quod Christus ipse petiue-

Christus omnia tormenti genera expertus est.

rit tam amarum hauſtum: niſi enim dixiſſet verbum *Sitio*, nemo tam audax fuiſſet, qui illi fel & acetum porrexiſſet. Chryſoſtomus inquit: Cùm Chriſtus in cruce penderet, vidit Iudæos ipſa aceti vaſa ac fellis manibus geſtare: ſciebat etiã illos magno deſiderio illa ipſa ſibi porrigendi æſtuare, & nihilominus clariſſima voce dixit, *Sitio*, vt illis tempus occaſionemque præbendæ amaræ illius potionis præberet. Vt homo perculſus, idem Chriſtus in cruce locutus eſt, quod S. Iob in memorata figura, nempe *quis poterit guſtare, quàd guſtatum affert mortem:* ac ſi diceret. Vbi adeò deſperatum hominem, & in ſeipſo diuiſũ inuenire eſt, vt audeat guſtare potum aliquem, quem ſibi ſit certiſſimam mortem allaturum? Quamprimum à guſtatu aceti fellisque abſtinuit, illicò mori incepit.

De Athenienſi Socrate, de Midonio Spartano, de Biãte Thebano, de Scauro Romano legimus, quod poſt ſumptum venenũ continuò exſpirarint: non quia eiuſmodi venenum volebant ſumere, ſed quia ab inimicis ſuis ad id ſumendum coacti ẽrant. Auertat Deus, ne calamus meus eiuſmodi blaſphemiam de Domino meo Ieſu ſcribat, cui nemo fel acetumque obtruſit, nemo rogauit, nemo coegit: ſed motu ipſe meo proprio dixit ſe ſitire. Si.n. tacere voluiſſet, ſuãque ſitim tegere, nunquã talis tãque amara potio illi prębita fuiſſet. Iſidorus inquit: Quis Angelorũ aut quis hominũ poterit myſteriũ hoc ſcrutari & ſacramentũ, quod nimirũ Filius Dei in extremo vitę ſuę dixerit ſe ſitire, hauſtũq; aquę appetere? Minus doloris fuit ſitim quarta horę parte tolerare quã ſpinas, caput perforãtes: quã tormẽta

reli-

relicum, quæ tota die sustinebat, verùm talia tormenta voluit sustinere, & de sola siti querisi quidem spine magnũ dolorẽ afferebant, & sitis magnũ mysterium pro Ecclesia cõsinebat. Mysteriũ ergo est, siti eum laborasse: mysterium est, quod palã omnib. sitim suã indicaret; mysterium est, quod vinum aceto ac felle diluerent: quod potionem in arundine porrexerint, etiam mysteriũ haud vulgare significat: quod acetum spongiæ imponerẽt, mysterium est; & quod gustauerit acetum non tamen biberit, mysterium est. Excepto sacramento Cœnæ dominicæ cum discipulis pertractato, & excepta lotione pedum, quam instituit, excepta oratione eius in qua sanguinẽ sudauit, nullum inuenitur mysterium à tot circumstantis descriptum, atque sitis quam passus est Christus, & de qua quęstus est. Quare ô Christiane mi, diligenter expende quicquid scriptura de Christi siti commemorat. Hoc enim scire tua interest, vt quanto plus res aliqua in scripturis à circumstantiis describitur, tanto magis ad altiora cogitationes nostras euocet.

Quo pacto synagoga Christo non nisi fæces putentes dederit. CAP. LV.

PArum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc sunt verba æterni Patris, quę cũ proprio filio locutus est, cum illum in mundum mitteret, ac si diceret. Cum tu sis meus vnicus, & tã operosum negotiũ susceperis nimirum redemptionem totius mundi, non satis est te solum erigere domum Iacob & fæces Israelis suscitare, sed etiam vniuersam gentilitatem illu- *Esaie 49.*

illuminare te par est, & totum mundum redimere. In hoc dialogo Pater loquens cum filio inducitur, & synagoga de qua loquitur: & causa quãobrem illum mittat, magnumq; fructum illius itineris diuini commemorat: siquidem per illud illuminanda cæcitas gentium esset, & Hebræorum fæces emundandæ. Per illa verba *vt sis salus mea*, indicat Dominus charitatem quam erga nos gerit: vti enim homo amico suo facilè magni momenti negotium commendat; perinde dicit Filio hic pater, quod ad eius spectet felicitatem, si Vniuersalis illa mundi Redemptio perfectè fiat, & ab eadem nemo excludatur. Quod Pater dicat Filio, *dedi te in lucem gentium vt sis salus mea*, tãtundèm est ac si dixisset, honorem suum misericordiamq; hoc poscere, vt eius Redemptione vinum cum fæcib. cõtineatur, boni cum malis, ethnici cum Iudeis, viui cũ mortuis. Putasne illum Patrem, qui filio fæces immunditiamque commmendat, maluisse sanctas atq; illibatas res commẽdare? In cella Domini plus valent fæces quæ effunduntur, quàm omnia vina, quæ à Dæmone includuntur, id est, vnicum hominem à Deo humiliatum deiectumque, meliorem omnibus à mundo exaltatis esse. Quod verò Dominus Hebræos fæces Israel vocet, est illud quidem scandalosum auditu, se toleratu multò peius: atque ideo expendendum est, vnde fæces hæ initium sumpserint, impossibile enim est bene interpretari Scripturas, nisi littera sufficienter intelligatur. Ad cuius auctoritatis maiorem explanationem facit inprimis illud Poetij de Consolatione: Infelicissimum genus infortunij est, hominem fuisse felicem, ac si

ac si diceret. Nulla re adeò hominem in hac vita torqueri posse, atque cùm dignitate antèse sublimem viderit, deinde verò omnino deiectum. Gemit enim identidem propter honorem perditum, & nunquam propter irrogatam ignominiam queri desisset. Cùm B. Iob pristinarum opum meminisset honoris ac sanitatis, deinde verò in sterquilinio sederet, testaque saniem abraderet, quam putas illum tristitiam concepisse, quibus cogitationib. cordistabuisse? deposito Rege Nabuchodonosore à Deo, omnibusq; regnis deiecto, ex omnibus querelis eius facilè dignosci potuit, quot magis propter deperditũ honorem, quàm propter toleratas pœnas quereretur. Regina Cleopatra, Dux Hannibal, Cato alij sibimet ipsis mortem consuuerunt, non alia de causa, nisi quia infortunium honorem illis abstuliisset. Quid non patitur, quid non facit, quid non tentat verecũdus homo, si sese cõfundi & deijci honore suo videt? Seneca ait: si oẽs homines mei animi essent, maior nos commiseratio erga miserum à felici statu deiectum pertraheret, quàm erga amẽtem commoueret. Quisquis enim stultus factus est, nõ est memor se aliquando sapientem fuisse: at contemptus despectusque nunquam à deploratione suę miseriæ desistit,

Hominem felicẽ fuisse infelicissimum est.

Quare ad propositum me reuocans dico, nũquam nationem vllam aut populum fuisse, qui tantopere Deo acceptus fuerit, atque Israeliticus populus. Vocauit enim illum dilectos filios suos, electum populum, electam vineam, hortũ conclusum, gratam communitatem suam. Adfuit illis in AEgypto, aperuit rubrũ mare, dedit

manna

Qualia beneficia Deus Iudaico populo exhibuerit.

manna de cœlo, Angelos ad eorum custodiam præbuit, Sacerdotes ad gubernationé, Duces ad defensionē, terram ad habitationē, & deniq; in possessionem opes maximas. Quicquid petebāt annuit, quicq; d placebat, permisit illis: interdiu nāque ambiebat illos nube, nocte verò ignea illis columna prælucebat. Quæ priuilegia ac cōsolationes non durarunt diutius, quàm Abraham Isaac, Iacob aliiáque subsecuti Sancti viuerēt: statim enim ab eorum obitu tota ferè synagoga interiit. Tertullianus ait? Quamdiu Israeliticus populus instructus fuit viris sanctissimis, adamatus inprimis à Deo est; at quamprimùm perversi sunt, eius obliuisci ac despicatui eum habere cæpit. Cùm canat Ecclesia: *sicut te colimus, ita nos visita*; putasne multum esse quod Deus adiuuare nos negligat, siquidē nos ex parte nostra in eius cultu refriximus. Multò antè, teste Augustino, quàm filius Dei humanam carnem assumeret, cœpit synagoga deficere. Etenim prophe-

Synagoga à Prophetis quatenus vocetur.

ta Malachias vocat illam *rubiginem*, Ieremias *pamam*, Baruch *verminosum lignum*, Ezechiel *tineas*, Amos *vermem*, Abdias *fumū*, Oseas *sentinā* in quam sordes oēs & putridę aquæ confluant. Non mirare inquit Hieronymus ô synagoga quod te Dominus vermem vocet ac tineam: vti enim peculiaria ad laudem tui nomina inuenire solet, sic modo nomina ad te dehonorandum conquirit. Potuisse tne Deus magis dehonorare illos, quàm putridam rubiginē, impurasque fæces vocāde? Secundum prophetiā Isaiæ vos Hebræi, inquit Fulgentius, negare non potestis, quod neque de vestro sacerdotio, neque de sceptro vestro regio, neque de magnificentissimo templo, neq;

de vu-

de vetustissimis vestris regnis, neque de adeò celebrato populo non aliud quàm olidam rubiginem, putentasq; fæces habeatis. Putridam fæcem inuenit in eorum summo Sacerdotio Christus, siquidem in libro Machabæorum scriptum est, summum sacerdotium non merentibus & dignis, sed pecunia ementibus atque indignis datum fuisse. Putridas olidasque fæces Filius Dei in regio sceptro inuenit, siquidem à Romanis abusu, ab Herode verò tyrannide maculabatur. Olidas in tota scriptura filius Dei inuenit fæces: à malignis enim Rabbinis adulterata erat, & in falsum sensum ad eorum genium contorta. Olidas fæces in Hebræo idiomate inuenit; cùm enim in diuersa regna Hebræi captiui dispersi fuerant, diuersis etiã linguis vsi sunt. Et quid dicam amplius, nisi totam Synagogam fuisse olidas ac putentes fæces? non erat enim flagitium vllum in mundo, quod in Synagoga non inueniretur. Principes arrogantes erant, Sacerdotes inuidi, legisperiti auari, Pharisæi hypocritæ, Seniores malitiosi, ignorantes iuniores, & propriis commodis studebant plebei.

Synagoga Iudæorum omnibus flagitiis contamina ta fuit.

Quo pacto Synagoga Christo id bibendum dederit, quod ipsa erat nimirum fel; & quod habebat, nimirum acetum.

CAP. LVI.

Ecce ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi. Hic luctuosus dialogus inter patrem & filium institutus est, atque ideo benè perpendendus. Nam cùm Abraham filium suum Isaac duxisset in montem, ligasset manus, accendisset ignem, eua- *Genes. 22.*

euaginasset gladium, inquit filius ad Patrē: *ignis & ligna adsunt, vbi agnus ad victimam est?* Abraham respondit: *Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi*: non tristare, fili mi, non tristare: Deus enim de huiusmodi sibi victima prouidebit, quę multò gratior illi omnibus totius mundi victimis futura est. Quæ Abrahami prophetia adeò subtilis est, vt licet à multis legatur quidem, nō tamen intelligatur. Quid est autem hoc, ô Abrahā quid hoc? Deus tibi decollare filium ac sacrificare præcipit vnicum, & nihilominus propheta insuper tu agis, Deumque sibi de victima prouisurum meliorem tua dicis? O quàm sublime sacramentum, ô quàm profundum mysterium est hoc? quod Abraham apud se filium immolandū haberet, & ligna quibus imponendus, & gladiū quo decollandus gestaret, præceptum Dei, quo offerri præcipiebatur vrgeret, nihilominus quod de victima prospecturus sibi esset Deus, prophetae. Non loquitur hic Abraham cum synagoga matre sua: Nam ex parte illius erat Isaaci victima inibi atque ad figuratum sacrificium præparata. Sed loquitur cum Matre nostra catholica Ecclesia, cuius causa Deus sibi aliam victimam prouisurus esset: nempe crucifixum Christum, in quo omnes veteris legis victimæ terminandæ essent, & omnia Ecclesiæ Sacramenta inchoanda.

Cæterū vt quiuis intelligat Abrahamū nō loqui de sacrificio Isaac filij sui, sed de sacrificio futuro Iesu Christi, dixit ille Deū prouisurū victimā: neq; dixit quod alij, sed sibi ipsi eam prouisurus esset: neque multas victimas, sed vnam: neque quamlibet denique eum victimam futurum,

rum, sed addit Deū sacrificā ouē sibi prouisū esse. Theophilus inquit: In tota veteri lege nō fuisse nobilius, non excellentius vllum sacrificium, quàm Abrahami & Isaaci filij eiusdem. Et quia Abrahamus aliam superesse victimam longè sua excellentiorem dicit, quare, ô iudaice pōpule, non suscipis Christum veluti veram victimam? Deinde Abraham non dixit quod prouisurus esset Deus multas victimas sed vnam si nāque benè examinetur Synagoga, semper multis victimis sacrificiisque onerata fuit, multosq; Christos credidit, & multa obtulit sacrificia: verùm S. Mater Ecclesia non nisi vnicum sacrificium obtulit, in vnum Christum tantummodo credidit, vnamque tantum victimam immolauit. Similiter non dixit Abraham Deum prouisurum victimam pro alio, sed sibi soli: quia dicit *Dominus prouidebit sibi*. Quoad enim in cruce pependit Christus, non omnino pacatus placatusque Deus fuit. Denique non dixit Abraham quamlibet Deum victimam prouisurum: quia dicit, *prouidebit sibi victimam holocausti*. Ex omnibus aliis sacrificiis remanet quidpiam, quod aut Sacerdos ederet, aut domum secum aportaret: Non ita se res habet cum victima, quæ holocaustū appellatur: in illa quippe animal in quatuor partes secatur, & in cineres fauillasq; redigitur. Putasne egregium holocaustum fuisse, quod in propria persona Christus obtulit, siquidem ne vna quidem macula in eo fuit, propter quam reijci possit; nec vllum membrū habuit, in quo cruciatus non fuisset?

Abrahami sacrificium nobilissimum fuit.

Quare vt redeamus ad propositum nostrum aduertendum est, nos totum discursum hunc nō

alia de caussa induxisse, nisi vt probemus, quo pacto in hoc mysterio & verbo *sum*, quod Christus in cruce dixit, synagoga cum omnibus suis sacrificijs finem acceperit: commodato namque illa hactenus habebat Iudæi, donec illa victima, quæ per os Abrahami promissa fuit, mitteretur. Isidorus in Genesin ait, Victimam quam in mundo se missurum esse Deus promisit, dignam debebat esse eo, cui offerebatur, & fructuosam his, pro quibus offerebatur. Et talis fieri non poterat vel mactato vitulo, vel sanguine hircorum, aut alio immundo liquore, nec manibus sanguinariis. Qui fuit possibile vt illa antiqua sacrificia placarent Dominum, fructumque aliquem peccatori adferrent illa facienti, siquidem altaria eorum similiora macellis laniorum erant, quam templis sacerdotum. Rabanus inquit: sacrificium illud Abrahamo commodum erat, damnosum verò filio, quia ibi ille vitam amissurus erat; & vt agnosceremus eiusmodi sacrificiū verum esse, ordinauit Deus vt gladius Abrahami tantum filio eius minaretur, ac deinde filiū Dei trucidaret. Cùm Deus videret exiguū fructū illū, ex morte filij huius secuturum; itemque dolorem patris super ea conceptum aspiceret, ramet[illegible]uagination[illegible] gladij ipsi permitteret, non tamen læsionem filij permisit; quod vtique non fecisset Dominus, si mortem adolescentis huius sufficientem ad redimendum mundum vidisset. Senior sanè multò Deus pater Abrahamo, & multò impensius filiū suū quā Abrahamus dilexerat suū, multoq; innocentior Christus Isaaco fuerat. Quibus tamen omnib. neglectis, cùm videret in solo illo sacrificio salutē totius mundi collocatā esse, cōsensit vt illi vita adimeretur. Hychius in Leui-

ticum ait: Quod Abraham fecit illi soli profuit; præceptū enim exercutus fuit: verùm verbum illud, *Deus prouidebit sibi victimā*, vtile fructuosumque vniuerso mundo fuit. Per ipsius enim prophetiam certificati sumus, quod per filium Dei redimendi essemus. Omnia legis veteris sacrificia, teste Origene, tantum in duobus constituta erant, nimirū in mactatione animaliū. & spoliatione arborū. De animalibus, offerebant Deo caput, pedes, carnē, cor, iecur, pulmones: de arboribus verò thus, stacten, aloen, myrrhā, vuas, oleum &c. adolebant. Non satis erat Domino vt quilibet quod sibi placeret immolaret, sed quod ille præciperet, vt nimirum bestiæ pingues essent, inuiolatiq; fructus ac sani. odor verò gratissimus, succus autem perfectissimus. Primum quod in animali educatur, est cor; vltimum verò fel: cuius contrarium in eius morte fit, primò enim fel corrūpitur, & vltimo cor moritur. Vti vltimum in homine educatum est, sic abiectissimum atque immundissimū est, quod in toto corpore inuenitur. Non est succus melior in mūdo succo boni vini nec pretiosior: è contrario nec vllus succus peior est, succo fæcium vini iā fugientis & corrupti. Putasne frater mi, frustra me probasse fel esse pessimū quod in animalib. est: item putridam fæcē ex omnibus succis esse pessimum? Finis est quamobrem omnia hæc dicta sunt, quia filio Dei in cruce morienti duo ad bibendum dederunt, nempe amarum fel quod vltimum pessimumque in animalibus est, & fæces atque acetum omnium succorum pessimos. Augustinus in Ioannem ait: quod purum,

quod mundum, quod lympidum in synagoga erat, iam defierat, & in fæces acetum q́ue cõmutatum erat: atque ideo nihil aliud Christo, nisi fel, acetum que bibendum præbuerunt; ostendẽs non solum se dare quod in se haberet, synagoga scilicet, sed etiam quod ipsa esset. Quid erat synagoga aliud, quàm amarum acetum, & acidũ fel? Non sine peculiari mysterio præbita hæc Christo sunt: vti enim fel pessimum est & vltimum in animalibus, ita quoque tum tẽporis in vltimo nimirum articulo vitæ suæ, nihil aliud synagoga quam fel malitiæ & acetum auaritiæ fuit. Hieronymus inquit: vti acetum quandoque bonum vinum fuit, quippe ex bõna vite desumptum est, ita quoque iudaicus populus olim optimus fuit, quippe cum in illo sanctissimi viri floruerint: adeò vt cùm Christo ad bibendum fel acetum q́ue daretur, nihil aliud significaret quàm iudaicum populum iam tunc omnino corruptum fuisse, siquidem in illo vix vnus bonus inueniretur. Vnde tantum mali vobis ô Hebræi obuenit? quare vestrum bonum vinum in amarum acetum commutatum est? quare mel vestrum in fel trãsijt? Tum vinum vestrum in acetum cõmutari cœpit, cùm Redemptorẽ vestrum Christum, nõ suscepistis; & tum mel vestrum in fel, cum doctrinam quidẽ eius audiuistis, & nihilominus vitam illi ademistis. sanè valdè misereor synagogę, quod cùm olim holocausta & sacrificia acceptissima Deo immolasset, nunc tandẽ fel amarũq́ue acetum adoleat; illo enim execrabili sacrificio Creatori vitam ademit, & seipsam omnino extinxit.

Synagoga Iudæorum fuit fel & acetum.

Sitim Christi non tam ab appetitu habendi satis profectam esse, quàm à desiderio, quod nostri causa patiendi mortem haberet.

CAP. LVII.

EXpergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: inquit Isaias de magna siti Christi loquens, ac si diceret, Messias euigilauit ex somno suo, vti homo cuius anima vacua est. Prophetã dicere Christum in cruce somno grauatum, atque expergefactum, deinde fatigatum admodum fuisse, eiusque à solatio omni vacuum cor, luctuosum auditu est & obscurum. Cùm enim verum sit illum, tum passum esse, qui possibile est dormiuisse: & qui dormiuit tunc, qui possibile est illum passum esse? Quid magis tormentis contrariũ est, quàm somnus; & quid magis somno tormentis repugnat? Christus in cruce pendens nudus, laceratis manibus, perfosso latere, curuatis neruis, siccatis ossibus, qui vel dormire modicum vel quiescere potuit? Quatuor Isaias Propheta indicat, nimirum Christum euigilasse ex somno quo correptus erat, secundò quod expergefactus sit lassus, tertiò, quod sitiẽs, & quartò quod corde omnino vacuo. Ex quib. quatuor vnum tantũ est, quod mihi mirũ videatur. Fuisse lassum Christum, credo: sitibundum fuisse, non impugno: omni destitutum solatio, approbo: at quod dicat dormiuisse illum, obstupesco. Aeternus. n. Pater nõ præcepit illi vt dormiret in cruce, sed vt mundũ vniuersum redimeret. In quo casu sciendũ est quod & S. Augustin. cõtra Manichæos dicit, sæpè, immò sæpissimè in sacris literis circumstãtias scripturarum declarare scripturã: ita vt illud quod in scriptura præcedit, declaret scripturã; & vnus Propheta alium manifestet: *Isaie 29.*

festet: & vnus textus alterum elucidet. Posito ergo scripturam vnam declarare alteram, conueniens est, vt in Sacra Scriptura quæramus, nũ in ea modus aliquis somni reperiatur, vnde colligemus certoque diuinemus, quomodo filius Dei in cruce dormierit, & quando, quomodo, & quare expergefactus sit.

Beneuolus lector monitus sit vt fingat sibiipsi accidisse idipsũ, quod hic indicare volumus, alias intelligere nos non poterit. *Exsurrexit tanquam dormiens Dominus: tanquam potens crapulatus à vino*, inquit psalmista. Scimus nos & credimus Deum spiritum esse, & simplicissimam substantiam, in qua nec caro sit, quæ putrefcat; nec ossa, quæ frangantur: nec fames, quæ edendi appetitum excitet: non stomachus, qui concoquat: nec vapores qui caput somnolentum faciant; nec anni qui æternitati eius senium inducant. Cùm ergo verum sit, quod per nullum tempus veterascere, nec per cibos ad dormiendum impelli possit, necessario sequitur, somnum illius alio modo fieri debere quàm nostrũ; & longè alio modo illum expergefieri, quàm nos. Philosophum dicere, somnium esse imaginem mortis, quid aliud ostendit, nisi dormientem imaginem esse mortui hominis? Si enim proprietates mortui examines, easdem in dormiente inuenies. Nam neque hic in lecto, neque ille in sepulchro loqui audire, intelligere, sentire ac defendere sese potest. Quis non diceret Dominum Deum eodem modo dormire, siquidem in impijs ambitionem blasphemias, adultera, incæstus & omnis generis cogitatas malitias dissimulat? Quando dormit homo, tunc omnes eius artus quiescunt: & quando

Psal. 77.

Somnium est mortis imago.

quando Deus dormit, tunc quiescit pœna eius. Putant impij, eo quod Deus diu eos viuere permittat nec puniat, illũ dormire, nec vllã curam rerum huius vitę gerere: sed aberrant longè. Scire enim debent illud, quod nos in hõmine somnum dicimus, id in Deo dissimulatio vocitari. In illa verba, *dormit aut cum omnes*, inquit S. Ambr. Deus dissimulat iniquitates impiorum nõ ideo quod in eorum peccatis gaudeat ac delectetur, sed vt tempus illis conuertẽdi præbeat: & si id facere recusent, tunc excitat illos, illosq; ferìò adoritur. Et tunc videmus Deum expergefieri à somno, si quando impio manus iniecit, atque in suis illũ erroribꝰ corripit. Si vnus alteri alapam velit infringere, quò altius manum reducit, tãtò fortiores crudeliores q. ictus imprimet: sic etiam dico, quo diutius Deus expectat ad pœnitentiã impium, tantò acrius acerbiusque eundẽ castigat. Isidorus ait. Cupisne scire, ô lector, somnũ Dei nihil aliud esse, quàm dissimulationẽ peccatorum tuorũ; & quando euigilat nihil aliud esse, quàm quod castigare incipiat, inde potes colligere, quod propheta post illa verba, *excitatus est tanquam dormiens*, etiam hæc verba apponat, *& percussit eos in posteriora eorum*. Quid verò vult per hæc verba indicare Dominus aliud, quàm cum euigilat à somno se manum suam ad castigandos gentium principes eleuare? Quare, ô frater mi, aduerte, nec te seduci patere, eo animo quasi Dominus dormiat, nec tui curam gerat: scito enim hoc tentationem dæmonis esse, qua mundum seducit. Cùm .n. putaueris Deũ minimè de te cogitare, tunc maximam

Deus quare iniquitates impiorũ dissimulet.

tibi

tibi pœnam immissurus est. Scito, te tot habere excitatores in domo tua, quot peccata habes in anima. Quis est in domo Domini excitator misericordiæ eius, nisi nostra cõuersio: & quis excitator iustitiæ eius est, nisi nostra peccatorũ frequẽtia? In illa verba psalmistæ: *Ecce nõ dormitabit, neque dormiet*, inquit Bernar. Vti non dormitabit neq; dormiet hostis Israelẽ infestans, sic nõ dormitabit neq; dormiet Dominus Israelẽ defendẽs: & tametsi appareat, quasi eius dormiat misericordia iuuãdi nos, fit tamẽ illud, quo tanto magis mereamur; & tametsi videatur, quod suã iustitiã differat ac suspendat, fit tamen illud, quo nos cõuertamus. Et quid tibi dicã amplius, quod vti tua opera cõstituta fuerint, tu perinde totidẽ excitatores, qui Deum ad puniẽdum te prouocent habiturus sis. Si bonus sis, excitas illũ vt tibi benefaciat: si verò malus sis, excitas illũ quo te puniat. Oculis enim Domini semper sanguis malorum obuersatur, quo puniãtur; & semper resistit probitas, ne remunerationem accipiant.

Peccata & conuersio nostra, sunt excitatores misericordiæ & iustitiæ Dei.

Intellecto ergo quo pacto somnus in veteri lege accipiẽdus sit, vlterius volumus ostendere, qui & quomodo filius Dei in ligno crucis dormierit atque expergefactus sit. Quod si quis putaret filium Dei sic in cruce dormiuisse vti sanus lassusque homo dormire solet, meræ ineptiæ essent & hæresis certè si quis pertinaciter diceret: cùm enim fel & acetum illi ad bibendum porrigeretur, certum est eius stomachum plus caussæ ad digerendum habuisse, quàm aptitudinis ad dormiendum. Dicente Isaia, expergefactus lassus, non loquitur de corporali, sed spirituali somno.

Non

Non enim in illo euigilarunt vires per tormenta iam fractæ, sed in eo potentia expergefacta est, quæ sese occultauerat. Dicit namque Apostolus, *quod ex ipso, & per ipsum sunt omnia*, in quibus principatum sex obtinent, nimirum essentia, potentia, sapientia, humana caro, patientia & misericordia. Ex quibus sex excellentijs & gratijs, tantum tres in Christi passione dormiuerũt, tres verò reliquæ semper vigilarunt. Dormiuit in cruce illius diuina essentia, non enim voluit ibidem ostendere, quod esset purus Deus: si enim se exhibuisset vt Deum & non vt hominem, nunquam in cruce mortuus fuisset. Dormiuit quoque in passione eius summa & diuina æternáq. sapientia, eò quod ne verbum infinitis pe nè blasphemijs respondere vellet, atque ideo dicit Isychius, Christum tractari sese vt ouem permisisse ad lanienam ductam. Si enim coram Pilato vel Herode vnicam suæ sapientiæ scintillam promicare permisisset, nunquam illum Hebræi potuissent occidere. In passione Christi etiam infinita potentia dormiuit, dum nimirum de nullo hostium vlcisci sese voluit; si enim potentiam suam vsurpare voluisset, vnico momento sese diduxisset Infernus, & viuos omnes tortores deuorasset.

Christus quatenus in cruce dormierit

Ostenso iam satis, quæ cum Christo excellentiæ in cruce dormiuerint, de alijs etiam tribus loqui volumus, quæ cum eo euigilauerint. Vigilauit & non dormiuit in passione Christi, tenera eius atque virginea caro, quæ in cruce ne vnico quidem momento habuit quietem, sed iugiter tormentis fuit exercita. Qui fieri potuit Christum in cruce dormiuisse, siquidem in ipsi-

us sancto corpore, ne vnica quidem vena fuit, quæ non vniuersum sanguinem effudisset; nec vlla caro, quæ non discerpta contritaq; fuisset? Vigilauit & nõ dormiuit in passione Christi eius magna patientia, quã nunquam Dominus Iesus perdidit, nec vnquam à se dimisit: nunquam enim inimicis suis probrosum verbũ obtrusit, nec vnquam iracundum vultum ostendit. Augustinus ait: In virtute patientiæ Christum omnes deuoti imitentur; non enim coram Deo sola virtus patientiæ meritoria est, sed etiam cautela est, quare humana vita sit tranquillior. Vigilauit & non dormiuit eius inenarrabilis misericordia, quam benedictus Dominus Iesus ostendit, cùm ignosceret inimicis suis, & propeccatis precaretur. O quàm magna, ò quàm infinita fuit bonitas Domini mei Iesu! tametsi enim omnes aliæ eius virtutes in cruce dormierint, nunquam tamen à continuis vigilijs eius misericordia cessauit. Multò enim facilius esset solem splendorem suum intermittere, quàm te ab ignoscendo cessare. Plutarchus scribit Cæsarem Titum profundum gemitum quodam die edidisse & dixisse, amici diem amisimus, ac si diceret; non est æquum vt hodiernum diem diebus vitæ meæ annumerem, quippe qui hoc die nullum beneficentiæ opus exhibuerim. In veritate præclara hæc verba sunt quæ ab omnibus Philosophis collaudantur, & eiusmodi supremum Principem decent. Quod Cæsar Titus de sua munificentia dixit, id multò æquius de sua infinita misericordia dicere Christus potest. Licet enim hic bonus Cæsar ne vnicum quidem diem sine beneficentia elabi sineret, nõ tamen

men vel vnicum momentum sine remissione peccatorum sibi elabi passus est.

Et cùm dicat propheta filium Dei non solum dormiuisse, sed etiam vigilasse, vlterius expendere mens est, quo pacto tres hæ potentiæ in Christo expergefactæ sint, & quando & quomodo euigilauerint. Expergefacta est ipsius diuina essentia, cùm in puncto discessus sui, tam miserabilem clamorem ederet, quæ causa fuit, quod Centurio grauissimè commoueretur ac diceret, *verè filius Dei erat iste.* Expergefacta in Christo ipsius est magna misericordia, cum septem illa vltima verba effatus est, in quibus comprehensum est, multò maius mysterium ac scientia, quàm vlla vel Philosophorũ vel humanis alijs scientijs comprehendi queat. Expergefacta est quoq; in cruce Christi inenarrabilis potẽtia, cùm soli vt se obscuraret præciperet, terræ vt cõtremiscerẽt, sepulchris vt aperirẽtur, mortuis vt resurgerẽt. Quis dubitat filiũ Dei in his tã admirandis operib. altitudinẽ potentiæ suæ nõ ostendisse? O mitis Domine Iesu, ô lux animæ meæ, ô quàm non in numero filiorum vanitatis es, qui de sua essentia gloriantur, cũ tamen nihil sint: in potẽtia sua efferuntur, cũ tamẽ nihil possint: suáq; iactant scientiam, cùm nihil sciant.

Christum quomodo in cruce expergefactus sit

Continuat auctor supradictam figuram.

EXpergefactus adhuc sitit. inquit Isaias in supradicta figura ac si diceret, Cùm Redemptor in cruce à somno expergisceretur, sitiens expergefactus est & aridus, quæ tã intensa sitis fuit & magna, vt in hodiernũ vsq; diem perduret. Si homo magnas miserias, labores dolores-*Isaiæ 29.*

que patitur, lingua enarrat, quid illum cruciet, manu-

manuque locum ostendit, quo maximè affligatur, Sanè magnas angustias Dominus Iesus in sua anima passus est, & infinitos dolores sensit in corpore; & quod maximè mirandum erat, licet tormenta eius maxima essent, de nullo tamen, nisi de siti conqueritur? D. Bernardus inquit: ô amantis Domine Iesu, ô Redemptor animæ meæ, cum tot querendi causas habeas, quare de sola siti cô quereris? Tui humeri patent, tuæ manus perforatæ sunt, caput tuum sanguinolentũ est, excarnificata caro tua, & non aliud nisi sitim quereris te affligere, & aquam tibi deesse? Putasne defectum sanguinis quo cum posses vivere tibi multò damnosiorem esse, quàm defectum aquæ quam bibere potuisses? Cum sanguine à capite defluente tuum vultum balnees, & tuam linguam irriges, quare de nouo aquam exposcis? Propter quartam horæ partem quam viuendam habes, de defectu aquæ conquereris? O Christiane mi, (inquit Christus) quod sitim quã habeo, quamque patior, non haustum aquæ respiciat, sed conuersionem tuam, & vt te mecum in gloriam traducam aduerte. Cùm enim nunc paratissimus sim ad conscendendos cœlos, magnam sitim habeo conducendi eodem meos Electos. Sitim quam habeo, & aridit atem quam patior, non in eo consistere crede, quod bibere cupiam liquorem aliquem aut succum, sed vt aliquando Redemptionem vestri consummem, Patriquemeo vos conciliem. Idcirco si tu non habueris commiserationem mecum, nec tui vel in minimo miserebor. O quanto libentius vidissem, vt commiserationem gessisses aliquam erga teipsum; magis enim me cruciat, quod

Qualem sitim Christus in cruce habuerit

d re perdi videam, quam pati me ipsum. Au-
inus inquit: O Domine Iesu, omnes tuas an-
ias, verbo illo *sitio* adauxisti, mihique exte-
maximam charitatem tuam exhibuisti, quã
me gerebas intus; & quæ efficiebat vt
i faceres id, quod patiebaris, respectu ma-
m istorum quæ pati cupiebas. O initis Do-
e Iesu, scio sitim tuam non aliò vergere, nisi
lutem animarum. & quod dicis te appeti-
bibendi habere, significat te multò plura
ndi pro me desiderio flagrare: ita vt cura
pro me geris adeò magna sit, vt tuimet i-
obliuiscaris. Quid est autem hoc ô Redẽ-
animæ meæ, quid hoc? deformatis iam
bris, fractis oculis, renuntiata matre, pera-
Patrem querimonijs, & eleuato pectore
de nouo, *sitio*? Quæ misericordia, quæ boni-
mparari potest, misericordiæ tuæ ac boni-
ô mi Redemptor? Nam ex illo verbo *sitio*
simè intelligimus, mortem sufficientem
m fuisse vt tibi dolores adimeret, non ta-
fficientem ad præcidendam tibi charita-
uam redimendi nos habebas, fuisse. Quis
dicere in ligno crucis cessauisse charita-
siquidem magis propter amorem in Ele-
nos sitis ad angustias grauiores ac tormen-
randa?

rysostom. inquit. Cùm filius Dei in cruce
t *sitio*, iudico illum tum temporis hausti
æ facere non cupiuisse, sed rogasse Patrẽ,
ora tormenta exsorbere posset. Vti enim
a maius à se lumen diffundit quando om-
onsumitur, tanto magis amor sese accen-
rit, quanto morti fuit proximior. Remi-

gius

gius inquit: Tametsi diuina prouidentia, omnes tribulationes Christi in tres annos contraxerit, omniaque tormenta crucis in tres horas, non tamen existimandum est, immensam Christi charitatem in tam breue tempus se contrahi permisisse. Vnde omnino credo, sitim, quam in ligno passus est, non fuisse aquæ ex aliquo riuo bibendæ, sed vt aquas suas mundo tanto manifestiores redderet.

De magna ingratitudine & immanitate Hebræorum, Christo fel acetum; que porrigentium; & quo pacto in specie pro quolibet peccato fecerit satis.

CAP. LVIII.

Psal. 68.

DEderunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, inquit Christus per os prophetæ, ac si diceret. Cùm in ligno crucis oneratus essem tormentis, & inimicis circundatus, non tã citò verbũ illud *sitio* dixi, ecce fel in escã, & acetum in potum præbuerunt. Sanè multa nobis in his verbis proponuntur, nimirũ quæ Christo in potũ præbita sint, vbi, quare, in quo, & quã citò præbuerint. Potus quẽ præbuerunt, erat fel & acetũ: in cruce dederunt ipsi: in extremo agone dederũt: caussa quamobrẽ dederunt erat, vt citius moreretur; in arũdine ac ipongia dederunt: ita vt omnes hæ circumstantiæ scelus amplificent. Duo conuiuia in hoc mundo instituit Diabolus: vnũ in paradiso cum primo patre nostro Adamo, cùm fructus illi arborum edendos daret, alterum cum Christo in deserto, cùm ad duriſſimos illum lapides immutaret, qui tamen sic contundi, rapiique potuissent vt edi haud difficulter potuissent. Verùm peiores iu-

Diabolus duo in hoc mundo instituit conuiuia.

dæi

cibos Christo proposuerunt in cruce, quam
polus in eremo: dederunt. n. fel in escam, &
um in potum: quæ duo acerba esu, amara
sunt, crudelia gustu, mortiferaq; fumentib.
olent. Vti Philosophus air, verũ amore filii
n esse, optimumq; odore panis, gustum op-
salis, dulcedine mellis: sic amaritudine a-
tudinũ fellis esse. Quis adeò validum sto-
num habet, qui scyphum fellis & aceti ex-
iat, & illum non cõtinuò reijciat, aut illico
atur? Si nimio esu mellis tibi mihi stoma-
inuertatur, quid putas porrectum fel in
sto feciſſe? si Hebræi memores fuissent Pa-
illis in deserto puram aquam ad bibendũ,
Rabano, & manna dedisse comedẽdum: &
de filium eius quinq; millia hominum pis-
duobus & quinque panibus pauisse, neque
ad comedendum, neque acetum ad biben-
dedissent. Mos impiorum, dicente Damas-
est, vt in bonis rebus faciendis breues sint,
lis verò patrandis prolixi: quod inde col-
r, quia Christus nihil amplius ab illis pe-
isi potum: illi verò & escam præbuerunt.
enedicat illis Deus escam Christo præbi-
quippe fel esca, & acetum potus fuit. An-
s inquit: illorum supremam malitiam, mi-
que conscientiam in causſa fuisse, quod
hristi amarum fel proposuerint, cùm ta-
vel manibus attingere fel homines tu-
. Origenes inquit, Barbaros crudelesque
nes pro more habere, vt qui eorum in
tum alijs inimicitias aluerint; in mortis
sibi inuicem ignoscant, siquidem teste
ne, malorum omnium extremum mors est,

omni-

omnibusque ærumnis ac inimicitijs imponit finem: verùm hæc regula apud Hebræos locum non inuenit, qui in extremo agone Christum oblidis excreationibus suis conspuarunt, blasphemarunt linguis, oderunt corde, felle acetoque potauerunt. Capitales hostes Dauid & Saul erant, at occiso à Philistæis Saule, acerbissimè illum deplanxit Dauid, & tumulari iussit. Historiographi referunt inter græcos maiores hostes non fuisse Aeschine ac Demosthene: at posteaquam Rhodi audiuisset Aeschines Demosthenē Athenis mortuum, non modo propter illum lacrymatus est, sed etiam inferias haud vulgares eius manibus dedit. Totus mundus nouit inimicitiam Cæsaris & Pompeij, nihilominus Cæsar præfectum caput Pompeij manibus gestans, multa in eius laudem locutus est, & lacrymis suis irrigauit. Alcibiades enim dicit non posse quempiam plus vt hosti suo obueniat petere, nisi vt mortuum occisumque videat. Cyrillus inquit: Tantam inimicitiam, quantam in Christum Iudæi conceperant, nemo vnquam exercuit: licet enim viderent extremum illum halitum ducere, nihilominus fel illi acetumque præbuerunt, quò, vt eius membra excarnificassent exterius, ita interius quoque viscera eiusdem venerarent. Cyprianus ait: Credibile non est Hebræos corda hominum, sed canum habuisse; quanto namque propinquior Christus morti fiebat, tanto eorum immanitas magis accrescebat. Finis namque & causa, quare fel comedendum, acetumque bibendum dederunt, erat quo tanto citius defungeretur, rabiosusque decederet. Si haustum hunc omnino Christus voluisset

ebibe-

ebibere, non fuisset dubium, quin vita ipsius citius abrumpenda, & mors immanior acceleranda fuisset. O quàm verè dicit memoratus doctor S. Cyprianus, Hebræos non hominum corda habuisse, cùm enim viderent Christo oculos frangi, eleuari pectus, quin non illi ad minimum vini quippiam bibendum dedissent, aut hausta frigidæ recreassent, aut consolationis aliquod verbum dixissent. O quis eiusmodi miserias vnquam vidit, quis eiusmodi immanitates vnquam audiuit, qualem in te designarunt ô Domine Iesu? siquidem lumen nullum, quod lucceret habuisti, non amicum, qui animaret; nô aquæ hydriam, quæ te reficeret; sed propter modicum fellis totum diem ieiunasti, & modico aceti os tuum eluisti. Procul à me sint delicati cibi, & procul à mensa mea superuacui missus; Cùm enim Dominus meus ac Deus meus, nihil aliud comedat quàm fel, ac bibat quàm acetum, quare lautiorem mensam instituerem, & in dies viuerem delicatius? Quomodo intrepidè auderem præstolari mortem, si in horas singulas omnis generis voluptates confecter, ac meipsum bono animo esse iubeam, cum tamen videam te, ô Domine Iesu, mortem expectare non velle, nisi os tuum primo felle infectum sit, & aceto irrigatum? O sanctum os, ô benedicta lingua, quis ille nebulo est, qui os tuũ audeat in felle acetoq; balneare? quo tamẽ tot præclaros habuisti, sermones & tã præclara dedisti dogmata, tam fructuosè instituisti populum, tã admiranda patrasti? Hanc meam linguam quæ non nisi mentiri nouit, hanc dico (ô vos perfidi Iudæi rabiosique canes) cibate felle, aceto refi-

Iudæi hominum corda non habuerunt.

cite: quod enim os ac lingua Creatoris vestri, & Redemptoris mei peccatum habet, cuius vos non commonefaciat; & quam virtutem, quam vos non doceat? O quantum inter os ac os: inter linguã ac linguam discrimen est. Lingua.n. hominis dicit Pilato *crucifige eum*: lingua verò filij Dei dicit Patri *nesciunt quid faciunt*, adeò vt tota intentio populi eo ferretur, vt Christum Pilatus occideret; intentio verò Christi, vt emolliret Patrem, quo illis ignosceret. Vbertinus inquit: nunquid CHRISTVS iustiorem caussam habuit dandi populo fel & acetum, siquidem clarissima illum voce accusarunt; quam illi CHRISTO, siquidem cum lacrymis indulgentiam à Patre pro illis obsecrauit?

Inter os & linguã quod sit discrimẽ

Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci: inquit Dominus per prophetam Isaiam, ac si diceret. O dilecta vinea mea, ô amantissima Synagoga: dic mihi quid vnquam à me petiuisti quod tibi non ded. im; & quid tua caussa facere debui, quod non feci? Beneuolus Lector hæc memorata verba benè consideret. Nam apparet in ijs, ac si DEVS cum Iudaico populo rationes subducat, vti amici facere solent, qui post multas rixas mutuas, sese componunt; & ne omnino amicitia tollatur se inuicem informant, vter amborum iustè aut iniustè ante egerit.

Quo modo loquitur etiam Dominus per Ieremiam prophetam, *Iudicium contrahã tecum*, ac si diceret. Vellem, ô Israel, te & me, item me ac te de mutua pace cogitare, & ad iudicandum nos sistere, quamobrem arbiter à nobis eligendus sit, qui post auditas partis vtriusque necessi-

tates

tates fateatur ac dicat, quàm parum causſæ tu me offendendi habueris, & quàm graues causſas ego de te querendi. O immensam charitatem ô inauditam bonitatem, quis hominum de te dicere potest quod illum condemnes iniustè siquidem illum de iniustitia conuincis? O quot hominibus hodierno tempore dicere potest Dominus, *quid vltra potui tibi facere, quod non feci*, & quibus me potuisti offendere, quibus etiam non offenderis? O mitis Domine IESV, ô lux & gloria animæ meæ, quid potuisses mihi amplius facere, quàm quod me redimeres? Insultant sibi tua bonitas ac mea malitia: tua gratia ac pœna mea: tua munificentia ac misericordia, & mea delicta; tua indulgentia, & mea pertinacia; adeò vt neque ego cessem peccare, neque tu dissimulare desistas.

Verùm vt magis propriè de hac re loquamur, hic considerandum est, filium Dei non cõtentum fuisse eo quod nos redemisset omnes, nisi etiam pro omnibus nostris peccatis peculiariter satisfeciſſet. Pro peccato superbiæ filius Dei satisfecit, cùm in se humanam carnem assumeret, cui humilitati, sanè ne vlla quidem virtus in comparationem venire audet: ex Deo quippe se hominem fecit, ex æterno tẽporarium, ex immortali mortalem. Bernardus ait: Omnium superborum superbissimum Luciferum fuisse, & gulosorum gulosissimum Adamum, proditorumque proditorem maximum Iudam, interque patientes patientissimum Iobum, & inter omnes humiles humillimum CHRISTVM. Pro peccato incontinentiæ satisfecit Christus, cùm circũcidi se sineret: cũ enim

in luxuriæ vitium citissimè homines prolabantur, voluit eos Deus suo pretioso sanguine redimere. Pro peccato inuidiæ satisfecit Christus per ingentem paupertatem suam, siquidem ne domunculam quidem ad habitandum in ea habuit, nec ad dispensandum obolum, nec vescos agrorum fructus, vt ijs frueretur. Scopus, teste Hieronymo, paupertatis Christi erat, vt à seipso necessaria tolleret, quo nobis superflua largiretur, quidquid enim abundanter Christianus habet, id suffuratur pauperibus. Pro peccato gulæ satisfecit Christus, cùm ferè toto vitæ suæ tempore ieiunaret, & sæpiùs magna fame vrgeretur, cùm ex deserto rediret esuriens, & cũ discipulis ipse non alio, quam spicis vesceretur agrestibus. Bernardus inquit: desiderium & zelus concionandi Christi tantus fuit ipsaque contemplatio, in qua se noctu occupabat, tam constans fuit ac pertinax, vt vix ciborum memor esset; tametsi ad edendum necessaria haberet. Pro peccato iræ Christus satisfecit per indefessam patientiam, quæ tam plena perfectaque fuit, vt nunquam iniuriam vlcisci potuerit, aut contumelioso quempiam verbo notare. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, inquit Christus ad discipulos suos, ac si diceret. Patientia adeò meritoria est, vt quẽuis Dominũ animæ suæ constituat. Multi hominum Domini sunt aurium suarum ac possident, quippe murmurationes non audiunt; alij oculos possident, siquidé vana non vidét; alij pedes possidét, quia alio ijsdẽ non abeunt; alij manus, siquidé aliena bona nõ suffurãtur: alij deniq; suas linguas possidét siquidé neminé blasphemant. De eiusmodi hominib. non

Luc. 21.

dicit

dicit Christus, quod animas suas possideant, sed solũ suã animã possidere, qui patiẽs sit. Quid prodest nobis si aurium, manuum, pedũ Domini simus, & Dominus possessorq; animarum nostrarũ sit dæmon? Aliquẽ animę suę Dominũ esse, q̃d aliud est, q̃ sibi oẽs sensualitates omnino subiecisse? Ambr. in q̃t: solus ille sibi voluntatẽ subiecit, quisquis in aduersis ęrumnisq; patiens est. O quàm appositè Christus dixit nos in patientia nostra esse animas nostras possessuras, siquidem patientia est, quæ cõfirmet amicos, cõciliet inimicos, pellat inimicitias, cohibeat passiones, & dissidẽtia corda cõponat. His probatum est, quo pacto filius Dei cõtentus nõ fuerit eo quod nos redemerit, sed ẽt quod peculiariter p̃ vnoquoq; peccato satisfacere voluerit ab vnoquoq; nimirũ tollẽdo defectus, & seipsũ pœnis onerando.

Patientiæ fructus quales sint.

Inducit Auctor figuram de Dauide, eamque ad propositum declarat.

CAP. LIX.

O *Si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam?* Calida æstate pugnante in Philistæos Dauide Rege, aquæque inopia laborante, dicebat gemens hæc verba. Quo gemitu cognito illicò tres fortes accinxerunt se armis, iterque Bethlehem versus ingressi sunt, illo animo, vt aut inde desideratã aquã deferrent, aut in ea deferenda vitam ponerent: vti cõtinuò irruperunt in castra hostiũ, eorumq; plurimos occiderunt, vt plus sanguinis in abitu suo fuderint, quã aquæ in reditu reportarint. In littera figuræ huius duo aduertenda sunt, nimirũ Dauid non ad pretiosa vina anhelasse & gemuisse, inebriandi sui caussa, sed solũ

2. Reg. 23.

aquæ hydriam cupiuisse refocillandi sui caussa. Ex quo exemplo colligimus quod inuisibiles hostes nostros magis abstinentia & temperantia, quàm ingenti affluentia rerum superemus. Quantumuis Dauid sitire videretur, non tamen ex aqua illa vel guttulam voluit bibere; dicebat enim Deum sibi bibendam eiusmodi aquam præbuisse, quæ fuso copioso sanguine comparata esset. Ex qua doctrina quilibet discere debet, ne quidquam secum asportet, quod repugnante conscientia se obtinuisse cognoscit, aut alterius cum detrimento. Videmus enim in dies parum alieni peculij iniquè obtenti, non solũ caussam esse vt perdamus propria quæ hæreditauimus, sed aliena ẽt quæ obtinemus. Relinquemus verò litterã & spiritui inhærebimus. Manifestũ inprimis redditur Christum esse Dauidis filium, & Dauidẽ Patrẽ Christi, vnus enim sitiit in agro comprehensus fuit, alter verò in mõte Caluariæ sitiuit: pugnando vnus, patiendo alter: obsessus ab amicis vnus, ab inimicis alter circumseptus: alter bibendo frigidã, verùm humanum genus redimendo alter illam sedauit. Quanto maior sitis fuerit filij Dei, quàm Dauidis Regis, inde est colligere, quod Dauid verbis tantummodo sitim suam manifestet, sed filius Dei & verbis & lacrymis. Vnde concludimus sitim illius non fuisse bibendæ aquæ ex cisterna, sed nostras peccatrices animas saluandi. O quanto maior fuit sitis Christi quam sitis Dauidis? Non enim aliud faciebat Dauid, quàm quod suspiraret bibere aquam ex cisternis; sed filius Dei mortuus est ob redemptionem animarum nostrarum: & Dauid restinxit sitim suã cum detrimento tertij, nimirum effusione sanguinis a-

Inuisibiles hostes abstinentia et temperantia superamus.

Malè parta bona male dilabuntur.

lieni: at filius Dei sitim suam effusione proprij sanguinis sedauit. Non tam bonos amicos habuit Christus in monte Caluariæ, quàm in castris Dauid habuit: aquam quippe Dauidi ferebant ministri ad recreandum illum: sed inimici Dei filio ad gustandũ fel acetumq; præbuerunt. Psal. 68.

Super dolorem, vulnerum meorum addiderunt, inquit propheta Dauid in nomine Christi, ac si diceret. Maxima miseria ærumnaque quam modo experior est, quod Hebræi non solum me crucifigant ac torqueant, sed etiam quod peccatores eiusmodi dolores doloribus alijs accumulent, qui me multò magis excruciant. Dolores à Christo in passione toleratos, tum vulnera, tum spinæ effecerunt: verùm dolores, de quibus modo conqueritur, peccata nostra efficiunt. Quod de istis magis quàm alijs conqueratur iustissimam causam habet, vulnera enim per clauos spinasque imposita, tantum diem vnum illum cruciarunt, verùm dolores, quos peccata nostra efficiunt singulis horis exacerbant. Augustinus ait: si in nobis non fuissent peccata, nec in Christo quoq; vulnera fuissent; vnde est, quod viscera eius multò grauius vulneraueri mus peccatis nostris, quã suis clauis Iudæi. Sed dicet aliquis Christũ nõ tãtopere queri per prophetã de vulnerib. q̃ dolori sibi irrogato, atq; ideò necessariũ est ostẽdere quisnã dolor hic sit, & quousq; extẽdatur. Ad cuius intelligẽtiã sciendũ est, nos omnib. cõmissis peccatis alia adhuc adijcere quę tãq̃ in aduersa lãce ponimus, eaq; peccatorũ oppositio causa est, apud nos multò grauiora delicta inualescere, & exiguam in nobis spem conuersionis relucere. Quid est hoc nouum peccatum aliud, quàm gaudium quod ex peccando

concepimus, & desiderium quod grauius etiam nunc peccandi fouemus? Ne verò quisquam putet me temerè loqui, singula exēplis illustrare volo. Si superbus sua superbia contentus esset, tolerabile foret; verùm prò dolor dicit se non superbum arrogantemque esse pro qualitate meritorum suorum, atque ideo desiderium magnum habet adhuc pluris æstimari ab omnibus, posse plus, & alios magis honore transcendere. Si iracundus ac impatiens se componi sineret per querimonias, rixas, seuidicta, ac murmurationes, ferri posset; verùm prò dolor auget accumulatque peccatum vnum cum alio, quippe desiderium ingens sitimque habet vexandi hostes suos, adimendi vitam illis, violandi famam, bonisque exuēdi. Quod si auarus cōtentus esset eo quod possideret, quib. indigeret, & quippiam illi superesset, tolerari posset, sed prò dolor peccatum vnum cum altero cumulat, dum vini panisque non laborat defectu, & nihilominus diu noctuque sollicitus est ac inquirit, qua via ampliores pecunias congerere ac comportare possit. Si impudico satis fieret eo, quod ipsius propensio naturalis fœdè appeteret, dissimulandum esset; verùm tantam sitim, tantumque desiderium habet fruendi eo quod videt, vt si ad ipsius voluntatem res accideret, non inuolatam vllam virginem, nec coniugatam fœminam intactā, nec viduam indeceptam relinqueret. Quod si defidi satis esset tēpore brumali nō exire in tēpestuosum aerē, nec æstate incalidū, sed absq; molestia & labore suo pane frueretur, suoq; in lectulo quiesceret, parū referret tāetsi id faceret; sed ꝓ dolor eiusmodi ignauus tā-

tum

tum habet desiderio voluptuariè viuēdi, tantúq; laborandi fastidium, vt nihil aliud cupiat, quàm vicinos suos laborare omnes, quò ipse satis ad distendendum ventrem haberet, illiq; excubijs rabescerent, ipse verò se somno saginaret. Quod si comedoni biboniq; satis esset ad satietatem esu se distendisse, non carperemus illum, verùm tantam famem sitimq; benè genialiterq; viuendi habet, pretiosaq; vina bibendi, vt si foret modo possibile, non futurus esset piscis in mari quo non vesceretur; nec cibaria in terra, quę non vsurparet: nec vina quæ non gustaret: immò quod plus est totum mare ebiberet, si modo flumina in id exonerantia sustinerentur? His declaratū satis esse credo, quis dolor sit de quo Christus queratur, *super vulnera mea addiderūt dolorem*, quem adeò ipse persensit, vt nullus illum grauius sentire potuerit: non enim attendit Deus quo pacto constituti simus, sed quo pacto libenter constituti essemus. Quæ maior potest hodierno tempore malitia esse in mundo, quàm inueniri quempiam cui non satis sit malum esse, sed qui peior fieri indies desideret. Cassiodorus inquit: Peccata commissa à nobis vulnera sunt quæ Christo imponimus, & dolor quem vulneribus istis addimus, sitis illa est, quam plura adhuc peccata committendi habemus. Hæc maledicta sitis est & execrabilis, de qua Dominus inquit, quod pro ea fecerit satis: quantū ad istos ipsos attinet ad illum proximantes, clarissima voce in cruce contestans, se vehementiorē sitim adhuc patiendi plura habere, vti impij vehementiorem sitim peccandi habent. O infinitus amor, ô inaudita bonitas, quem vnquā eius-

Peccata nostra sunt Christi vulnera.

modi sitim patrãdi peccata nostra vexauit, quã te ô Domine Iesu sitis tormenta nostra tolerandi contorserit? Quis vnquam hactenus habuit tantam sitim ac voluptatẽ, vt inter impios numerari posset, qua nõ maiorem Dominus habuerit inter bonos eundem reponendi? Quis tantã sitim committendi plura peccata habuit, vt non maiorem Christus habuerit sitim ac voluptatẽ, vt meliorum numero nos asscriberemur ac Sanctorum? O anima mea non vides quo pacto sitis tua frequentius peccãdi iam sedata sit, per sitim plura patiendi: & sitis tua peccatum vnum cum altero coniungendi iam extincta sit, qua Deus meus exarsit vnam pœnam cum altera cumulandi.

Quod facis fac citius, inquit Christus ad Iudam illa cœnæ nocte extrema, qua tradebatur, ac si diceret: Quandoquidem heri me vendere pactus fis, & hac nocte inimicis meis me tradere decreueris, desine cœnare & apage te hinc, & quod facere proposuisti, illicò exequere: Nam finis perditionis tuæ, initium Redemptionis meę futurum est. O quàm lamẽtabile, ô quàm inmane verbum est, à Christo prolatum hic ad peruersum suum discipulum, siquidem ex hoc apparet quod Iudæ permiserit ea agere, quæ collibuissent; item quæ præsentissimum certissimũque æternæ damnationis discrimen accerseret, nec iam vel vllam spem conuersionis eius apparere. Diuinum illum Magistrum dicere ad discipulum *quod facis fac citius*, ostendit illum iam tunc à sua potenti dextera desertum esse. Quibus luctuosis verbis erga Iudam misericordiæ

opus

opus Christus ostendit; illa enim verba tantum sunt, *quod facis fac citius:* ac si diceret, dise de continuò, trade me ac suspende te: quo enim magis profers dies vitæ tuæ, eò magis auges peccata tua. Deus nos ab eiusmodi permissione conseruet; maximum enim signum reprobationis est, si Deus illi facultatem peccandi permittat. Christianæ deuotæque animæ Deus hanc maledictam facultatem non præbet: si enim vel ab inferiore homine mutetur, aut à sensualitate inquietetur, occasiones peccandi amputat, nouaque ei desideria præbet ac grátias, quibus se roborare possit. Verùm væ illi cui dicit Dominus, *quod facis fac citius*: vt nimirum illud faciat, quod sensualitas illius petit illudque exequatur quod Diabolus suadet. Non potest quippe Deus maiorem homini maledictionem imponere, quàm si permittat, vt ea omnia in opus deducat, quæ illius sensualitas dictat. Remigius inquit: Diabolus amicus suorum amicorum est, adeoque sollicitus ac diligens est ad gratificandum illis, vt si modo animum habeant peccatum vnum committendi, ille statim ostium aperiat, viamque præparat eiusmodi peccatum repetendi. Damascenus inquit. Quando impius desiderium habet peccatum aliquod faciendi, tum Diabolus sedulus est in hoc vt discordes componat, seiunctos coniungat, obscurum illuminet, impossibile factu possibile faciat, & desperatum omnino sperabile ac factibile reddat.

Quæ

rum ita sint, quid non faciet, quid non attentabit, quid non consequetur impius, qui eius est Patronum aulæque magistrum in diabolo habeat? Quando probus bonum aliquod opus perficere vult, mille incommoda inuenit, quæ illum remorentur: è contrario verò si aliquid malum designare velit, mille occasiones inuenit, quæ ipsius ipsium promoueãt. Causa est, quia Dominus tunc demulcet suos, quò ad maiora peccata perpetranda impellat. Hæc omnia propter fel acetum quæ diximus, quæ Christo ludęi præbuerũt: Vt mihi hoc admirandum inprimis occurrit, quòd tanta celeritate in quærendo, tantaque industria in porrigendo vsi sint. Nisi enim scriptura ipsa id testaretur, incredibile esset, quod omnia illa quæ illi præbuerunt, in promptu habuerint. Profecto mirandum inprimis est, tametsi Hebræi remoti valde ab vrbe fuerint & in campo patenti, nihilominus quamprimũ Christus illud verbum *sitio* edixisset, illicò sua acerbissima Myrrha adfuerint, venenato felle, acido aceto, insipidoq; hyssopo, spongia & arundine. Quod si quis interea vrbem intrare, & hæc sex diuersa coemere debuisset, ad minimũ sex horis opus habuisset omnia ea congregandi. Nam debuisset primo macellũ adire propter fel, pharmacopolium propter myrrham, tabernã propter acetum, aromatopeios propter spongiã, hortum propter hyssopum, & vliginosas paludes propter arundinem. Filio Dei in cruce dicente *sitio*, non expectarunt sex horis, quibus hæc omnia compararent, secum quippe asportauerant & clam

& clam occultarant, vt si nõ moreretur propter clauorum dolorẽ, mori tamen propter hãc acerbissimam potionem debuisset. Quod Christus Iudæ permisit, idẽ etiam Iudæis indulsit, vt nimirum cum illo ad libitum procederent, & quã expeditè vellent, illum tollerent. Qua permissione tam alacriter vsi sunt, vt breui tempore illum & infestarint oculis, & truserint pedibus, manibus cœperint, blasphemarint linguis, oderint corde, & potionibus trucidarint. Non erãt in monte Caluariæ solũ Hebræi impij, sed etiam viri illi modestissimi Ioseph & Nicodemus, diuersa tamen mente. Hi duo namque forcipes ad extrahendos Christo clauos habebant, scalã ad deponendum, aromata ad vngendum, sudaria ad detergendum, syndonem denique ad inuolnendum: *non sic impii non sic*, sed loco piarum stationum ipsa sancta feria sexta obeundarũ, portabant sub palliis vrceum aceto plenum, ollam felle, vasculum myrrha, linteum hyssopo circumpositum, & altera manu spongiam, altera verò arundinem deferebant. Quæso dic mihi, quam deuotionem viri hi habuerint, eiusmodi apud se instrumenta portantes, quo vel sic peregrinationem hanc piam expedirent?

Continuat hanc materiam Auctor.

EX supra memoratis tormentis acerboque succo, vtilia pulchraque documenta capere habemus. Ante omnia itaque cauendum est, ne eiusmodi Deo succum offeramus, qui non purus limpidus & impermixtus sit: nam nec potatores libenter vinum impurum & mixtum bibunt,

bunt, ne digestionem malam in stomacho aut cruditatem efficiant. Simplex enim cibus, vt inquit Plinius, vtilissimus est homini, compositus autem pernitiosus. Quam hic conditionem corpus habet, eandem anima sibi vendicat, malis enim moribus inimica est, & sub dolorum duplicium que indoles auersatur. Hilarius inquit: ille offert Christo intellectum suum Aceto permixtum, qui in aliud quippiam & non in Deum suas cogitationes transfert: ille Domino Iesu memoriam suam myrrha permixtam offert, qui eò suam solum conuertit memoriam, vt vitam quietam possit ducere: ille voluntatem felle adulteratam offert, qui Creatorem suum à se summouet, & temporalibus rebus per amorem affigitur: ille cor hyssopo temperatum Deo offert, qui quidem libenter Deo inseruire vult, & nihilominus voluptuarie viuere decernit: ille opus bonum offert in arundine, qui illud ipsum ex mera vana gloria facit: ille vitam suam Christo offert in spongia, cuius bona opera omnia ex simulatione fiunt. Et denique dico illum Christo amaram potionem offerre, qui fide Christianum se exhibet, operibus verò gentilem.

Quomodo Ecclesia Christi abundantiam spiritualium aquarum habeat, nimirum gratiæ, donorumque spiritus S. & quomodo Christus ignem mittere in terram venerit qui amor Dei sit, & quid amor Dei in anima operetur.

CAP. LX.

Esaiæ 12. HAurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, inquit Esaias Propheta, cùm Christianis Ecclesiæ Catholicæ loquens, ac si dice-

diceret: Quando promissus Messias in mundum venturus est, sitientes summo cum gaudio haurient aquam de Saluatoris fontibus ad recreandum se & refocillandum. Quatuor hic propheta commemorat, nimirum quod non parũ aquæ hi hausturi sint, sed multum: non coactè, sed spontanee: non ex vno fonte, sed pluribus: neque ex quibuslibet, sed ex Saluatoris fontibus. Afflicta Agar, defectu fontis aquarũque laborauit; filij Israel aquas salias inuenerũt; Patriarcha Iacob aquas inuenit dulces, sed cum rixis contentionibusque illas haurire debuit: Regi Dauidi aqua adferebatur, sed ex cisterna fuit: adeò vt tam egena synagoga fuerit, quod ne cantharum quidem plenum puræ aquæ mundeque haberet. Diuitem ergo se beatamque catholica ferat Ecclesia, siquidem ei Dominus abundantiam aquarum promittit, quæ ab eius Saluatore ac Redemptore emanarunt. Ante omnia miror Christum in cruce clarissima voce dixisse *Sitio*, cùm fontes aquarũ plenissimos ad refocillandum mundum totum, eiusque sitim restinguendam haberet: Quid est hoc, ô mitis Domine Iesu, quid hoc? Tu ipse ne guttam aquæ ad bibendum habes, & nihilominus vniuersum mundum ad hauriendam aquam iuntas ex fontibus tuis? Iam manifestissimè video, ô Domine Iesu, quod bona illa, pro me petas, contrà omnes pro te miserias ærumnasque poscules, siquidem vniuersum mundum ad bibendas suauissimas aquas inuitas: nec fel acetũque cuiquam gustandum porrigis? Fontes ex quib. vis vt bibamus, quid aliud sunt, quàm benedicta vulnera tua, quib. nos redeptissimus? ô

sancti

ſancti fontes, o benedicta vulnera, qui & quę iucunda adeò aſpectu eſtis, adeò guſtatu delectabilia, vt etiam ipſi Angeli deſiderium ex ijs bibendi habeant, hominesq; ijſdem ſe irrigādi. Fontes perpetim ſalientes, aquæ iugiter fluentes ſunt. At quid aliud ſalit inde, quid aliud fluit, quam ſanguis & aqua: & quo alio decurrit, niſi in benedictam eius Eccleſiam? Ampliora certè Chriſtus nobis dedit, quàm propheta Iſaias nobis promiſerit. Iſaias enim nobis non niſi aquam nudā promiſit; verùm benedictus Dominus Ieſus aquas nobis ex ipſiſmet ſuis viſceribus largitus eſt, & ſanguinem ex venis partitus? O mitis Domine Ieſu, ô ſancte fons, nunquid ex fonte viſcerum tuorum fluxit ſanguis, quo maculæ noſtræ ablutæ ſunt? nunquid ex venis tuis pretioſis fluxit ſanguis, quo redemptæ ſunt animæ noſtræ? Aqua Raſim, præceps fuit: aqua Iordanis turbida: aqua bethlehemitica, ſapida: aqua Marach, amara: & aqua Siloe ſalſa: non talem naturam, non proprietatem habent aquæ vulnerum tuorum, ô Redemptor mundi: tutæ enim nauigantibus ſunt, puræ aſpicientibus, dulces guſtantibus, & cuſtodientibus fructuoſæ: verba illa, *haurietis aquas in gaudio*, quid aliud ſignificant, quàm quemadmodum nos per amorem eius voluntatemq; redempti ſumus, ita quoque illi magno cum gaudio ſeruire debemus. Ille verò aquas ex fōtibus Chriſti haurit cum gaudio, qui illi libera & bona voluntate ſeruit: ille ſanguinem ex vulneribus Chriſti haurit cum gaudio, qui illi ſeruit ſponte nee; ille ſanguinē ex vulneribus Chriſti cū triſtitia haurit, qui illi coactè, atque inuoluntariè deſeruit.

Huiuſ-

Huiusmodi verò seruitia Deo ingrata sút, multò minus verò illi ipsi præstanti illa fructuosa sunt. Vti enim Dominus nihil dat, nisi cum gaudio, ita quoque obsequiosa promptaq; cum voluntate sibi seruiri vult. Quam vero ardēti nos charitate Dei filius redemerit, & quàm viuace voluntate à nobis coli velit, ex profundissimis illis verbis doctrinaq; colligere habemus: *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat*. Cui conformiter proposito alibi loquitur, *non veni pacem mittere, sed gladium*, ac si diceret. Nemo existimet me in mundum veniſſe ideo vt ei pacem tranquillitatemque adferam, sed crucem gladiumque prębeam: crucem quidem vt in ea malefactores puniantur, gladiú verò vt boni eo torqueātur. Sanè memoratu digna & terribilia verba hæc sunt. Quod si quispiam nunc esset, qualiscunque tandem, qui homines omnes, qui prouincias, qui ciuitates inflammare veller, absque vlla mora vinciretur, & in equuleo extēderetur aut cataſta. Quid verò magis admirabile inusitatumq; esse potest, quàm filium Dei monere nos, se candentem titionem conferre ad combutendum nos, acutumque gladium ad nos decollandum? Augustinus inquit, si hæc verba ritè intelligere volumus, non modo non scandalizabimur, sed ideo quoque gratias agemus. Hoc enim igni mortuam nobis carnē adimit, & hoc gladio impurum nobis sanguinem emittit. Beda inquit: quid est ignis quem Christus in mundū contulit aliud, quàm eius diuina charitas? Natura huius excellentis ignis est, quod vrat, non tamen lędat: quod luceat, non noceat: quod inflammet, non consumat: quod mundet, non cō-

Luc. 12.

Matth. 10

cremet: quod calefaciat, non verò dolore cau-
ſet. O bone Domine Ieſu, ô lux animæ meæ,
quæ me poteſt ſuperare ſenſualitas?, quæ
circumuenire tentatio, ſi modo carbonibus ig-
nis tui me calefaciam, tu verò candore amoris
tui mihi præluceas? Quid valet, quid poteſt,
quid habet ille in hac vita, qui igni amoris tui
ſe non calefacit? Quis fecit vt S. Andreas exul-
tabundus ad crucem prouolaret niſi ignis a-
moris tui, qui inflammabat illum? Quis S. Ag-
neti vires illas ſuffecit vt multo pergeret lætior
ad tormenta martyrij, quàm ſponſa ad nupti-
alem thalamum, niſi ignis ille tuæ charitatis
diuinæ? Quis fecit vt S. Laurentius candentes
carbones ſuaueolentes roſas iudicaret, niſi tui
amoris diuini ignis, qui viſcera eius depaſceba-
tur? Quis fecit vt S. Stephanus duriſſimos ſili-
ces pro niuis plumulis haberet, niſi diuinus a-
mor, qui animam ipſius inflammabat? *Ignis erat
& calefaciebant ſe*: O quantum diſcrimen eſt in-
ter ignem quem Chriſtus ſecum attulit, & ig-
nem quem in ſuo palatio Cayphas habebat? Cũ
enim S. Petrus ſe ad Cayphæ ignem calefaceret,
ex Chriſtiano gentilis factus eſt; & cum Sanctus
Paulus ſe ad ignem Chriſti admoueret, ex gen-
tili Chriſtianus. Proximè me ſit ignis Chriſti,
ſiquidem notitiam mihi Chriſti inducit: & pro-
cul à me ſit ignis Cayphæ, ſiquidem me ne-
gationem Chriſti docet. Niſi enim Petrus ſe
calefeciſſet ad ignem Cayphæ, non incurſaſſet
illum ancilla, nec ille Chriſtum negaſſet, nec
Eccleſiæ fidem perdidiſſet. Verbis expreſſis ait
Euangeliſta, *quod Petrus calefaciebat ſe* propter fri-
gus,

gus, quo vexabatur: non tamen dicit talem ignem sufficientem fuisse vt illi frigus prorsus adimeret: ita vt pauci hominum igni mundi se calefaceant, plurimi verò apud eundem frigore enecentur. Procul ab igni hoc dicebat Petrus, *tecum paratus sum in mortem ire*, at propè hunc ignem sedens dicebat, *non noui hominem*: vt cum Christo cœnans arderet sine igni, igni verò Cyphæ se calefaciens, præ frigore dentibus strideret. Videnti ergo Filio Dei non esse in terris hic calorem nos recreantem, non ignem nos inflammantem, non splendorem nos oblectantem, non candorem nos collustrantem, non rem vllam nobis satisfacientem, secum ex cœlis ignem diuini sui amoris attulit, vt illo nos accenderemur, illuminaremur, oblectaremur. Nunquam dixisset filius Dei *ignem veni mittere in terram*, si vidisset verum ignem amoris sui in terris fuisse; verùm posteaquam vidit ignem mundi lædere, non ardere: vrere non mundare; fumare non illuminare; frigus, non calorem adferre; decreuit nouum ignem secum adferre, apud quem totus mundus commodè calefacere se posset. Væ autem illi, qui ad hunc ignem se calefacere non vult: væ illi, qui candore amoris eius illuminari non vult, tota quippe nostra salus in eo consistit, vt Deo totos nos offeramus, atque ex toto corde diligamus.

Ponderandum etiam est, non solum attulisse secum CHRISTVM ignem ad comburendum dicendo, *ignem veni mittere in terram*, sed etiam gladium ad decollandum: dicit enim

gladium veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat, ostendens se contulisse ignem, quo electi sui ministrabunt sibi, & gladium à quo perfecti timeãt. Illeviuaceillo cãdore ignis ardet, quisquis Christo ex amore seruit; & illius gladio illeatteritur, quisquis Christũ ex timore nó aũt amore sequitur: adeò vt sicuti in arca Noe domúculæ, & in domo Domini mãsiones multæ sint, ita in Catholica Ecclesia Dei diuersissimi modi sint; quibus meritum sibi acquirere possũt homines. Plus quippe multò meretur ille, quisquis Christo ex amore seruit, quã ille, qui ex timore sequitur: at licet ex amore vel timore fuit, nihilominus Christo acceptum est, si modo illum nõ offendamus. Beatus est ille, quisquis se decollari timoris gladio finit: at beatior ille, qui igni amoris eius se calefacit: tantus enim timor esse potest, vt erret in operibus suis, sed amans errare nequit. Vti Ouidius inquit, ille errare nequit, qui amat, si modo bonam rem amet: neq; error ibi regnare potest, vbi perfectus amor est. Cyrillus inquit: Si Synagoga magni fecit gladium, quo Dauid Goliath decollauit: nos Christiani pluris ignem amoris facere debemus, quo nos redemit Christus. Amor enim eius solùm spem nobis fecit gloriæ & victoriæ de morte relatæ. S. Leo inquit: Si filius Dei rogetur quidnam secum excelso detulerit, respondebit amorem: & si rogetur quod opificium teneat, respõdebit amare: & si rogetur quis sit, respondebit diuinus amor: & si rogetur quid illius causa nos facere oporteat, respondebit nihil amplius se à nobis exigere, nisi vt se amemus. Basilius inquit: O quantum discrimen est inter ministe-

rium

rium mundi, cultumq; Christi: mundus enim vult, vt illi per nos ipsos seruiamus, adulemur linguis, bona nostra transcribamus, & illius caussa animas nostras in periculum obiiciamus. Longè aliter res sese cum Christo habet: ille. n. nihil aliud à nobis exigit, nisi vt nostro amore illius amori respondeamus, quem erga nos fert, & grati propter exhibitam gratiam simus.

Si obtuleris primitias frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni. Quæ verba Moysi Deus proponenda populo præcepit. Quod autem teste Isidoro, Deus præcipiat sibi primitias frugum offerri, & non virentes sed aridas spicas, non ad solem sed ignem tostas, quod siccari torreriq́ue, non verò concremari præcipiat, nisi sub iis magnum aliquod mysterium latitaret, certè non ita minutim Scriptura omnia commemorasset. Cùm in Scriptura teste Origene, nihil sit, quod rodi possit, nihil quod apponi, sanè Deum tali modo quid præcipere, sic explicandum est, vt sine litteræ mutatione ad omnia dogmata traduci possit. Deo primitias frugum offerre, quid aliud est, quàm illi omnia nostra bona desideria præsentare? Quis est qui heroicum actum audeat auspicari, qui non cũ Deo sese componat ante, illique se commendet? Non ausi fuerunt gentiles cuiquam vel epistolá sine prœmissa inuocatione nominis Iouis scribere, & tu Christiane audes rem aliquã susciperę absque præmissa inuocatione diuinæ gratia? Ille furatur Domino primitias, qui quippiam orditur, priusquam Deo id commendarit: & ille soluit Deo primitias, qui sine benedicta eius gratia orditur nihil. Solus enim est Christus qui

Leuit. 2.

Nihil sine inuocatione diuinæ gratiæ inchoandum.

opera nostra ad suum cultum dirigere debere & ad nostram salutem transferre. Deum à nobis primitias frugum exigere; inquit Chrysostomus, significat, nos illum ante omnia ex toto corde diligere debere. Quod enim non ipsius nomine inchoatur signoque crucis præuio consignatur, id tandem in nomine diaboli terminatur. Ille soluit Deo primitias, qui manè surgit, Deoque se commendat, atque omnia consequenter offert, quæ toto die facturus est. Ille sufuratur Deo primitias, qui sacrum manè audire non vult, nec vnicum Aue Maria orare; sed cum matutina suscitatione ad mentiendum fraudandumque continuò se componit. Ille dependit Deo primitias, qui ex 24. horis vnam Deo consecrat: contrà verò ille furatur Domino primitias, qui animæ curam non gerit, nec in minimo Dei sui memor est totius diei decursu.

Deo primitiæ quomodo persoluendæ.

Considerandum etiam est, Deum contentum non esse primitiis virentium spicarum, sed illas igni tostas esse voluit, ostendens nullum operum nostrorum valere, nisi prius calefecerimus illud diuini amoris igni. Cuius valoris sunt omnia, quæ facio; & quid ego valeo, qui facio nisi propter Deum omnia faciam? Ille offert Domino tostas aridasque spicas, qui opera sua ad honorem solius Dei dirigit: ille verò virentes, qui opera sua solum propter homines facit: sed talibus ego vaticinor, quod propter eiusmodi sua opera nec refocillationem à Deo, nec ab hominibus gratiam relaturi sint. Quid virentes illæ & intempestiuæ spicæ sunt aliud, quàm nostra misera, carnaliaque opera? Virentia atq; intem-

intempestiua omnia sunt opera nostra, atque calore ignis indigemus ad exsiccandum ea. Nunquam enim sacrificiū Deo gratum est, nisi quoque sacrificans ipse Deo gratus sit. Porrò ille offert virentes spicas, quisquis in tribulationibus impatiens est. Vti enim igni probatur aurum; ita quoque aduersitatibus probatur proprietas atque indoles Christiani boni. Prorsus viret ille, qui pro genio suo scripturas sacras interpretatur: & ille quoque religiosus viret, quisquis ad mandatum Prælati replicam facit. Etenim seruus Domini non deberet vel cupere vt volūtatem suam faciat, vt in aliqua æstimatione sit, vt aliquid proprij possideat. Tunc autem dicere possumus illum tostam siccatamque spicam esse, si facilè illa à culmis excidat: & tum perfectum virum dicimus, quando omnino in corde renuntiauit omnibus mundi pompis & valefecit. Vires omnino, frater mi, si humilitas tua cū ambitione permixta est; charitas cum inuidia; paupertas cum auaritia, castitas cum impudicitia; candor animi cum hypocrisi, atque ideo proximè ignem accede diuinum, si vis somnum excutere. Si lignum in igni fumiget signum est nō omnino exaruisse; & si monachis ac monialibus in ore perpetim mundus sonet, infallibile signū est, eos eaſque nondum bene in religione fundatos esse. Cor enim veri serui Domini sic mortuum mundo esse debet, vt mortuum cadauer eiusdem in sepulchro deponendum est.

Christiani boni aduersitatibus probantur.

Finis quinti verbi.

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA, IN SEXTVM VERBVM QVOD FILIVS DEI in cruce locutus est,

PROLOGVS.

1. Par. 28. VIRILITER age & confortare, & fac: ne timeas & ne pauetas: Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te: nec derelinquet, donec perficias omne opus ministerii domus Domini. Posteaquam Dauid rex formam templi extruendi proposuisset filio suo, quod ædificaturus erat in Ierusalem illis ad filium verbis vsus est. Quod si indagare mēs est, quam potens Salomon Rex, intelligens, & prudens fuerit, & quàm egregia ad structuram ligna illi Rex Hiram miserit, & quid ad eundem finem vniuersus Israeliticus populus contulerit, videbimus Salomonem non tam egregio virilique animo opus habuisse, atque pater eius, vt conciperet, præceperat, multò minus tantam timendi causſam habuisse. Si quis pecunia, populo, materia, omnibusque necessariis instructus est, non video quo virili robore ad ædificandum indigeat, Raro quippe videmus quempiam ædificium exigua pecunia inchoare, ita vt verba quæ Dauid hic effatus est, nō tam ad Dauidis filium Salomonem tum viuentem, quàm ad absentem, venturumque Messiam sint referenda. Si modo humano intellectui indultum est, de tam sublimibus mysteriis discurrere. Cùm filius Virginis in ligno crucis quereretur, ideo quod Pater se reliquisset melius vtique factum fuisset, si ipse Pater hoc nuntiasset illi, siquidem circundatus erat tot angustiis: quod quidem dici Salomoni nō debuit, siquidem ille tot vxoribus cinctus erat ac cōcubinis. Profectò

fectò iustissimam causſam dicendi Christo Pater habuit, *viriliter age*, siquidem illum adeò probrosè capi, verberari, flagellari, castigari, coronati ac crucifigi permiserat, Puraſne frater mi, filium Dei habuisse causſam timendi cum videret, adeò immaniter se virgis cædendum, & tam frequenter ab Hebræis repetendam *crucifige eum, crucifige eum*, crucemque tam diu humeris proprijs ferendam, quoad in Caluariæ montem perringeret? Quare *viriliter age*, ò Deus meus ac Redemptor, & robustus esto, neque vt homo age, sed vt verus Deus, qualis etiam es? Quid potest esse in mundo, quod timeas? Quid obsecro times, siquidem Pater tuus te nunquam dereliquit, nec derelinquet ynquam? Nihil enim est, quod tantopere desideret, quàm erectionem suæ Ecclesiæ? Quæ non ex lapidibus aut materiatis muris constat, tum quippe operarij eam erigentes defuturi non essent: sed materialia Ecclesiæ huius, debent esse sanctæ animæ ac puræ conscientiæ, cuius si tu ò Domine, architectus non sis, & nisi manum adiicias, nunquam illa vel erigetur vel perficietur.

Deus virtutum conuertere: respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua, dicit regius propheta Dauid, ac si diceret. O Deus Zabaoth conuertere atque exhibe nobis faciem tuam, & sanabimur ab iniquitatibus nostris. Hæc comparatio mundi cum vinea familiaris scripturæ est. Tametsi enim spiritus sanctus hanc vineam plantare in Synagoga orsus sit, nunquam inibi tamen fructificauit, sed languida solũ tulit folia, quoad tandem omnino à Christo plantaretur ac perficeretur, instituente Ecclesiam. Psal. 79.

Salmanasarus subiecit fundamenta domus Domini, quæ est in Ierusalem, & exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem. dicit scriptura, ac si diceret. Postea quam magnus Deus Israelis po- 3. Esdræ 6.

pulum suum in manus Nabuchodonosoris tradidisset, & ille templo faces subiecisset, expilassetque aliquoties, Iudæi templum instaurare conati sunt, & inter alios Salmanasar fundamenta posuit, quæ tamen nunquam perfecta sunt. O quam bene Synagoga virile hic pectus suũ ostentat, siquidẽ sine omni offensione corruit nec resurgetvnquã. Quicquid perfectum in ea ac consummatum est, fuit id, quod prophetæ de Christo litteris mandarant, nimirum quod nasciturus esset, inter nos & nobiscũ conuersaturus, quod leges daturus nobis, & denique pro nobis morituru. Et id iam modo patefactum: Christus enim vitam suam compleuit, seruauit præceptum patris sui, & obedientiam consummauit. Consummatum itidem est desiderium quod redimendi mundi Pater gessit, Deoque fruendi, & denique consummatum est, tyrannicum regnum Diaboli, potentiaque sanguinaria eiusdem euersa.

Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat dicit Scriptura Sacra. Et sanè pari ferè modo, quo Deus creauit mundum, redemit eum Christus, & instauauit de nouo. Tametsi enim mundus initio adeò affabrè structuretur, per nos verò in adeò miserabilẽ statum incideret, vt omnino impossibile foret pristino eum nitori restituere, supre mata tamen illa bonitas de alio nobis Salmanasoro prospexit, qui fundamentum tolli nunquam permisit, sed qui oportuno tẽpore venit, cũ feria VI. in ligno crucis diceret, *Consummatum est*, & septima die in sepulchro quiesceret. *Consumetur nequitia peccatorum*, inquit Dauid ac si diceret. Peruersorum malitia iam tandem ad summum peruenit. Quæ enim maior malitia esse potest, quàm quod filium Dei occidant, & sub prætextu iustitiæ ipsam iustitiam crucifigant? Remisso freno vlerò procurrebant in peccata homines, nulla malitia, nulla nequitia

Psal. 7.

quitia intentata manſit, vt couſque res deuenirent, vt Dei veri ac Domini noſtri nulla ſupereſſet amplius memoria: & cultus illi debitus impenderetur idolis, quoad Chriſti bonitati placuit vitæ ſuæ finem imponere, & *conſummatur nequitia peccatorum*: vti enim conſummata nequitia generat mortem, ſic mors Chriſti generat vitam. *Omnis conſummationis vidi finem*, inquit Dauid. Finem quem conſiderabat Dauid erat finis malitiæ, quam ſuper omnia odit Deus, quare ſuos monet, vt illam declinent: ac fugiant. Conſiderabat Dauid finem iuſtitiæ, qui cauſſa eſſet ſalutis noſtræ. Conſiderabat Dauid finem pœnarum infernalium, ad quas timendas obligati ſimus; & fugiendas, quantum poſſibile eſt: Conſiderabat Dauid finem ſalutis quam ſuſpirare poſſumus, omnemque adhibere induſtriam ad eam bonis operibus conſequendam. Conſiderabat Dauid finem mundi huius, quoad hominibus de futura tribulatio nō eſſet, nec viſibiles atq; inuiſibiles hoſtes de futuri, vti mare nauigantib. nunquam tempeſtates deficiunt, à quib. facillimè liberari poſſumus, ſi modo filiū Dei in ducem, protectorē, anteſignanumq; deligamus, Chriſtus quippe omniū finis eſt: In illo nāq; fines omnes comprehenſi ſunt: in illo nequitia eſt conſummata. Tametſi enim filius Dei eſſet, nihilominus trucidarunt illū homines: in illo cōſummata eſt iuſtitia, ſic namq; iniuſtè dānatus eſt, vt in illo omnes pœnæ infernales terminarentur: quia *Pater omne iudicium dedit filio*. In illo conſummata ſalus eſt, quippe cum in ipſius manu ſit, dare eā cui vult: & in illo mundus eſt conſummatus, veniet. n. adiudicandum viuos & mortuos: ad cuius teſtificationem maiorem in crucem aſcendit. Vti præco aliquis, excelſiore loco ſtat: & quo ab omnib. exaudiri poſſit, clariſſima voce inquit. *Cōſūmatū eſt*. Idē dixit *Pſal 38.*

Ierem. 31. dixit Ieremias. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum*: cuius negotia testamenti adeò grauia fuere, vt Deus ad minimum 33. annis in iis laborauerit. Ab illo enim die quo Christus natus est manum applicuit, nec interea quicquã dixit aut operatus est, quod eidem testamento insertum non sit, in cuius dispositione adeò illi exiguum temporis superfuit, vt in hora primum mortis extrema, & non antè dicere potuerit, *consummatũ est*. Magni Domini si litteras scribant aut scribi curent, ad extremum solent sigillum appendere, in signum exhibitæ gratiæ: sic etiam Christus clausulæ testamenti sui sigillum suum sua passione voluit appendere, sanisque insignibus consignare, ni-mirum cruce, ad maius certiusque testimoniũ ac confirmationem, consummatam scilicet Redemptionis suæ gratiam esse.

Sigillum Christi.

EX-

EXPLICATIO SEXTI VERBI QVOD FIlius Dei in ligno crucis locutus est, nempe Consummatum est.

De multiplici huius benedicti sexti verbi sensu.

CAP. LXI.

CVM *accepisset Iesus acetum, dixit consummatum est.* Hoc sextum verbum est, quod Redemptor mundi extrema hora mortis suæ in ligno crucis locutus est, ac si Euangelista diceret. Posteaquam filius Dei fel acetumque gustasset, dixit, *consummatum est*, siquidem Redemptio iam perfecta est, & exsatiata Synagogæ nequitia. Characteres verbi huius pauci sunt, sed mysteriorum in eo latentium affatim est. Nam per hoc diuinum nos oraculum monet, exigitque à Catholica Ecclesia Euangelium, quod iam nos consecuti remissionẽ simus ab æterno Patre, quod iam plenaria satisfactio expedita sit, & quod ab ipsius pretioso filio redempti simus. Cùm tutissimum apud Philosophos axioma sit, omnia quæ fiunt propter finem fieri, certè nisi hoc verbum filius Dei non dixisset, non sciuissemus num humana natura perfectè redempta fuisset, aut num adhuc aliquod mysterium veteris legis consummandum remaneret, aut num apex vnus scripturæ sacræ complendus restaret. O quantum humanæ na-

næ naturæ solatium est, Christum ore suo proprio dixisse *consummatum est*. Nunquam enim neque Dauid, nec Ieremias, nec Isaias, nec Daniel, nec Ezechiel ausi fuerunt dicere peccatum consummatum esse; sed tempore Messiæ consummandum: quod vti per illos prænunciatum est, sic per filium Dei completum. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super urbem sanctam tuam, & consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio ac prophetia, & ungatur sanctus sanctorum*: dicit Gabriel Archangelus ad Danielem prophetam. Vbi beneuolus Lector hæc prophetiæ verba *finem accipiat peccatū*, & verbum *consummatum est* opponat, vnde clarissimè intelliget, quo pacto filius Dei de seipso solum dicat quod redempturus nos sit, & quo pacto nos certificet quod nos redemerit. Augustinus ait: quis aliorum potuit dicere consummatum est peccatum, nisi ille, qui propter peccatorum consummationem moriebatur? In quo casu expendendum est, quodnam hoc verbum sit quod dictū est: quis fuerit qui dixit: vbi dixit & qua mente dixit. Verbum dictum est, *consummatum est*: Christus est, qui dixit: in ligno crucis dixit: in extrema hora dixit, & ad solatium dixit Ecclesiæ. Nam inter septem illa verba, quæ Saluator dixit in cruce, nullum sic aptum Ecclesiæ est ac conuenieus, quemadmodum hoc ipsū *consummatum est*. Primū verbum sibi Ecclesia vindicare nequit, *Pater ignosce illis*, siquidem illud dixit de Synagoga, ac pro remissione illi dāda rogauit. Nec alterius particeps fieri potest

Daniel. 9.

Ecclesia

Ecclesia, nimirũ *memento mei*, quod latroni ad latus suum pendenti id dictum sit. Nec tertium verbum in suis numerat. *Ecce mater tua*, siquidem discipulo secus crucem stanti dictum est, & matri lacrymanti. Quartum ad Ecclesiam quoque pertinere non potest, *quare me dereliquisti*, siquidem cum Patre solo loquitur, & coram illo conqueritur: Nec quinti verbi, *sitio*, partem vllam habet, siquidem eo magnam sitim illam ostendit, propter ingentia tormenta toleratam. Nec de septimo, *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*, gaudere potest Ecclesia, siquidem illo ipso verbo filius facultatem abeundi à mundo petit, & suo Patri spiritum commendat: adeò vt nullum aliud verbum nostrum esse possit, nisi *Consummatum est*, siquidem filius Dei ipse nos commonefacit, veterem legem iam exspirasse, & nostram iam tunc Redemptionem consummatam fuisse. O quàm sublime mysterium, ô quàm sublime Sacramentum hoc *consummatum est*, complectitur? Docet enim eo CHRISTVS vniuersum mundum iam nasci Ecclesiam & Synagogam denasci: expleri scripturas, vitam suam cessare: adeoque precioſum suum sanguinem defaciſſe, vt ne vnica quidem in venis gutta remanserit. Hoc enim proposito in mundum venit, vt nobis suum amorem conferret, & vniuersum sanguinem profunderet. *Consummatum est* id, propter quod mundum ingressus sum: & consummata voluntas Patris mei est, propter quam in mundum veni, vt annuntiarem sanctissimum nomen eis, quod feci. Veni ad prædicandum & illuminandum mundum: cui prædicaui & quem illuminaui.

Con-

Consummati sunt dolores corporis mei, tormenta membrorum meorum, hostiumque persecutio, contritio ossium, & illa demum ærumnarum mearum varietas est consummata. *Consummatum est* quidquid prædixerunt prophetæ, quicquid significarunt Patriarchæ, quidquid desiderarũt Gẽtiles, quidquid veteres sancti exoptarunt. *cõsummatæ sunt* diuitiæ templi, maiestas regni, rigor legis, puritas sacerdotij, & honor populi vniuersi: *Consummatum est* odium Iudæorum, Phariſæorum inuidia, Sadducæorum hypocrisis, & scribarũ nequitia. Quis rem quampiam à Christo inchoatam non etiam perfectam vidit? Nos nos illi sumus, qui bonum opus inchoamus, inchoatum vix media ex parte facimus, quo cum perductum est, non consumamus. Solus est Dei filius, qui res omnes inchoat quas vult; & dimidiat vt vult; & consummat, vt vult. Pergens Hierosolymam ait discipulis suis: *Ecce ascendimus Hierosolymam & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt de me.* Et cum in cæna oraret, inquit: *opus consummaui quod dedisti mihi.*: & in ligno crucis ait similiter, *Consummatum est*: ita vt verbum illud *Consummatum est*, industrie identidem repeteret, docens quod veluti mortalis homo faceret omnia quæ præcepta essent; solueret, quæ deberet; & præstaret, quod promisisset.

Cyprianus ait: O mitis Domine Iesu, multò maior susceptio est tormentorum quæ susceptisti, quàm gratiæ amissio quam nos amisimus: & multò maior pœna tua quàm culpæ sint nostræ: & tuum sacrificium nostris peccatis longè maius est, & ideo dicis, *Consummatum est*, iam nunc enim perfectum est & abolitum peccatum seruitutis

tuæ

tui per mortem filij. Anselmus inquit: O Domine Iesu, quàm rectè & verè loqueris, dicendo *Consummatũ est*; cũ .n. oculi tui fracti sint, laniata cutis, putefacti humeri, terebratæ manus, contrita ossa, eleuatum pectus, redemptus mundus, quid complendum, quæso, remaner, si quidem tu consummatus es? Remigius ait: O quàm pretiosum Chirographum, ô quàm nobilem monetam, ô quàm præclaram satisfactionem pro nobis dedisti, cùm diceres verbum illud *consummatum est*? Nam per illud verbum certificas nos, quod tu illam debitorum syngraphum, & illas ipsas rationes, quas Diabolus ab humano genere reposcebat, iam nunc cassaueris, discerpseris, omninoq; composueris, immò in cineres fauillasq; redegeris. Quinquies mille annis, immò diutius in inferno capti sedebamus, & subiecti diabolo. Verùm cùm in cruce moreretur filius Dei, ex diaboli nos captiuitate eripuit, & Chirographum illud debitorum nostrorum discerpsit: adeò vt per verbum illud *consummatum est*, egressa sit eius anima & culpa abolita. O Deus noster, ô Redemptor, cùm dixeris *consummatum est*, quid superest quod consummatum non sit, siquidem apud te vita tua consummata est? Incarnatus Deus à vita relinquitur, Infernus à morte, mundus à peccato, gentilissimus ab idolatria deseritur, legemq; cæremoniæ, & Scripturam figuræ deserunt. Per verbum illud *consummatum est*, teste S. Leone Papa, ignominia in cruce consummata est, proscriptio à cœlis, nox Iudæ, proditio discipuli, negatio Petri, Pilati damnatio, populi auersio, vita filij, solatiũ Matris. O desolata Mater, ô afflicta Virgo, quid nõ sen-

sit afflicta tua anima, cùm filium tuũ dicere audires, vitam eius consummatam esse, te verò orbatã filio remanere? Quid est hoc ô Domine Iesu quid hoc? Per verbum illud, *Consummatum est*, in limbo squallentib. Patribus pœna adimitur, impijs peccatũ, venis sanguis, oculis afflictæ Matris tuæ lacrymę adimuntur. Per verbum *consummatũ est*, siccas eorũ lacrymas, q̃ te grauissimè offẽderunt: neq; quidq̃ tuam afflictã Matrem te in crucẽ vsq; sequenté curas? Cũ verbo illo *Consummatum est*, cõprehẽdantur omnia quæ creasti, quare excludis Matré tuam à qua progressus es? Responsio. Nequaq̃ excluditur Mater mea. Etenim hic apud me quies cordis eius consummata est, lux oculorum eius, gaudium viscerum, finis desideriorum, vita animæ, & spes gloriæ consummata est. Ansel. ait: situ, ô Mater Domini in mõté Caluariæ ad sacrum audiendum venisti, scias sacrum quod hic legitur de cruce esse: hodie namque dies crucis est; & faciens sacrum, in cruce pendet: & eousque mecum, & cum illo, negotium processit, vt loco *Ite missa est*, ille dixerit *Consummatum est*. O sanctissima Mater, Mater Dei, sacrum crucis peractum est, & aliud pro defunctis inchoatur: apud te item infidelis sollicitudo, orbatio filij, ordinarius eiulatus, innarrabiles angustiæ, insanabilis infirmitas, & vita tua sine vita inchoatur.

Crux sacrificium, & Christus in ea sacrificans.

Tum-

Intemperantiam cibi & potus Auctor coarguit: item Christum omnium Martyrum summum esse Isaiæ prophetia declaratur.

CAP. LXII.

Quando hora vescendi fuerit, veni huc & intinge buccellam tuam in aceto: inquit Booz ad Ruth. Ruth. 2.

Hic Booz & Ruth maiores Dauidis fuerunt & proaui. Nam illi Obed procrearunt, à quo Iesse progressus est, Dauidis Pater: vt licet simplices homines fuerint, nihilominus digni, qui Christi linea comprehenderentur. Quod si accuratè litteram inspicimus, quatuor in ea res tanguntur: primò inuitabat Booz Ruth, tametsi seipsam non inuitaret: secundò inuitabat eam ad tempus cœnæ: tertiò, ad siccum panem: quartò vt eundem in aceto tingeret. Aliud certè conuiuium Vitellius Cæsar instituit pro Legatis Persarum (vti narrat Plutarchus) vt si vesperi eo modo tractare illos voluisset, atque meridie tractauerat, thesauri Romani ipsi non sufficiissent. Aliud Antonius & Cleopatra, qui in suis cibis tot vniones pretiosasque gemmas aceto liquarunt, vt eorum pretio amplissima Asia coemi potuisset. Aliud item instituit Assuerus Rex Principibus regionum suarum, siquidē cētum & octoginta dieb. mensurā nullā cibi potusque illis cōstituit. Ex quibus exemplis apparet, quo pacto homines vani, vanos alios inuitent; cōtrà verò boni, bonos virtuteq; præditos vocēt: in quorū numero & Booz fuit æstiuo tēpore laborās in agris, & nihilominus cōuiuas inuitans ad refectionē quotidianā: nō verò ad saliares dapes, aut bacchationes, aut sorbillationes voluptarias, nō ad lepores, assus capones, perdices:

sed

sed ad frugale frustum panis aceto tingendum. Ad maius verò temperantiæ suæ testimonium non dixit Ruth vt totum panem aceto intingeret, sed frustum tantum: quia cùm panis durus esset, iussit vt eum tingeret & emolliret. Hæc historia à scriptura ad laudem maiorum nostrorum narratur, & ad vituperium contemptumq; hodierni mundi, de quo cum Apostolo dicimus, *quorum Deus venter est*, quos maius desiderium Epicuri sectandi in cibis vrgeat, quàm sequendi Christi exsuscitet. Nullum vitium ita crescit, atque gulæ vitium. Cùm enim olim quilibet moderatus in edendo, & sobrius in bibendo esset, ciborum abundantia fuit, & edentium penuria: verùm modo ciborum laboramus penuria, & edentium atque commedentium est abundantia. Vidi monstrum à natura, hominem bis saturum, inquit Plato, cùm ex Sicilia rediret domum. O si hoc tempore Plato viueret, multò magis gula nostra, quàm Dionysij offenderetur. Non enim gulosi nunc meridiana refectione ac vespertina contenti sunt; sed etiam vsque in lucem alteram & clarum mane helluantur. A quo Booz omnes illi exemplum sumant, qui alijs exemplo esse cupiunt. Non enim Ruth ad opiparam cœnam, non immoderatum ientaculum inuitauit, sed solum ad refectionem: dicit enim, *veni huc hora vescendi*. Non enim seruus Domini debet edere, quando illius appetitus dictat, sed quando moderatio eius id exigit. Booz dilectissimam suam Ruth inuitat, non ad delicatos cibos aut frigidam assaturam, non acetaria aut philotheſium poculum, sed solum ad durum panem in aceto tingendum. Ap-

Philip. 3.

prime

primè namque sciebat immoderationem cibi potusque destruere memoriam, contristare intellectum, deformare corpus, grauare conscientiam, dissipare bona, ac vitam solere abrumpere. Aequè parum etiam Booz vocauit Ruth ad edendum tantum panis quantum placeret; aut tantum aceti, quantum cuperet, sed ad vnicam tantum buccellam panis, & quidem semel aceto intinctam; ostendens omnem excessum, delectumque eduliorum religioso inprimis fugiendum esse. *Cibus immoderatè sumptus noxius est.*

Sed sinamus litteram, & spiritum consectemur, quod nulla alia de caussa figuram hanc attulerim, nisi vt ostenderem, quænam caussa fuerit quamobrem filius Dei acetum sumpserit pro vltimo tormentorum suorum, & quare posteaquam gustauerit, illicò exspirarit. *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio,* inquit Ieremias in lamentationibus suis in nomine Christi de Synagoga conquerens, O ingrata Synagoga, loco tot exhibitorum beneficiorum, illas mihi amaritudines rependis? Nisi sub his verbis peculiare comprehenderetur mysterium, videretur textus sibi ipsi contrarius esse. Cùm enim corpus repletum sit absynthio, qui possibile est, succum absynthij in eo esse posse? Ad cuius explicationem sciendum est, cùm Christus maior fuerit Angelis, & plus quàm propheta, plus etiam prophetis cognouisse; & cùm plus quàm Princeps esset, plus etiam principe potuisse: & cùm sanctior fuerit Sanctis omnibus, maiorem etiam perfectionē illis habuisse: & cùm plus quā alij Martyres fuerit, maiora illum & plura alijs martyribus tormenta toleraſſe. Origenes air, cū *Thren. 3.*

filius Dei plus esset homine (erat quippe Deus & homo) plus potuit, sciuit, fecit, passus est, quã homo. Impossibilé .n. est, linguâ enarrare, ne dũ corpus tolerare eas angustias posse, quas tolerauit ille; & torméta illa, quæ corpus eius sustinuit. Quiuis Martyrum per Ieremiã dicere potest, *replenit me amaritudinibus*, siquidé varijs Martyrijs cõtorti sunt: solus verò filius Dei dicere potuit, *inebriauit me absynthio*. Nã licet omnia illa sustinuerit, quæ Martyres, nihilominus peculiarem ille modũ sustinẽdi torméta habuit, quo Martyres oẽs supergressus est. Oẽs Sancti, Electiq; Domini, amarissimos haustus fecerunt: solus filius Dei succum absynthij epotauit. Nõ fuit .n. tribulatio vlla, quæ cor eius nõ insederit: nec vllus fuit dolor, qui per artus eius non penetrarit. Ambr. inquit: omnia verba Christi quæ dixit, credere possumus, sed opera quę patrauit omnino sequi non possumus. Dempta .n. ordinaria illa fortitudine, qua prædita sunt corpora aliã adhuc habuit eiusmodi torméta fortiter tolerandi. Caro filij Dei sic tenera fuit ac subtilis, vt nisi robur robore cumulatum habuisset, illę aut continuò mori debuisset, aut certè talia magna torméta tolerare non potuisset. Quid significãt illa verba, *inebriauit me absynthio* aliud, nisi quod solus succum absynthij bibere coactus sit, siquidé solus maiora tormenta, quàm reliqui Martyres deuorarit? Non sufficit Christo dixisse, quod illum haustum fecerit, sed significat etiam se omnino ebibisse, ostendens, quod vti nemo rectè inebriari potest nisi mero vino, ita quoque filiũ Dei tormenta omnia sine vlla refocillatione exhausisse. Nemo haustum hunc torméto rum vs-

que

que ad feces ebibit, vti Christus; tametsi. n. plerique Martyrum in aliquibus mẽbris passi sint, non tamen in omnibus: & tametsi passi fuerint in corpore, nõ tamen spiritu: in quo tametsi paterentur, nihilominus cõsolati sunt: ita vt cõsolationis plus esset quam immittebat illis Dominus, quàm tormentorum, quæ patiebantur. In illa verba Psaltæ regij: *Extraneus factus sum fratribus meis*, inquit Basilius: Extraneus à fratribus fuit Christus, nimirũ Martyribus, siquidẽ in acerba passione sua minus solatij illis accepit, & plus tormentorum, quàm omnes simul exhausit. Vti ignominia notatus homo & tormentis circundatus, inquit CHRISTVS in cruce, *Deus Deus meus quare me dereliquisti?* quam querimoniam nunquam dixisset, si eum cœlestis Pater perinde solatio, atque Martyres mulsisset.

Christus maiora quàm ullus Martyrum tormenta tulit.

Psal. 68.

Sed loquamur de hac materia accuratius. Quamprimum Christus fel & acetum gustauit, dixit, *Consummatum est*, ostendens in hac acerba potione plenè sanatum fuisse gustũ illũ, quem Adã in morsu pomi corruperat. Bene figura figurato respondet, dãnumque remedio: vti enim id quod Adam cõmisit intrauit in mundum: ita in os Christi intrauit, quo commisso peccato medicatus est. Et vti peccatum à dulci pomo sumpsit initium, sic in acerbo haustu terminatum est: In ligno Adam commisit peccatum, in ligno CHRISTVS peccatum sanauit: vt in dulcedine pomi eius occasus principium factũ est, sic in amaritudine initium salutis nostræ est positum. Cùm Adam, quod gratũ gustui comederit mortuus est, sic Christus cũ quod ingratum, gustui sumeret, exspirauit. Et quo veritas

figuræ, spiritus litteræ, secretum ipsum mysterio. & pœna culpæ responderet, filius Dei voluit extrema sua tormenta per amarum acetum fieri, vt per hanc potionem amaritudo peccatorum nostrorum sanaretur.

Isaiæ 61. *Ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & claussis apertionem:* dicit filius Dei per prophetam Isaiam. Quatuor hic cómemorat caussas filius Dei, quare in mundũ venerit, nimirũ vt prędicaret bonis, vt sanaret ægros corde, vt redimeret captiuos, vt solueret cõpeditos. Quę tã difficilia facturi sunt & apprẽhẽdi, vt per nullũ aliũ nisi Christum fieri potuerint. Fieri potest prædicatorem esse aliquẽ, non tamen curatorem; & tametsi infirmitates sanare possit, non tamen potest captiuos redimere; sic vt in toto mundo nullus homo tam potens sit, qui hæc quatuor simul expedire queat. Solus Dei filius videt omnia, habet omnia, intelligit omnia, & nouit omnia. Et inde est hominẽ multa negligere, quæ perficere non possit; sed filius Dei non ideo inexpedita imperfectaque aliqua relinquit, quia non potest, sed quia non vult. Dicit ergo primò Isaias Christum ad *annunciandum mansuetis venisse*, non verò arrogantibus, ostendens mansuetos in illum creditu-ros esse: sed arrogantes, inflatos, tumidosque Thrasones eius dogmata ludificaturos esse. Deinde dicit illũ ad sanandũ *contritos corde venisse*, nõ verò eos, qui propter cõmissa delicta nullã pœnitentiã susceperunt esse dolorẽque; ostendens effusionem sanguinis eius non profuturam nunquam se cõuertentibus, sed peccata sua iugiter deflentibus. Tertiò dicit illũ ad impetranda

Quatuor caussæ ob quas in mũdum Christus venit.

capti-

captiuis indulgentiam in mundum veniſſe: in quo caſu ô Domine Ieſu accommodatiſſimè loqueris: nullum enim fuit peccatum in mundo pro quo non ſatisfeceris; neque vllus peccator, quē non redemeris. Quartò dicit Chriſtus ad apertionem clauſis obtinendam itidem veniſſe, in quo certè veritatem ipſam loquitur, quippe qui non ſolum ex limbo Patres eduxerit, in eo captiuos, ſed etiā peccatores vinculatos liberarit. O præclaram Incarnationem, ô benedictum aduentum, ô felix iter, quod Dei Filius hic mundo decurrit, ſiquidem exercitia, quibus ſe exercebat; & officium quod exequebatur, nec exerceri ab Angelis, nedum ab hominibus exequtioni dari potuerit.

In illa verba, *vt mederer contritis corde*, inquit Auguſtinus: Magnus venit Medicus, quia magnus vbique iacebat ægrotus, ac ſi diceret: de excelſo cœlo venit medicus peritiſſimus, ſiquidē omnes mundi anguli ab ægrotis tabeſcebant. Quis vnquam medicus tam efficacibus medicinis inſtructus fuit ac Chriſtus, aut quis tam accuratum in medicando ordinem ſeruauit? Ordinem quem noſtri medici in curando ſeruant, eſt, vt nimirum patienti diætam præſcribant, ad lenimentum humorum: ſecundò ſudorem imperent, quo ſic humores noxios atque aerem noxium à ſe ſummoueat: Tertiò venas illi incidi ſinunt ad peccantem materiam corrigēdam: quartò potionem ordinant ad euacuandū quidquis ſuperfluum corpori eſt & damnoſum. Hæc omnia facit medicus, immò in chartam coniectum recipe illud, ad pharmacopæum mittit vt adferatur, allatumque ægro præbet: ita vt nihil

plus faciat medicus, quàm pulsum tangat, recipiatque ordinet. Non talis Medicus est mitis Iesus, tametsi enim hunc ordinem ad curandos ægros seruarit; non tamen in dispensatione ipsa pharmacorum seruauit. Nam sudores, incisiones venarum, purgationesque quas ipse patiens sustinere debebat, Iesus ipse adhuc sanus integréque sustinuit. Putasne seruasse illum dietam cum 40. dierū nō solum ieiunio se castigaret, sed etiā cùm tota vita sua non aliud nisi dieta fuerit? Putasne illum exsudasse omnino humores, cui in horto Gethsemani sanguis guttatim ex poris profluxerit? Putasne illum peccātem totius mundi materiam exsudasse, qui ne guttulam quidem in venis reseruaret? Putasne illum omnem putrefactionem perditionēque purgando abstuliſſe, qui purgationem illam fellis sumeret & aceti? Non sine mysterio in cruce dixit *cōsummatum est*, sumpta purgatione hac; significabat enim satis purgatum ægrum, satis sāguinis sparsisse ex venis, sudauisse satis: ac iam sanitati reddigum, nihil in se curandum amplius reliquisse, si modo homo à vomitu peccatorum pristino se abstineret.

De nuptijs Filij Dei, item omnia mensuram, pondus & numerum habere, excepta humanitate Christi.

Hebr. 5. CAP. LXIII.

Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ dicit Apostolus de summa Christi plenitudine loquens, ac si diceret. Hic filius Dei quem ego vobis prædi-

co,

co, perfectus fuit, & in causa vt omnes credituri in illum, per illum vitam æternam consequerentur. Inueniuntur homines nec sibi nec aliis proficui: aliqui vtiles aliis, non sibi: aliqui sibi & alijs omnibus vtiles sunt, in quorum numero Filius Dei fuit, dicit enim filius Dei, *quod factus sit consummatus*, id est quod apex perfectionis fuerit, omnibusque bonis fructuosus & vtilis. His paucis verbis sublimia dogmata Apostolus cõprehendit, vult enim nos docere, quis filius Dei sit, & quamobrem quod *consummatus factus sit*, dicat. Significat namque quam vtilitatem ex aduentu illius consecuti simus, atque ideo dicit, *factus est omnibus obtemperantibus causa salutis æternæ*. Profectò non vilia hæc sunt, quibus totum mysterium comprehenditur. Si enim sciamus, quid CHRISTVS sit, & quid in mundo fecerit, non est necessarium amplius id in scripturis rimari. Cùm Christus dicat in cruce *consummatum est*, & Apostolus, *quod consummatus factus est*, necessarium est hæc verba penitius indagare, & videre quanta Christi potentia sit, quam nulla nuda creatura assequi potest. De magnitudine illa atque omnipotentia Christi loqui, tantundem est, atque si quis cœlum manu vellet contingere aut spitama metiri terræ ambitum, aut vncijs mare appendere. *Cùm inceperit hora tunc finiet*, inquit Sapiens ac si diceret. Magnitudo Dei tam difficilis est ad assequendum, tam inscrutabilis ad scrutandũ, tam ad videndum inuisibilis, tam ad cõprehẽdendũ omnipotes, vt si putemus ad terminũ eius intelligẽdæ nos peruenisse, tũ primu faci-

Christus est sibi & omnibus vtilis.

faciamus intellectionis initium. In hæc verba sic Holkot ait: Sapiens per hęc verba nihil aliud indicare vult, quàm si de nuptiis Dei loqui mẽs est, vt aut nunquã amplificare eas conemur, aut nunquam laudare intermittamus. Cauſſã, teſte Auguſtino, quare totus mundus hoc myſteriũ ſtupeat, eſt, non quod vnus ſed trinus ſit. Si enim ſolum vnus eſſet Deus & nõ in perſonis trinus, facillimè Mauri atque Æthiopes conuinci poſſent vt in eum crederent; verùm cùm trinus ſit, & tamen vnus Deus, nos Chriſtiani in illũ credimus. Fuſius differit hic diuinus Doctor & ait: Quod nos in diuinitate Dei terret, idem in humanitate nos Chriſti percellit. Si enim vnũ quid haberet, auderemus de eius magnitudine differere; verùm cùm triplicis generis in ſe res cohibeat, nimirum diuinitatem, carnem, & animam, triumque horum vnio in perſona diuina fiat, poterit quidem hoc ſcrutari intellectus, lingua tamen ad annuntiandum obmuteſcet.

Trinitas ad credendum difficillima

Sapien. 11.

Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti, dicit Sapiens ac ſi diceret. Deus in operibus ſuis adeò prouidus eſt, & in cõſiliis ſuis circumſpectus, vt omnes res quantumuis multas enumeret; & quantumuis magnas, menſuret; & quantumuis graues, ponderet; ita vt in domo domini numerus, pondus & menſura ſint. Sanctiſſima Humanitas Chriſti in illo numero non eſt; cùm enim vnita verbo ſit, tam eſt perfecta & tãadmirandis meritis exornata, vt numerum non habeat numerandi ea, nec pondus ad librãdum, nec regulam ad menſurandum.

Humanitas Chriſti in numero non

Quantum ad primum attinet, dico Humanitatem Chriſti numerum nõ habuiſſe. Nam per-

sona vna solum est, & vt Philosophus inquit, nulla vnitas est numerus sed principium numeri. In verba illa prophetæ, *Tu solus cognouisti noui-* *Psal. 138.*
sima & antiqua, inquit Basilius: solus & sine omni societate filius Dei vnitus est verbo, in cuius hierarchia nemo par ei est, & in eiusmodi dignitate magna nemo deducit illum. Vti enim ille tanquam Deus essentiam per propriam generationem habet, ita ipse tanquam homo creatura prima est, vnde omnes aliæ principium numeri sortiuntur. Irenæus in illa verba, *Omnia per ipsum facta sunt*, inquit: Vti omnia per Christum vt Deū facta sunt, ita ante illum tanquam hominem facta sunt. Primum enim intentum, quod in creatione Deus habuit, fuit, vt omnia ante ipsum crearet, quo ipse hæres esset omnium, atq; ideo Dei filio obligati sumus non modo propter redemptionem, sed etiam propter creationem. Alias enim nisi ante illum fuissent, & per illum, nullā omnino rem creasset Deus. Ablato quippe medio, finis etiam tollitur.

Quantum ad secundum attinet, dico, humanitatem Christi pondus non habuisse, nec ponderari se permisisse. Si enim in vna lance omnes sancti ponerentur, & in altera filius Dei, illi certè respectu huius, vt vna guttula respectu aquarum totius Oceani se habuissent. Quis ille est qui cum Christo ponderari ex aduerso velit, aut minimis eius meritis sua comparare? Cùm cœli in conspectu eius mundi non sint, quomodo quispiam sanctorum se cum eo comparare auderet? Quantum ad tertium attinet, dico humanitatem verbi se mensurari non permisisse: tam enim magna est gratia illi data, quod ad eā mensu- *Neque in pondere.* *Nec etiam in mēsura.*

mensurandam nullæ regulæ nec in cœlo nec in terra inueniri potuerint. Quæ posset in filio Dei mensura inueniri, siquidem ille est, quo vniuersa tam angelica quàm humana natura mensuratur? Ex quibus commemoratis colligere habemus, cùm Christus se à numero pondere & mẽsura separarit, frustra esse & stultum, vel cogitare se in eius profunditate terminũ aliqué esse inuentnrum. Quæ omnia non alia de causſa cõmemoro, nisi cú duę naturę sint in Christo, quod non de diuina loqui velimus, sed de humana, inquantum diuinę comparatur: & hoc modo parum de Christo intelligemus, tametsi omnia assequi nequeamus.

Isaiæ 40

Allegoria de Christo Deo ac homine.

Corpus Christi sactui & velum fuit & mortua pellis.

Susceptt de manu Domini duplicia, inquit propheta Isaias de eo loquens, quod æternus Pater suo vnigenito filio dederat: ac si diceret. Omnes creaturæ simplicem tantum gratiam assecutæ sunt, solus filius Dei eandem duplicem accepit. Reliqui quippe homines, homines tantum erant, sed ille Deus & homo: homoq; ac Deus fuit. Duplicia *susceptt de manu Domini*: quippe qui plus esset quàm videretur esse, & plus esset quàm occultaret; occultabat se diuinitas, & apparebat humanitas, diuinitati ipsi vnita. *Duplicia susceptt de manu Domini*, quippe in hac terra educata est pretiosissima illa margarita, & sub nigranti rubigine aurea illa vestis dilituit. *Duplicia susceptt de manu Domini*. Nam sub illo peracerbo poenitentiæ sacco potentissimum Niniues Regem inueniemus, & sub his mortuis pellibus patriarcham Iacob viuentem videbimus. *Duplicia susceptt de manu Domini*: si velum enim ab arca tollamus, diuinam essentiam spectabimus,

mus; & si velum scindamus templi illud, quod summum purissimumque in cœlo est contuebimur. *Duplicia suscepit de manu Domini:* Nam solus ille & nemo aliusviator simul & comprehensor fuit, dum nimirum superiori parte fruitur beatitudine, inferiore verò tormenta sustinet. *Duplicia suscepit de manu Domini:* illi quippe soli & nõ alij data est passibilitas & impassibilitas: visibilitas & inuisibilitas: mortalitas & immortalitas, æternitas & tempus. *Duplicia suscepit de manu Domini:* quippe soli illi datus est finis infelicis Synagogæ, & initium catholicæ Ecclesiæ; & quod ille sit: qui impios puniat, & piis gloriam largiatur.

Continuat Auctor suum propositum.

HIs intellectũ quo pacto humanitas Christi perfectissima imago sit & similitudo, qualis nũquam nec in cœlis nec in terra inueniri potuerit. Quippe viua omnino & ad vitam ipsam expressa & ad ipsummet Deum effigiata, quæ nunquam sese ab exemplari suo, quod verbum est seiungat. Hilarius inquit: vti præclarũ corpus, quod cum pretiosa anima compositum est spirituale fit, & spiritualibus quibusdam proprietatibus donatur: sic etiam dico, quia Humanitas Verbi diuini vnita est cum Deo proprietate atque idiomata illius seruat, cum quo vnita communicatio idiomatũ in Christo & prædicatorũ. Damascenus inquit: vti præceptũ atque ordinatum fuit vt omnia Holfernis bona Iudith assignarentur eò quòd illum strauisset, ita quoque homini Christo assignatum est, vt omnia ea de illo dicerentur, quæ de verbo dicuntur, siquidem perinde ille diabolum prostrauisset.

Et quo

Et quo melius hanc conformitatem intelligere possimus, quam habet humanitas cum diuinitate, breuiter nonnihil de verbis S. Ioannis differemus, quæ initio sui Euangelij ponit de æterno verbo loquens

Ioan. 1.

In principio erat verbum, inquit D. Ioannes de æterna Christi generatione loquēs, quibus verbis nos docet, Verbum Dei esse suum per internam Patris emanationem accepisse, generatur enim ab illo per viam intellectus, quæ primigenia illa emanatio est, non verò à voluntate progreditur. Quod hic de diuinitate dicimus idem suo modo de humanitate dicere possumus: Aequè enim in principio Dei erat per vnionem hypostaticam in verbo, & per eminentiam perfectionemque supra res omnes, quas Deus creauit. Secundò S. Ioannes dicit, *& verbum erat apud Deum*, ac si diceret: vt videatis personam Patris personam filij non esse; nec personam filij, personam Patris; & quia dixi quod *in principio erat verbum*, ideo modo subnecto, *& verbum erat apud Deum*, ita vt illud quod apud me est, necessariò à me diuersum esse debeat. Tam propinqua humanitas diuinitati est, quod in eadem persona cum ea sit; vnde fit, vt quemadmodum in patre & filio tantum vna essentia sit, tametsi duę personæ sint, sic verbū Dei & humanitas Christi (tametsi duæ naturæ) nō nisi persona vna sit, nempe diuina & non humana. Tertiò dicit S. Ioannes, *& Deus erat verbum*, quæ verba tam bene de Humanitate in ipsa vnione dici possunt atque de diuinitate, per admirabilem illam cōmunicationē idiomatū in vtroq;. Multa quippe in Christo per gratiam sunt, quæ in Deo sunt

per

per naturam. In illa verba, *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis*, inquit D. Ambrosius. Adeò perfectè habitat diuinitas verbi in humanitate Christi, vt cum mutuò sic vnitæ ac deificatę sint, continens pro contento capiatur. Quartò dicit S. Ioannes, *Quod factum est in ipso vita erat*; ideo quia fons ac origo omnis vitæ est, & quia vita aliunde non promanat, quam ex vita eius, atque ideo certissimum est, quod quidquid in illo reperiri possit, id vita sit. Augustinus inquit, vti omnia, quæ in Deo sunt, se vitam nominant, sic in eius diuinitate omnia opera vita sunt. Vti omnia in Deo, teste Augustino se vitam nominant, siquidem in illo collecta sint: sic in sancta eius humanitate omnia vitam habent, siquidem in ea omnia bona gratiæ & gloriæ congregata sint. Vti omnia quæ in verbo genita, vita sunt, & vti omnia, quæ extra illud mors sunt, ita omnia, quæ in Christo ad honorem ipsius & gloriam facta, vita sunt; & quæcunque in illo facta non sunt, & per illum, mors sunt. Quinto dicit Euangelista, *& vita erat lux hominum*, quod propter lucem illam iustitię dixit, quam animabus in cæcitate à peccato illata degentibus impressit, luce humanitatis Christi curatis, quæ tametsi nõ tam intensè quàm diuina lux fulserit, nihilominus sufficiens ad vniuersam humanam naturã illuminandam fuit. Sexto dicit Euangelista: *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*, quod sublime verbum non modo de humanitate Christi sed diuinitate quoque dici potest. Respectu claritatis diuinæ omnes se creaturæ tenebras appellare possunt, inquit Hilarius: Impossibile enim est diuinam claritatem à sua luce

Omnis vita à vita Christi est.

cessare, sed humana tamen in horas opus habet luce. Deus lucet in tenebris peccatorum nostrorum, quę nemo alius remittere potest. Et si nos in hoc casu comprehendere ipsum non possimus, aliud non est, nisi quod eius diuinitatem exhaurire nequeamus. Bernardus inquit: Magnus est Dominus in remissione peccatorum, maior verò in remissione, eorum quæ repetuntur sæpius ac frequentantur: vbi maximam suã misericordiam exhibet, quæ ab illis non cõprehenditur, nec ad remittendum limitatur, sed remittit cui vult, quando vult, & quomodo. Sic etiam Christus tenebras habet, in quibus luceat, vti homo. Lucet enim ac splendet in omnibus puris Creaturis quantumuis sanctis. Etenim à seipsis vix parum aut multum splendoris habẽt, nisi illum participarent à Deo. Hieronymus inquit, ita perfecta lux ac splendor Christi est, vt si luci aliorum Sãctorum comparetur, illos imperfectos faciat: quid non sic intelligendum est, quasi ipsi defectibus multis laborarẽt, sed quod Christus illos sua lõgè maiestate exsuperet. Irenæus inquit: tametsi Deus aliquid de spiritu Moysis dempserit, senioribusque cõtulerit, qui cum illo populi iudices futuri erant, nihilominus sapientior mansit Moyses, & multò plus spiritus diuini retinuit, quàm accepere illi: perinde cum Christo res se habet. Tametsi enim omnes Sancti ab illo suam gratiã adepti sint, nunquam tamẽ eius gratiã exhaurire potuerũt, nec illi similes fieri. Quę discursum nõ alia de causa induximus, nisi vt ostenderemus Apostolũ benè de Christo dixisse, *quod cõsummatus factus est*, si quidẽ apparet, acsi per verbũ hoc oẽs in eo perfectiones

Perfectio lucis ac splendoris Christi.

nes cōsummatę essent, & per verbū illud cōsummatū est, omnē quoque malitiā esse cōpletam.

Tractat Auctor de maiestate & excellentia templi Salomonis, & quo modo Spiritus S. templo Humanitatis Christi, multo maius artificium, diuitias ac spiritualia dona impenderit, quàm templo à Salomone constructo. CAP. LXIV.

Aedificauit Salomon domū Domini & consummauit eā: inquit S. scriptura. Amor Dei erga genus humanū tenue Origene, fuit tantus, vt eius atq; incolæ mūdi huius esse decreuerit. Quāobrē voluit vt Salomon illi hic ædificaret domū, quo cū quolibet tāto melius loqui posset, & agere. Et cū materiatū hoc tēplū figurā fuerit veritēpli, quod Christus erat; & de illo dicat scriptura, quod *cōsummauit eā*, & Christus de tēplo suo dicat, *consummatum est*, primò de maiestate, quam in ædificādo hoc templo Salomon seruauerit, deinde quā liberalis fuerit ac munificus S. Spiritus in structura atque ædificatione tēpli Christi dicemus. Factum ergo est, vt anno 480. posteaquā ex AEgypto egressi Hebræi essent, quarto anno regni Salomonis, eiusq; anni 2. Aprili nimirū cœptū tēplū sit, & septimo tandē anno cōsummatū. In hoc opere laborabāt quotidie 150360o. homines 8000. quotidie aptabāt lapides, & 7000. onera portabāt, excepto quod Architectorū ter mille & trecenti essent Salomonis, qui toti huic operi præsiderēt, & toti operarū multitudini imperarēt. Subditi Regis Tyri nō cōprehēduntur hic: quod verò illorū plurimi fuerint, inde collige, quod Salomō regi illi quotannis daret, 20. millе coros tritici, & vigenties mille coros olei pro familiā eius quæ dolabat lapides & ligna ad ædificādū præparabat. Nō sunt cōprehēsi quoq; hoc

numero nautæ qui de Libano cedros ac thyina ligna per mare deferebant : vt neque statuarij, scriniarij, aurifices, pictores, fabri ferrarij, & alij plurimi artifices laborantes in hoc opere cõprehenduntur. Argenti cuius vsus in hac fabrica fuit nõ meminit scriptura, tantũ dicit adeò magnã eius copiã fuisse, atque lapidum ac terræ in cãpis. Quid dicam de auro impẽso fabricæ? incredibile sanè est. Dauid ante ingressum viæ vniuersæ carnis. Ad hanc ædificationem reliquit tria millia talentorum ex propriis bonis, nõ verò ex iis, quæ victrice manu in bello retulerat. Principes regionũ quoque plurima auri põderà cõtulerunt, exceptis ijs, quæ in aliis metallis dabant, quorũ non est numerus. Quantus hic thesaurus impensus fuerit, inde pater, quod omnia quæcunque in tẽplo à summo vsque ad imũ, cooperta auro fuerint: nec non modo putemus inaurata omnia, sed ex purissimo quoque auro solidoq; facta fuisse. In hac magnificẽtissima structura vsus verbi inaurandi non fuit, sed ex auro faciendi vsus erat frequentior; ita vt plura tũ ex puro auro fecerit Salomon, quã inaurarit. Glossa ordinaria ait: pauimentum *Sancti*, & *Sancti sanctorum*, incrustatum purissimo auro fuisse, & id quidẽ ad honorem arcẽ, vbi res oẽs tanto pretiosiores esse debebant, quanto viciniores arcæ. Ad Dei cultũ in hoc tẽplo melius peragendũ, 24 Sacerdotes cõstituebantur ex tribu Leui, quorũ officiũ erat, mactare bestias, immolare, lãpades accẽdere, ignemq; restinguere. Ad custodiã portarũ tẽpli huius, designati sunt quater mille custodes, & ad pulsandũ organa aliaq; instrumẽta ac canendum totidem. Cùm ergo structura templi tam magnifica esset, magnificum quoq;

Templi Salomonis magnificẽtia.

in ea primum oblatum sacrificiũ fuit: vno quippe die immolarunt, atque obtulerunt duo millia boum, & centum ac viginti millia ouium.

Intellecta iam satis pompa, gloria ac magnificentia tẽpli huius celeberrimi, similiter indicabimus, quid illo, omnibusque thesauris eius factũ fuerit. Vnde clarissimè intelligemus, quàm vana caducaque omnis mundi gloria sit, præsertim que in diuitiis fundata est. Mirãdum imprimis est, cùm tẽplum hoc non satis opulentũ esset, & ipsa adhuc vrbs Ierusalẽ tenuis, sua tenuitate hostes suos superabat; sed deinde copiosis diuitiis affluens, à suis hostib. superata est. Pauperior multò Dauid fuit, nihilominus multò plures victorias de hostibus suis retulit, quàm Salomõ & Ieroboam suo tempore reportarint, quorum diuitię thesaurique omnium maiorum suorum diuitias transcendebãt. Existimant homines remediũ paupertatis in possessione multarum opum consistere; quæ certè vel ipso cogitatu stultitia magna est, & ipsa acquisitione periculosissima. Multi namque hominum putant, quod multas opes in domum suã inferant; sed nihil aliud, quàm discordias, bella, cedes, homicidia inducunt. Ad quod probandum non longè abibimus, sed solũ videbimus, quo pacto magnę illæ diuitiæ Hebręis cesserint. Ex quo concludemus, miserabilem paupertatem nõ curari diuitiis, sed quod pacem comitem semper habeat: contra verò diuitiæ bello atque ipsa miseria paupertate constipatæ sunt. Ferè annis quinque post mortẽ Salomonis, mittebat Sesach Rex Aegypti in Ierusalem septuaginta millia equitum & totidem peditũ, & occupabat vrbẽ, spoliabat tem-

Vastitas templi Salomonis quando primum facta.

plum, expilabatque domum Regis Roboam, ita vt multò plus tẽporis in structura templi, quàm in destructione eiusdem impensum fuerit. Rex Babylonis exercitum quoque suum in Iudeam misit, inuasit vrbem, spoliauit templum, & incolas cum ipsomet Rege captiuos in Babylonem abduxit. Tandem Rex Chaldeæ venit, qui omnes trucidauit iuuenes, mulieres ac pueros captiuos abduxit, combussit turres cum illarum reliquiis, omnemque thesaurum qui inueniri poterat, sustulit. Quæ bella singula Hebræis non propter inimicitias in hostes susceptas illata sunt; sed tantum vt diuitiarum eorum possessores fieri possent: adeo vt miseri Hebræi magis oppugnati sint à diuitijs thesaurisque propriis, quàm à barbaris nationibus. His litterali explicationi finis impositus sit, quandoquidem optimè dicere possumus templum Salomonis consummatum fuisse; quippe consummatum est tẽplum quod fabricatum est, nẽpe Salomõ qui illud fabricauit; vrbs in qua ædificatum est, diuitiæ, quibus factũ est, & denique sacrificia, quorũ caussa factum est, consummata sunt. Vnde discimus non ideo Deum nobis dare diuitias, vt amemus illas, sed vt ad nostrã illas vtilitatẽ conuertamus, iisque seruiamus ipsi: sed prò dolor cùm Deus illas propter suum seruitium nobis det, nos easdẽ ad voluptatem nimium nostram conuertimus.

Diuitiarũ vsus qualis

Dominus in tẽplo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius. Psalm. 10.

Ne putaremus Deũ hic Salomonici tẽpli meminisse in Ierusalem siti, nec templi Dianæ Antiocheni, nec Panthæi Romani, appositi propheta verbum *Sancto* & vocula *suo*. Nã in tẽplo, in quo

Do-

Dominus habitare voluit nō peccatum esse, aut nemo alius præter ipsum Dominū regnare debuit: Templū Salomonis opulentum erat, & tametsi tēplum fuerit, nō tamen sequitur opulentum fuisse. Et si illi qui illud fabricarunt fuissēt sancti, nunquā in eo Zachariam prophetam ad altare occidissēt, nec idolū Astaroth altari ipsi imposuissent, nec vt ex eo Pōpeius equile faceret, permisissent. Quantū ad sacerdotes Ecclesiæque ministros attinet, hoc templū æquè parum sanctū erat: sin. sanctum fuisset, nunquā ad portas eius aues vendidissent, nec mensis nūmulariorū erexissent, nec carpsisset id Christus, nec vitā Christo ademissent. Æquè parū tēplum respectu sacrificiorū sanctū fuit: Non enim ad tollendum peccatū sufficiebat, & tametsi in se vtilitatem aliquam continerent, non tamē id propter sacrificia fiebat, quę ibi offerebātur, sed propter personas eiusmodi sacrificiū facientes. Sic quoque dicere non possumus tēplum hoc sanctū fuisse propter materialia ex quibus cōpactum; quippe vera, syncera ac simplex sanctitas non in auro sita est, argento, ligno, lapidibus, ex quibus tēplum ipsū fabricatū, sed in Christiana ac religiosa anima, quæ tēplū Dei est, & in materiato tēplo congregatio. Ex memoratis omnib. colligimus Deum nō habitare vbi tu vis, & quomodo; sed in tēplo habitare, in sancto templo ac suo templo, alias in nullo alio habitat. Quid est verum templum in quo Deus habitat aliud, quam sanctissima Christi Humanitas? Eius deificatum corpus vocare templum volumus, & quidem sanctum templum: quippe de illo & non de alio dixit Dominus, *hic est filius meus dilectus.*

Vera sanctitas tēpli in quo.

Hoc templum non per manus pacifici Salomonis erectũ est, sed per manus industriamque spiritus sancti: & vti Salomon in structuram tẽpli sui septem annos impendit, ita quoque Spiritus S. in hoc suum tẽplum septẽ dona sua distribuit. Opulẽtius multò hoc templũ est, quàm templũ populi Iudaici, tametsi, n. illud coopertum auro fuerit, nihilominus hoc nostrum diuino amore fuit inauratum. Discrimẽ verò inter vnum alterũque facile colligi potest, ex discrimine inter simplicem redditorẽ, amatorẽque verũ existente. In templo Salomonis ita saxa omnia polita erant, lignumque sic commodè fabrefactum, vt cùm cõponenda essent, nõ auditus ictus securis aut mallei fuerit. Cùm aũt sanctissimum templũ Humanitatis Christi formaretur à spiritu S. in virgineo corpore Mariæ, adeò tranquillè perfecteque formauit, vt neque securis peccatorum, nec malleus maligni spiritus auditus fuerit. Fenestræ tẽpli interius latiores erant multò quàm exterius, ostendẽtes multò latiorem fuisse charitatem quam Christus in viscеribus suis gerebat, vulneribus quæ nostri causa sufferebat: & tametsi principio suos ducat per angustam viã, nihilominus gustata diuini amoris dulcedine, illa eadem lata spatiosaque redditur. In hoc tẽplo Christi offerre nos purum aurum probatũque argentum oportet, quod tũ offerimus, quãdo corde in illum credimus & ore confitemur: item in hoc templo quoque æs, cuprum, ei ànobis offerenda sunt, quibus patientia designatur: vti. n. æs hoc ictus multos tolerare potest, & ad varia vtile est, ita quoque patientia multas iniurias sustinet, multosq; virtute præditos facit.

Puri auri oblatio quãdo fiat à fidelibus.

Perin-

Perinde quoque in templo hoc offerenda est purpura, violaceus color & cæruleus, qui cœlestis color est, vt ostendatur omnia nostra opera ad consecutionem regni cœlestis ordinata esse debere. In cœlis quippe illud ipsum quod hic in terris quærimus, inueniri potest: ibi degit illud, quod hic prædicamus; & ibi soluitur, quod hic patimur. Item in hoc sanctissimo humanitatis templo sancta purpura ardenterq; colorata offerenda est, per quam memoria iugis de ipsius benedicta passione habenda accipitur. Tametsi enim Christo laboriosissima patiendo fuerit, nihilominus nobis fructuosissima meditando est. O quàm beatus esset ille, de quo idipsum quoque dici posset quod Cantica dicunt, nimirum *coma capitis tui, vt purpura regis iuncta canalibus.* Quid sunt capilli aliud, quàm cogitationes nostræ? quid canales aliud quàm preciosa eius vulnera: & quid perpulchra illa purpura est aliud, quàm preciosa & in sanguine colorata caro? O si quis dignus esset in dies vnico tantum quadrante capillos cogitationum suarum lauare in sanguine hoc? posteaquam enim Christus eo pulchrè coloratos crines viderit, illico illorum amore capietur.

Cantic. 7.

Capilli cogitationes nostræ sunt

In hoc sanctissimo templo offerendum quoque coccinum bis tinctum, id est, duplex amor. Duplex amor verò non nisi amor Dei & proximi est. Bis tinctum coccinum offert ille, qui proximo bonum exhibet, nec cuiquam homini malum imponit, nec detrahit: Ille verò offert Domino bis tinctum coccinum, quisquis Deo offert animam & cum proximo bonũ suum partitur. Sic quoque Deus pannos lineos subtileſq;

Coccinum bis tinctum amor Dei & proximi est.

offerri præcepit, per quas pura inuiolataq; cõuersatio accipitur. Nam in hac vita nihil grauius nomine viri boni periclitatur. Quare fratres, fugeamus eutra occasiones mundi, nec tibi ipsi confide, quo enim subtiliora preciosioraq; intexta sunt, tanto facilius citiusq; rumpũtur, nisi diligentissimè cautissimeque conseruẽtur. Non minus præcepit Deus in suo templo offerenda esse ligna cedrina, id est, imputribilia, ostendens, nisi in operibus bonis cõstanter perduauerimus, illicò vermem ea vastaturum esse, ac verminosa redditurum. Denique præcepit Deus vt pauperes debilesq; si nihil haberẽt aliud pilos caprarũ offerrẽt: ita vt ipse det quæ velit, à nobis verò nõ nisi ea, quæ habeamus reperat. Quid aliud aũt pili illi caprarum significãt, nisi dura illa opera seueraque ministeria, quibus illum colere debeamus? vt aspero indigestoque panno lineo cannabino conseruantur aurati illi asseres ac serici: sic aspera frugaliq; etiam vita bonum nomen conseruatur, integraque conscientia; quippe perfecti viri nec delicatis cibis, nec mollibus vestimentis vti debent. O quàm beatus esset ille, qui cum Christo dicere posset *Consummatum est*, quod in extremam vsque horam secutus sit eum vt potuerit, eique obtulerit quod habuerit.

Quomodo in Christo completa sint omnia mysteria & prophetiæ Hierosolymis, quæ Deus de illo prædixit.

CAP. LXV.

Luc. 18. ECce ascendimus Hierosolymam & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt de filio hominis, inquit Christus Dominus cũ suis loquẽs discipulis

lis. Ante omnia aduertendum est, vbicunq; verbum illud, *Ecce*, scriptum est, ibidem mysterium denotari: vti apud Isaiam dicitur, *Ecce Virgo concipiet*, & in Incarnatione: *Ecce ancilla Domini*: & in Transfiguratione *Ecce nubes candida*: & in tentatione, *Ecce Angeli ministrabant ei*: & in Resurrectione, *Ecce terræ motus*. Adeò verò sublimia sunt quæ hic Christus locutus est, vt non solum Apostoli non intelligerent; sed perhorrescerent ac trepidarent quoq; cùm inaudirent. Rem enim grauissimam putabant, quod eiusmodi vir occidēdus esset, & resurrecturus à mortuis. Aduertendum est, teste Theophilo, Christum in suis itineribus in comitatu discipulorum semper fuisse, excepto itinere hoc, quo antecedebat eos, vt scilicet ostenderet magnū illud desiderium quo exundaret, quod iam ad moriendum patiendúmque properaret pro illis, quos redimere ardentissimè cupiuisset. Discrimen inter viatores est, quod iucundissimus ordinariè antecedat, quo citius ad desideratū locū possit pertingere; perinde se res cū filio Dei habet. Cùm .n. maius desiderium, quàm Apostoli gestaret salutis nostræ, tāto expeditius ēt viam corripuit. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*, inquit Deus per prophetam Isaiam ac si dicerer. Ab omni æternitate secretum quoddam mihi reseruaui, quod alius nō nouit. O æterna bonitas, ô summa trinitas, quod illud mysterium est, quod apud te reseruas; & qui sunt, quos illud cœlas? Cùm vnum tantū sit mysteriū, quare de duob. loqueris? Et cum vnū tantū sit, quare repetis *Secretū meum mihi, secretum meum mihi*? Bis dicit secretū, mysteriorū .n. duo sunt, quæ in singulari ideo nominat vnum solū, quia *Isaiæ 24.*

quia in Christo solo & de illo solo completa sint, & per illum mundo manifestata. Quod maius secretum, quod maius mysterium posset esse in mundo, aut Sacramẽtum, quàm quòd Christus discipulis suis modo dicit, se, qui Deus esset, moriturum; & se, qui homo esset, surrecturum esse. Non sine peculiari mysterio ad se vocauit discipulos suos, remotisque arbitris cum illis locutus est, significauit enim illud, quod diceret magnum reuera mysterium esse, siquidem priuatim illis hoc indicaret. Tota hominis gloria, ac tota salus in morte sita est, teste Chrysostomo, quam Christus passus est; & sanguine, quem pro toto mundo profudit. Et cum mysteria adeò sublimia ac noua essent, non voluit discipulis alia de caussa ea euulgare, quàm priuatim & in secreto. Sanè sublime fuit mysterium quod diceret se Deum moriturum esse: & nouum, se hominem esse surrecturum; de quo nihil reuelare populo voluit, ne illum offenderet, sed suo solum Collegio sancto reuelauit, quo illud suis vsibus aptaret. Optimum namque thesaurum in solidissimis ferroque emunitis arcis custodire solemus; ita vt textus mysticè id dicat, Christum eos *secretò assumpsisse*, ostendens nos non debere illa sublimia mysteria, consolationesque diuinas quibuslibet aperire, nec quosdam ea cælare. Tametsi Christus discipulos suos extra viam duxerit, nihilominus dicit textus, quod cum illis secreto locutus sit, aiens, *Ecce ascendimus Hierosolymam*: ac si diceret. Dilectissimi filij mei ac fratres, arcanum aliquod vobis aperiam, quale nunquam auditum est, quod nimirũ nunc appropinquarit tempus, quo tali morte de-

Secretum Christus discipulis aperuit.

re defungi debeo, qualis à Patre meo per præceptum mihi imposita, & in sacris litteris prophetata est. Et quia Dominus hic meminit, quod in Ierusalem moriturus esset, nō autem alio loco, expendere volumus, quid de eo psalmista prædixerit inquiens: *Deus autem rex noster operatus est salutem in medio terræ*: Nisi nos Ptolomæus ac Strabo Geographi seducant, sita est Hierosolyma in medio terræ & quasi vmbilicus mundi est. Sed per hanc memoratam prophetiā, quod nimirum Hierosolymis mortuus sit Christus in medio terræ, mortuum esse patet. Hierosolyma quippe à meridie habet Aegyptum, ab oriente respicit Arabiam, ab occidente mari mediterraneo clauditur, à septentrione regno Syriæ terminatur. Basilius inquit, nihil aptius fieri potuit, quàm quod ille, qui Mediator esset, in remissione peccatorum, in medio mundi moreretur. Si enim in oriente aut occidente fuisset mortuus, putassent populi illi Christum illorum causa solum mortuum fuisse, aliorum non: atq; ideo pro omnibus mori voluit Dominus, quandoquidem pro omnibus pateretur.

Considerandum quoq; est verbum illud, *Ecce ascendimus*: per quod dat nobis intelligi, se in mortem non ex coactione sed ex mera charitate ire: quæ charitas in causa fuit, quare in se humanam carnem assumeret, & moreretur in cruce. Verbum illud *ascendimus* non dixit malefactor, sed Redemptor: quippe malefactor amicis suis non ait, vado in mortem, sed ducor in mortem. O sublime mysterium, ô inauditum Sacramentum, quis audiuit vnquam adeò iuuenem adhuc liberum, vegetum, sanumq; virum

vt Chri-

vt Christus erat, ex libera voluntate dixisse, *Ecce ascendo Hierosolymam vt moriar ibi*, ac si diceret, Ecce animo constanti intrepidoque ascendo. At filium Dei dicere, teste Aymone, *ecce ascendimus Hierosolymam* quid aliud vult ostendere, nisi vt certificet discipulos suos, quod in mortem pergat absque vlla causæ cognitione, absque carnificum lictorumque sui tum apprehensione, tum custodia, & absque iudicis condemnatione. Remigius inquit. Verbo hoc *Ecce ascendimus Hierosolymam*, duo nobis filius Dei declarat, nempe quod ad mortem properet, & quod mortem ex libera voluntate sustineat: ita vt nos in duobus ei obstricti simus, tum propter sanguinem nostri caussa profusum, tum propter amorem quo cum illum profudit. Cyrillus, inquit: si filius Dei dixisset Ecce violentè ad mortem trahor, obligati illi, propter tormenta quæ sustinuit, essemus: At cùm clarissimè dicat, se ex liberâ voluntate mori, illique montis Caluariæ sese macello dedere, sequitur, quod multum illi debeamus, non modo propter tormenta tolerata, sed etiam propter amorem, quo cum illa tolerauit. Per verbum illud, *Ecce ascendimus Hierosolymam*, teste Hieronymo, monet nos summus pastor pastores suos omnes, vt non modo in periculis Tyrannis fortiter sese opponant trucidare cogitantibus; sed etiam vt propter salutem ouium suarum vltrò se morti offerant. Non enim est ferè excellentius Martyrium, quam quod propter salutē proximi suscipitur. Simon de Cassia inquit: Filium Dei dicere. Ecce in mortem pergo, & non, Ecce ducor in mortem, significat nos ad Christianam religionem, & Euan-

geli-

gelicam perfectionem non coactè ducendos esse, sed per nos eam motu libero acceptandam esse, non enim Deus tam pedes ipsos, quib. progredimur respicit, quàm intentionem, qua illum diligimus. *Evangelica perfectio liberè est amplexanda.*

Vlterius inquit Christus, *& consummabuntur omnia, quæ scripta sunt de me*: ac si diceret; caussa quamobrem Hierosolymam ascendo est, qui ò compleãtur omnia, quę de me in prophetis scripta sunt. Ad tria omnia de Christo scripta reuocari possunt, & quæ ab illo præstanda: nempe, quid præstare debeat, quid pati, & quam mercedem referre. Quod fecit Christus erat, fundare suam Ecclesiam: quod verò passus, erat immanissima mors: & quod retulit, erat gloriosa eius resurrectio: ita vt in eius vita sanctissima, & in morte terribilissima, gloriosissimaque Resurrectione, tota scriptura consumatur. Optimè consentiunt illa verba CHRISTI, *Consummabuntur omnia, & consummatum est.* In morte namque & resurrectione eius omnia consummata sunt, quæcunque in scriptura de illo scripta.

Verùm vt accuratius dẽ hac re loquamur, dicit Christus quod posteaquam Hierosolymam ascendisset, in manus gentilium tradendus sit, illudendus contumelioſè, olidisque sputis conspurandus, multis ictibus flagellandus, durissimisque clauis tranfigendus. Quis vnquam vidit tantam iniuriarum multitudinem, tantumque tormentorum pondus in talem iustum hominem corpusque tenerum incubuisse? *Dabit percutienti se maxillam, & saturabitur opprobriis*, inquit Ieremias, ac si dice- *Thren. 3*

diceret. Redemptor mundi tam patiens in tribulationibus est, adeoq; obsequens persecutoribus, vt ipse maxillas præbiturus sit & obiecturus seipsum, quò ad satietatem illum calumniari possint. Tametsi Ieremias præclarè id prophetauerit, nihilominus multò melius filius Dei compleuit. Non solùm enim suis inimicis porrexit maxillam vt illam ferirent; sed etiam illis diuinum suum corpus tradidit, vt enecarent. Quid est hoc, ô Domine Iesu, quid hoc? Propheta Elias ex vrbe Samaria egressus est, ne illam Regina Iezabel comprehenderet, aut decollaret; & tu Hierosolymam ingrederis, vbi tamen scis vitam tibi adimendam esse? Rex Dauid ex vrbe Ierusalem profugit, & in peregrinas nationes secessit, cùm persecutionem Saulis sustineret: at tu, ô Domine Iesu, te in Ierusalem recipis, vt in ea crucifigaris? Sanè hic filius Dauid non es, nec comes Eliæ, quippe qui profugiant ex vrbe ad conseruationem vitæ suæ; tu verò Hierosolymam ascendis ad offerendum te mortì? Si mors tua vulgaris tantum mors esset, tolerabile esset; verùm cùm circumstantiæ mortis tuæ ad tolerandum difficiliores sint morte ipsa, dic mihi, quæ te necessitas impulit, & quis amor coegit, vt non cum Dauide Patre tuo profugeres, & cum Elia propheta te absentares? Nó sine peculiari caussa Christus iniurias ac contumelias pro summis suis tormentis habuit. Vult enim docere nos, multò se acerbius verba maledica tulisse, quàm irrogatos sibi ictus ac flagellationé. Ieremias non dicit, illum in passione sua saturandũ flagellis, sed opprobrijs: ictus enim tantum perualuri sunt humeros, sed iniu-

riæ

riæ ac contumeliæ verbales etiam ipſam animā peruadent. Quis hominū in mundo eſt, (ſi modo honeſtus ſit) qui nō longè vehementius verbum contumelioſum, quàm ictum gladij percipiat? Non loquitur Ieremias de ſpinis, aut clauis, aut flagellis, ſed tantum de contumelioſis verbis, quæ Chriſtus excepit: dicit enim, *ſaturabitur opprobriis*, omnia quippe tormenta illa, non niſi die vno ſuſtinuit, verùm probroſa illa verba in dies ſingulos ſuſtinuit. Per verba illa *ſaturabitur opprobriis*, Ieremias nobis intelligenda dat, tormenta varia iniuriaſque Saluatoris. Vti enim ſatur homo nihil in ſtomacho habet quod expletum non ſit: ita quoque in filio Dei nullum tormentum omiſſum eſt, quod ei non irrogaretur; nec iniuria, quæ ei non inferretur. Quod fuit tormentum non irrogatum ei? & quibus verbis iniuriati ei non ſunt? Hugo de S. Victore ait: vt oſtenderet filius Dei iuſtiſſimum ſe inter omnes iuſtos: ſummumque inter Martyres Martyrem, dixit, *quod ſaturaretur opprobriis*: quippe ahjs Martyribus Tyranni manus ſolum iniecerunt vt eos torquerent; at benedicto Domino Ieſu, non modo iniecerunt manus vt eum occiderent, ſed etiam vt linguis blaſphemarent. Iſychius inquit: iuſtiſſimè dicit Ieremias de Chriſto Domino ſaturandum eſſe opprobrijs. Videmus enim in eius paſſione mendaces veritatem vendere, ſtultos ſapientiam exſibilare, nocentes innocentem flagellare, malitioſos ludificare gloriam, & mortuos vitam ipſam diſperdere. Quod poteſt cor ſuſtinere, qui diligiti poſſunt deſcribere ipſam libertatem venditam à captiuis, gloriam irriſam ab Angelis malis, illumi-

Verba contumelioſa difficiliora ſunt toleratu quàm ictus.

luminatorem mundi despectum, Dominum omnium flagellatum, & remuneratorem tribulationum omniũ trucidatum? Hilarius inquit: Secundum prophetiam Ieremiæ vsque in hunc diem *saturabitur opprobriis*, filius Dei, venditur enim à Simoniacis, illuditur ab hypocritis, à blasphemis exploditur, & ab hæreticis trucidatur. Clausula ergo superiorum omnium sit, Christum non sine singulari mysterio ante passionem suam dixisse verbum illud, *Consummabuntur*, & dein in fine passionis verbum, *Consummatum est*, ostendens simul in se desijsse vitam, & in nobis pœnam, si modo simus ij, quales esse debemus.

In hoc capite pulcherrima Christi oratio, *Pater Sancte non pro mundo rogo, sed pro illis vt serues eos à malo*, explicatur.

CAP. LXVI.

Lib. 17. PAter *sancte claritatem quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus, &c.* inquit Dei filius ac si diceret. O mi sancte Pater & benedicte, quod in vltima hac hora rogem est, quod cum meis discipulis partem claritatis meæ tribuerim, tu etiam ijsdem perfectionem dare digneris, vti perfectos tuos Electos facere soles. Propter verbum *Consummatum* quod dixit CHRISTVS in cruce, & verbum in oratione dictum, *Consummati sunt*, necessarium est ostendere, quid Deus hac oratione petiuerit, & quid hic nobis Sacra Scriptura enarret. Et aduertendum est quis ille sit, qui oret, pro quo oret, quomodo, vbi, & quando. CHRISTVS est

qui

qui orat, orat in cœnaculo, tempore cœnæ, eleuatis oculis, propter sublimia orat, & pro discipulis suis. In hac sublimi oratione admodum speciosa verba filius Dei locutus est, sublimes sententias, profunda mysteria, & necessarias cautelas, fructuosissimumque consilium. Dicit ergo CHRISTVS in exordio orationis huius, *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quia tui sunt, & pro iis rogo, & non pro mundo*, ac si diceret: Sancte ac benedicte Pater, rogo te vt velis tuos filios ac meos discipulos à peccato liberare, & in tuo ministerio conseruare. Sunt enim fratres mei per naturam tuique filij per gratiam: & rogo te non pro illis, qui sunt in mundo; sed pro ijs quos in patrocinium tuum suscepisti. O quàm accepta hæc verba bonis sunt, ô quàm luctuosa impijs; Per illa enim separantur ab inuicem, perfecti ab imperfectis: Electi à reprobatis; amici Dei à filijs perditionis; & ciues cœlorum, à mundi amatoribus. Cùm CHRISTVS pro suis ex corde oraret, illam orationem isto *Pater sancte* adorsus est. Nam verbum illud, *Pater*, auditum acuit, recreat oculos, cor ad amandum illum emollit, illiusque viscera traducit ad nihil negandum. Quod amabilius verbum ad aures Patris pertingere potest, quàm si à filio Patris vocati nomen inaudiat? Vti dilectus acceptusque Patri filius, patrem suum filius Dei compellat subinde *Pater mi*, subinde *Pater iuste*, *Domine ac Pater*, *Pater sancte*, & subinde *Pater* solùmodo, non sine ingeti mysterio hic Patrē suum cōpellat filius Dei, *Pater Sancte*; qui enim hanc sanctam orationem instituit,

sanctus erat: & quem orabat, sanctus erat; & quod orabat, sanctum erat; & vbi orabat, sanctum erat; & pro quo orabat, sanctum ipsius fuit collegium. Quid petis, ô Domine Iesu, quid petis? Responsio. Oro indulgentiam pro meis ouibus, vt Deus eas à lupis eripiat: Oro remissionem pro discipulis meis, vt Deus eos à diabolo præseruet: oro remissionem pro Electis meis, vt eos Deus à peccando cohibeat: oro remissionem pro amicis meis, vt eos Deus in cœlos recipiat. Tu es in via, qua ad crucem ascenditur, non proculabes à morte, in agonia atque angustijs ipsis fixus hæres, & ad te capiendum exitur, & nihilominus à Patre tuo tam multa pro alijs, nihil verò pro te rogas? O quàm diuinam sollicitudinem! ô quàm inauditum amorem fers, ô Redemptor mundi in vniuersam humanam naturam? Tametsi enim in hoc miserabili statu, & hoc miserabili die satis caussæ habeas rogandi cœlestem Patrem pro te ipso, nihilominus mei es memor, immemor tui? Dicit ergo Christus, quod Patrem suum oret pro suis, id est pro illis qui ab æternitate præsciti sint, & in Electorum numerum relati, vt vnum cum Patre essent, vti filius vnum cum Patre est. Quod ergo filius Dei dicat: *sint vnum in me*, tantundem est, ac si dixisset: Pater mi rogo te, quod vti discipuli mei sunt tui filij, & mei fratres per gratiam, ita ego sim tuus vnigenitus per naturam. Augustinus inquit: vti pater & filius vnum sunt, non tantum quoad substantiam, sed etiam quoad voluntatis harmoniam consonam; ita quoque in CHRISTO discipuli vnum sint, non per naturam, sed per amoris vinculum

cùlum ac societatis. Et vti (plus loquitur Augustinus) perfectio iusti non aliud est, quàm diuinæ similitudinis participatio; sic etiam nos tot gradibus iusti sumus, quot gradibus diuinæ similitudini propinquamus. Apertissimè hic aduertit CHRISTVS pro quibus oret hominibus: dicit enim, *quia tui sunt:* vti etiam demonstret pro quibus non oret: dicit enim, *non rogo pro mundo:* ita vt illi precum istarum fient participes, qui CHRISTO seruiant: contrà verò omnes illi expertes sint, qui mundum sequantur. O quàm beati CHRISTO seruientes, amantes, sequentes sunt, precum enim ipsius participes fiunt? Et seruitium hoc cultumque quiuis confirmet, non in verbis à Christo dictis, sed in operibus illius causſa factis

Cyrillus in Ioannem ait: Quare rogas pro tuis discipulis, si enim à Patre tuo sunt, non egent ampliore præsidio; & si sunt tui, non est quod de ijs sis magis sollicitus? Quod ego illorũ causſa peto est, vt non modo mei sint in fide, sed etiam in amore; parum enim proderit illis quod in fide constantes fuerint, nisi etiam in diuino amore exarserint. Remigius ait, à nemine rogatum CHRISTVM esse nec molestatum, nec subornatum, vt pro suis rogarer, sed ipsemet ex motu proprio pro illis rogauit, suoque Patri commendauit, ostendens ingentem se nostri curam gerere, si modo nos ab eius cultu non desistamus. Sanè terribile verbum illud Christi est, *non rogo pro mundo*, reijcit namque eo vanos omnes mundanosque homines, qui iure optimo ab Ecclesia reijci possent, siquidem doctrinæ eius nec credere nec adhærere voluerunt.

runt. Filium Dei in oratione sua dicere *non rogo pro mundo*, tantundem est, ac si dixisset non pro arrogantibus inflatisque thrasonibus rogo, nec pro inuidis, nec pro luxuriosis, nec pro auaris, nec pro blasphemis; huiusmodi quippe homines paradisum nefas, & Infernum præcepta esse mea existimant. Qui possum rogare pro mundo, si quidem ne vnus quidem eius ciuis mihi notus est? Cùm ergo dicat filius Dei *non rogo pro mundo*, quisquis vitam suam, quo pacto ducat, inspiciat: pro qualitate enim vitæ suæ, scit quam partem in orationibus CHRISTI habiturus sit. CHRISTVS enim remunerator virtutum est, & Diabolus vitiorum. Quæso dic mihi cur pro peccatoribus oraret CHRISTVS, cæcatis demensisque in mundo, quorum tamen execratus Diabolus pater sit? Caussa quare filius Dei in oratione sua dicat, *non rogo pro mundo* est, quia peccator prævaricator legis Dei est, amator mundi, seruus Diaboli; & quia seruus Diaboli eius est, & hospes Inferni. Dicit D. Bonauentura in vita CHRISTI quando Diabolus ad me decipiendum circuit, & ad incitandum ad peccatum, & caro me illi paulatim subijciat, & mundus suis amabilibus illecebris titillat, illicò in memoriam verbum illud CHRISTI reuoco *non rogo pro mundo*: & illius, *surgite adiudicium*, atque *ite in ignem æternum* memor sum. Posito tres memoratos amicos fortiores esse, quàm vt superari queant, nihilominus sunt hęc tria fortiora tela adhuc, quibus perfodi hi terni hostes possint. Nam si meminerimus verborum illorum trium, *non rogo*, *Pater*, *pro mundo*; item verbi, *mortui*

Peccatores quid cogitare debeant

venite ad iudicium; & verbi, *ite in ignem æternum*, quis peccare, & quis de nocte securè somnum capere queat?

Præterea dicit Christus, *non pro illis tantum rogo, sed pro eis qui creditur sunt in me*, ac si diceret; O benedicte mi ac sancte Pater, nosti Ecclesiam meam se amplificaturam esse, & ad finem vsque mundi duraturam, ac proinde non solum rogo pro mecum accubantibus in hac mensa, sed etiam pro ijs, qui venturis temporibus in me credituri sint. Ita quoque dicit Christus, *non rogo vt eos tollas de mundo, sed vt serues à malo*, ac si diceret. Tametsi Electi mei de mundo hoc non sint nec partem eius habeant, sed exosi à mũdo, rogo te non velis eos tollere de mundo, sed eripere ab omnibus ijs quæ mala sunt. Litteraliter si loqui volumus, certè non petit hic filius Dei à Patre vt suos discipulos illicò ex hoc mundo tollat, partim quod in rebus ad perfectionem attinentibus nondum satis fundati essent; partim quod gentiles per illos illuminandi superarent, & si tum mortui essent cum Christo, adhuc vniuersus mundus conuertendus restaret. Theophilus ait: filium Dei ad Patrem dicere *non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo*: dico ego, benedictum os illud esse, quod eiusmodi verba est locutum, & benedicti illi, per quos conscripta sunt; per illa enim certificamur, tametsi duplò nequiores simus, nihilominus Dominum laborare, vt nos ad sui cultum propellat. Immensa illa charitas atque bonitas Dei mei ineffabilis inde colligi potest, quod dicat, *non rogo pro mundo*, & continuò subijciat *non rogo vt tollas eos de mundo*, quæ verba

ideo continenter sibi subiunxit, ne nos peccaremus in misericordiam Dei; & si forte in peccatum prolaberemur, non tamen in eo perseueraremus, nec desperaremus. Christū dicere, *non rogo pro iis qui sunt in mundo*, est horribile inprimis verbum: verùm continuò subsequens, vt non tollas eos de mundo, est consolatione plenissimum. Cùm enim non velit mundum bonis orbari, signum est quod velit mundum per eorum manus conuerti. Quando Deus mundum vniuersū diluuio demergere voluit, prius Noe saluauit, & in securo loco deposuit: & quando Sodomā & Gomorrhā voluit succendere, ipsi Loth montem excelsum designauit: & quando murmurantes Aegyptios in deserto voluit punire, præcepit Moysi ac Aaroh, vt in desertum abirēt ita vt manifestissimū signū sit infensum esse, si nos bonorum societate destituat. Cùm Iudas se separaret à sancto discipulorum collegio, abijt eadē hora & se suspendit. Contrariū accidit S. Petro, quem tametsi Christus in peccatum prolabi sineret, non tamen faciem suam vnquā ab eo auertit. Quamprimum enim Petrus peccare destitit, eundem Christus respexit. Discipulus erat Iudas & discipulus erat Petrus: peccarat Petrus, peccauerat Iudas; alter quippe Christū vendiderat, alter negauerat: verùm dānatus Iudas, & Petrus saluatus fuit. Propterea verò, quod Christus præsens esset peccanti Petro, nō verò suspendenti se Iudæ voluit adesse. Tempore captiuitatis Babylonicæ, non modo multi peccatores abducebantur, sed ēt iusti multi nēpe Tobias, Daniel, Esdras, & Abdias, quos eò abiegauit Deus nō propter peccata cōmissa propria,

Christus S. Petro non Iudæ adfuit.

sed

sed propter consolationem peccantium. Quid malis & improbis fieret, si Deus eos societate bonorum priuaret? Propter bonorum merita conseruat Deus malos & impios, aliâs non permitteret, vt sol super illos inimicos suos scilicet oriretur ac pluuia irrigaret, sed terra sese aperiret, & bestiæ deuorarent, & iugularet diabolus. Gregorius ait; spem bonam peccatores debent concipere, si Deus eos bonorum consortio non destituat; quando enim malum à bono non seiungit, signum est illum per merita & manus boni à malo velle abstrahere, & ad bonum attrahere. Quare rogo te, ô Domine Iesu, ne me à bonis separes, nec bonos à me tollas, vt tametsi bonus non essem ex parte conscientiæ meæ, nihilominus præ pudore bonus manerem.

Perinde quoque considerandum est, Filium Dei non petere à Patre vt bonos ex mũdo tolleret, sed vt eos ab omni malo seruaret: ita vt in oratione nulli us obliuiscatur nec imperfecti, neq; perfecti, siquidẽ rogat vt peccatores à iustis nõ relinquantur, nec iusti à peccatorib. opprimantur. Cùm S. Gregor. in oratione quadam dicat, *Deus qui nos in tantis periculis constitutos*, &c. & Apostolus *periculum in mari, periculum in terra*, dicat: itẽ propheta *hoc mare magnũ & spatiosum manib. illic reptilia quorũ non est numerus*, quare petit Dei filius à Patre vt nos seruet à malo, cũ tot mala in mundo sint? Malum profectò in mũdo esse debet, quandoquidem eius solius Christus mentionem facit: ita vt si hoc malum vnicum in mundo non esset, nec in altero infernus esset futurus. Irenęus inquit, vti in cœlis sanctus omniũ sanctorum est, qui Deus est, & vti in inferno malus omniũ

2. Cor. 11. Psalm. 103.

Peccatum malũ huius mũdi causa inferni est.

malorum est, qui diabolus est: ita quoque malũ in mundo super omnia mala est, peccatum. Dic mihi, quæso, vbinam esset in mundo malum si peccatum non esset? Fames, sitis, frigus, lassitudo à nobis malè mala vocantur: ex se enim mala non sunt, sed tantum huius ingentis mali reliquiæ: nisi enim sciremus, quid peccatum esset, quòd parum quid fames, sitis, frigus, nuditasque essent sciremus. Ad liberandos nos è tam ingenti malo instruit nos orare Christus, dum verbis illis, *& ne nos inducas in tentationem*, subijcit verba sed *libera nos à malo*, & simili modo in oratione sua ait: *non rogo vt tollas eos à mundo, sed vt serues eos à malo*, ita à Domino nihil aliud rogare debeamus, nisi vt nos à peccato liberet, & ad suum cultum traducat. Quid rogas, ô Domine Iesu, Patrem tuum pro Electis; quid rogas, ô Deus meus, pro tuis discipulis dilectis. Non peto diuitias pro illis, caducæ enim sunt; non honorem rogo, quia sunt mera vanitas; vitam non peto, fragilis enim est, quietem non peto, quia in hoc mundo inueniri non potest: quod autem peto est, vt illos liberare à peccato dignetur: quippe diuitias maiores discipuli mei possidere nequeunt, si eorum cor purum è peccatis sit.

Præterea dicit Christus, *non pro ijs tantum rogo, sed pro eis qui credituri sunt in me*: ac si diceret, O sancte & benedicte Pater, non tãtum pro his meis discipulis rogo mensæ meæ accubantibus ac comedentibus, sed omnibus & singulis hominibus Ecclesiam meam ingressuris: vt quemadmodum in me per tuam sis essentiam, ego in illis per gratiam sim, omnesque ad perfectum amo-

amofem perueniant. Ordinatè inprimis oratio- *Ordo orationis Christi.*
nem suam Christus instituit. Primùm enim Patrem pro seipso rogauit, deindè pro discipulis, tertiò pro fragilibus peccatoribus, denique pro nascituris. Si tantum rogasset Christus pro accubitoribus mensæ suę, quid omnibus factum fuisset adhuc in Ecclesia eius nascituris? Augustinus inquit: per merita verborum illorum: *non tantum pro eis rogo*, talem nos Christiani partem habemus in meritis vitæ eius, & tantum in effusione sanguinis ac orationis perfectione, quàm discipuli mensæ eius tum accubantes. O quàm præclarum verbum, ô quàm benedicta oratio à Christo cænæ tempore recitata est: *non rogo pro istis tantũ, sed pro eis, qui credituri sunt in me.* Tametsi enim nos Christiani nunquam eum viderimus, nec vllum seruitium exhibuerimus, nihilominus eodem ardore Patrem pro nobis rogat, quo pro mensæ suæ tum accubantibus, edentibusque rogauit. Filius Dei tanquam fundator Ecclesiæ, teste Rabano, orauit Patrem suum pro omnibus, excepto quod quenquam excluserit, aut oblitus eius sit, atque ideo audemus illa tanto confidentius petere, quæ ad salutem animarum nostrarum pertineant. Cùm enim quod fas est à Patre petat ipse, sanè non negabit nobis quod habet. Bene perpende, inquit Theophilus, non rogare hic Christum pro credentibus vnum Deum esse, sed solum pro credentibus in eum: Gentilis credit Deum esse. diabolus agnoscit vera ea omnia, quæ de Deo dicuntur; solus Christianus in Deum credit, siquidem omnia à Deo præcepta, opere complet.

Multi

multi homines credunt vnum Deum esse, vti gentilis credit: credunt quoque opera Dei, vti diaboli: non tamen in Deum credunt, vt probi Christiani faciunt, siquidem Apostolus docet, fidem non cognosci ex verbis quæ loquimur: sed ex operibus quæ exercemus.

Quare concludit Christus orationem suam dicens, *vt omnes sint consummati in vnum*, id est, petit à Patre suo, vt omnes tum accubitores mensæ suæ olim, tum successores eorundem in Ecclesia Catholica, ad vnam traducantur fidem, ad vnum baptisma, ad vnam omnium charitatem.

Author de diuersis veteris legis sacrificijs agit, ac de vno noui testamenti sacrificio eiusque operatione.

CAP. LXVII.

Leuit. 2. *Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ conspersa oleo & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum*, inquit Deus in Leuitico. Priusquam verò hoc declarandum suscipiamus mysterium, indicabimus quare iudaicum populum Dominus voluerit ist is mirabilibus sacrificijs, nouisque cæremonijs oneratum esse. Abulensis in Leuiticum ait. Deũ triplici de causa tam diuersa sacrificia cæremoniasque ordinasse; prima, quia in AEgypto Hebræi educati erant, atque ideo dediti idololatriæ, quare voluit vt cultum illum sibi non verò idolis deferrent. Secunda, vt ostenderet per illa sacrificia, figuratum verum illud sacrificium esse, quod filius eius fuit. tertia fuit, vt cùm tam diuersis sacrificijs dediti forent, tempus eis peccata committendi deesset, siquidem radix malorum omnium esset otiositas.

Ad-

Aduertendum hic est, septem diuersa sacrificia in veteri testamento fuisse, ad quæ omnia reliqua reuocari, & contineri possint. Primum sacrificium, holocaustum vocatur, quod summum omnium, preciosissimum & sumptuosissimum fuit: quippe Domino soli sine respectu alio offerebatur. Alterum pacificum sacrificium quod bellorum tempore fiebat, vt Deus aut pacem, aut felicem de hostibus conferret victoriam. Tertium fuit propitiatorium tempore famis aut pestilentiæ oblatum, ideo vt Deus conceptã iram, & immissam pestilentiam auferret. Quartum Pontificale, pro peccato sacerdotis factum, quippe sic existimabant, Deum à manibus Sacerdotis peccatis inquinati nullum sacrificium susceperturum. Quintum regale, propter peccata Regis oblatum, quò Deus ei peccata remitteret, vt suam prudenter prouinciam administraret. Sextum porrò commune fuit propter peccata Israelitici populi factum, vt nimirum Deum illum protegeret, eiusque curam haberet. Septimum sacrificium particulare, quod pro singulis priuatim oblatum fuit, vt Deus tum præterita remitteret, tum gratiam ad futura vitanda porrigeret. Hæc dicta sacrificia, tum diuersis animalibus, tum cæremonijs perfecta sunt. In vno conueniunt omnia, quod ne vnum quidem ausi fuerint sacrificium peragere, nisi cum effusione sanguinis à mundo animali. Non sine peculiari mysterio dixit Apostolus, *non fit sanguinis effusio, sed remissio.* Etenim in veteri testamento nemo mundus fieri potuit nisi ante bestia mactata fuisset. Origenes inquit; totam animalis vitam in sanguine consistere: non verò in carne nec ossibus:

Septem diuersa sacrificiorum genera.

Sãguis est vitæ est.

quam-

quamprimum enim bestia cessat à sanguine fundendo, definit etiã viuere. Quandoquidẽ verissimum est, quod ad cõpensationem satisfactionemque peccati minimi obstricti simus vel vitã ponere, satis in veteri lege Deo fuit vita bestiç, in cõpensationẽ vitæ eius, quam Iudęus debebat. O quàm felices nos sumus qui sub Christi nomine militamus, quippe synagogæ subditi non nisi sanguinẽ mactatæ bestiæ offerebant: at Christiani fideles sanguine Filij viuẽtis Dei sacrificant, ita vt necessarium offerre vitam nostram in restitutionem peccati fuerit, siquidem vnius hominis sanguis ad mundandum peccata totius mundi sufficiebat. Non potuit emptionem illam magis amplificare diuinus Paulus quàm fecerit, dicendo, *emptienim est pretio magno*, ostendens Christum sanguine venarum suarum redemisse vitam nostram, & abstulisse peccatum. Vt Hebræus à peccatis suis liberaretur necessarium fuit ad peccatorũ numerũ miserrimas quoq; bestias immolare: verùm in lege Christi mors vnica mortes alias oẽs sustulit, vita vnica omnes vitas alias redemit, & pœna vna oẽs alias pœnas summouit. Magno cũ mysterio vtique Apostolus Christum *hostiam viuentẽ* vocat. In veteri lege quippe id vocabatur hostia, quod in hostes immolabatur, & solũ mortuã bestiã adhibebant, quæ nomen hostiæ non accipiebat ante, quàm vitam perdidisset. Filius Dei nomen hostiæ moriens sortitus est, & nomen vitæ quando resurrexit, ita vt meritò illũ hostiam viuam, hostiam sanctam, hostiã immaculatam, & panem sanctum vocitemus: quippe hostia est; quæ omnib. vitam det; est sanctissima

Christiani Iudais sunt felliciores.

1. Cor. 6.

Christus hostia viuens.

hostiæ

hostia: est mūdissima hostia: est panis purissimꝰ.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similā erit eius oblatio, & fundet super eā oleū, & ponet thus: inquit scriptura. Tria hic præcipit Dominus, nimirum oblationē debere fieri similā cum oleo ac thure, quæ facile inueniri, offerri, ac coemi poterant. Ambrosius inquit: quàm propēsus Dominus sit ad remittenda peccata nostra inde colligitur, qđ ipse sacrificia ea nobis ostēteret, quæ facere debeamus. Quid per purissimā farinā illā aliud significatur, quàm sanctissima filij Dei Humanitas? Hæc diuina farina sic cōmolita est ac purgata, vt tametsi omnes Angeli ad illam videndam confluerent, omnesq; homines apud eam purgandi essent, nihilominus ne minimū quidem granum peccati originis, nec vllam maculā mortalis, nec venialis furfures inuenire in eo possent. Ex hac farina mūdissima fecit panem illum Christus in cœna, quē in Ecclesia sui reliquit, alium vtiq; ab illo, quē Eua suis filijs reliquit. Si enim Euæ panē comedamus, peccamus; si verō panem Christi sumamus, viuimus. Quid est thus à Deo cum farina in Ecclesia offerri præceptū aliud, quā eius diuinitas cū Humanitate vnita in Christo? Vsq; ad valuas tēpli portabatur farina & thus separatim, tū demū miscebātur, quod mysteriū in aduētu Christi cōpletū est; sic nāque separatū humanū genus ab ipsa diuinitate fuit, vt illud in terris hic degeret, hæc verò in cœlis regnaret: at posteaquam in mundum filius Dei venit, statim sese Deus cum homine, & homo cum Deo vniuit. Quid est oleū, quo præcepit Deus farinā ac thus tēperari aliud, quā ille, quē in sanctissima Trinitate spiritū S. appellamus? Cōnexio

Leuit. 2.

Christus farina est similā.

runt. Filium Dei in oratione sua dicere *non rogo pro mundo*, tantundem est, ac si dixisset non pro arrogantibus inflatisque rhasonibus rogo, nec pro inuidis, nec pro luxuriosis, nec pro auaris, nec pro blasphemis; huiusmodi quippe homines paradisum nefas, & Infernum præcepta esse mea existimant. Qui possum rogare pro mundo, si quidem ne vnus quidem eius ciuis mihi notus est? Cùm ergo dicat filius Dei *non rogo pro mundo*, quisquis vitam suam, quo pacto ducat, inspiciat: pro qualitate enim vitæ suæ, scit quam partem in orationibus CHRISTI habiturus sit. CHRISTVS enim remunerator virtutum est, & Diabolus vitiorum. Quæso dic mihi cur pro peccatoribus oraret CHRISTVS, cæcatis demensisque in mundo, quorum tamen execratus Diabolus pater sit? Causa quare filius Dei in oratione sua dicat, *non rogo pro mundo* est, quia peccator prævaricator legis Dei est, amator mundi, seruus Diaboli; & quia seruus Diaboli eius est, & hospes Inferni. Dicit D. Bonauentura in vita CHRISTI quando Diabolus ad me decipiendum circuit, & ad incitandum ad peccatum, & caro me illi paulatim subijciat, & mundus suis amabilibus illecebris titillat, illicò in memoriam verbum illud CHRISTI reuoco *non rogo pro mundo*: & illius, *surgite adiudicium*, atque *ite in ignem æternum* memor sum. Posito tres memoratos amicos fortiores esse, quàm vt superari queant, nihilominus sunt hęc tria fortiora tela adhuc, quibus perfodi hi terni hostes possint. Nam si meminerimus verborum illorum trium, *non rogo*, *Pater*, *pro mundo*; item verbi, *mori*

Peccatores quid cogitare debeant

nemo

venite ad iudicium; & verbi, *ite in ignem eternum*, quis peccare, & quis de nocte securè somnum capere queat?

Præterea dicit Christus, *non pro illis tantum rogo, sed pro eis qui credituri sunt in me*, ac si diceret; O benedicte mi ac sancte Pater, nosti Ecclesiam meam se amplificaturam esse, & ad finem vsque mundi duraturam, ac proinde non solum rogo pro mecum accubantibus in hac mensa, sed etiam pro ijs, qui venturis temporibus in me crediturí sint. Ita quoque dicit Christus, *non rogo vt eos tollas de mundo, sed vt serues à malo*, ac si diceret. Tametsi Electi mei de mundo hoc non sint nec partem eius habeant, sed exosi à mundo, rogo te non velis eos tollere de mundo, sed eripere ab omnibus ijs quæ mala sunt. Litteraliter si loqui volumus, certè non petit hic filius Dei à Patre vt suos discipulos illicò ex hoc mundo tollat, partim quod in rebus ad perfectionem attinentibus nondum satis fundati essent; partim quod gentiles per illos iluminandi superarant, & si tum mortui essent cum Christo, adhuc vniuersus mundus conuertendus restaret. Theophilus ait: filium Dei ad Patrem dicere *non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo*: dico ego, benedictum os illud esse, quod eiusmodi verba est locutum, & benedicti illi, per quos conscripta sunt; per illa enim certificamur, tametsi duplò nequiores simus, nihilominus Dominum laborare, vt nos ad sui cultum propellat. Immensa illa charitas atque bonitas Dei mei ineffabilis inde colligi potest, quod dicat, *non rogo pro mundo*, & continuò subijciat *non rogo vt tollas eos de mundo*, quæ verba

ideo continenter sibi subiunxit, ne nos peccaremus in misericordiam Dei; & si forte in peccatum prolaberemur, non tamen in eo perseueraremus, nec desperaremus. Christū dicere, *non rogo pro iis qui sunt in mundo*, est horribile inprimis verbum: verùm continuò subsequens, vt non tollas eos de mundo, est consolatione plenissimum. Cùm enim non velit mundum bonis orbari, signum est quod velit mundum per eorum manus conuerti. Quando Deus mundum vniuersū diluuio demergere voluit, prius Noe saluauit, & in securo loco deposuit: & quando Sodomā & Gomorrhā voluit succendere, ipsi Loth montem excelsum designauit: & quando murmurantes Aegyptios in deserto voluit punire, præcepit Moysi ac Aaroh, vt in desertum abirēt; ita vt manifestissimū signū sit infensum esse, si nos bonorum societate destituat. Cùm Iudas se separaret à sancto discipulorum collegio, abijt eadē hora & se suspendit. Contrariū accidit S. Petro, quem tametsi Christus in peccatum prolabi sineret, non tamen faciem suam vnquā ab eo auertit. Quamprimum enim Petrus peccare destitit, eundem Christus respexit. Discipulus erat Iudas & discipulus erat Petrus: peccarat Petrus, peccauerat Iudas; alter quippe Christū vendiderat, alter negauerat: verùm dānatus Iudas, & Petrus saluatus fuit. Propterea verò, quod Christus præsens esset peccanti Petro, nō verò suspendenti se Iudæ voluit adesse. Tempore captiuitatis Babylonicæ, non modo multi peccatores abducebantur, sed ēt iusti multi nēpe Tobias, Daniel, Esdras, & Abdias, quos eò abiegauit Deus nō propter peccata cōmissa propria,

Christus S. Petro non Iudæ adfuit.

sed

sed propter consolationem peccantium. Quid malis & improbis fieret, si Deus eos societate bonorum priuaret? Propter bonorum merita conseruat Deus malos & impios, aliâs non permitteret, vt sol super illos inimicos suos scilicet oriretur ac pluuia irrigaret, sed terra sese aperiret, & bestiæ deuorarent, & iugularet diabolus. Gregorius ait; spem bonam peccatores debent concipere, si Deus eos bonorum consortio non destituat; quando enim malum à bono non seiungit, signum est illum per merita & manus boni à malo velle abstrahere, & ad bonum attrahere. Quare rogo te, ô Domine Iesu, ne me à bonis separes, nec bonos à me tollas, vt tametsi bonus non essem ex parte conscientiæ meæ, nihilominus præ pudore bonus manerem.

Perinde quoque considerandum est, Filium Dei non petere à Patre vt bonos ex mũdo tolleret, sed vt eos ab omni malo seruaret: ita vt in oratione nullius obliuiscatur nec imperfecti, neq; perfecti, siquidẽ rogat vt peccatores à iustis nõ relinquantur, nec iusti à peccatorib. opprimantur. Cùm S. Gregor. in oratione quadam dicat, *Deus qui nos in tantis periculis constitutos*, &c. & Apostolus *periculum in mari, periculum in terra*, dicat: itẽ propheta *hoc mare magnũ & spatiosum manib. illic reptilia quorũ non est numerus*, quare petit Dei filius à Patre vt nos seruet à malo, cũ tot mala in mundo sint? Malum profectò in mũdo esse debet, quandoquidem eius solius Christus mentionem facit: ita vt si hoc malum vnicum in mundo non esset, nec in altero infernus esset futurus. Irenęus inquit, vti in cœlis sanctus omniũ sanctorum est, qui Deus est, & vti in inferno malus omniũ

2. Cor. 11.

Psalm. 103.

Peccatum malũ huius mũdi causa inferni est.

malorum est, qui diabolus est: ita quoque malũ in mundo super omnia mala est, peccatum. Dic mihi, quæso, vbinam esset in mundo malum si peccatum non esset? Fames, sitis, frigus, lassitudo à nobis malè mala vocantur: ex se enim mala non sunt, sed tantum huius ingentis mali reliquiæ: nisi enim sciremus, quid peccatum esset, quòd parum quid fames, sitis, frigus, nuditasque essent sciremus. Ad liberandos nos è tam ingenti malo instruit nos orare Christus, dum verbis illis, *& ne nos inducas in tentationem*, subijcit verba sed *libera nos à malo*, & simili modo in oratione sua ait: *non rogo vt tollas eos à mundo, sed vt serues eos à malo*, ita à Domino nihil aliud rogare debeamus, nisi vt nos à peccato liberet, & ad suum cultum traducat. Quid rogas, ô Domine Iesu, Patrem tuum pro Electis; quid rogas, ô Deus meus, pro tuis discipulis dilectis. Non peto diuitias pro illis, caducæ enim sunt; non honorem rogo, quia sunt mera vanitas; vitam non peto, fragilis enim est, quietem non peto, quia in hoc mundo inueniri non potest: quod autem peto est, vt illos liberare à peccato dignetur: quippe diuitias maiores discipuli mei possidere nequeunt, si eorum cor purum è peccatis sit.

Præterea dicit Christus, *non pro ijs tantum rogo, sed pro eis qui credituri sunt in me*: ac si diceret, O sancte & benedicte Pater, non tãtum pro his meis discipulis rogo mensæ meæ accubantibus ac comedentibus, sed omnibus & singulis hominibus Ecclesiam meam ingressuris: vt quemadmodum in me per tuam sis essentiam, ego in illis per gratiam sim, omnesque ad perfectum amo-

amoſem pertineant. Ordinatè inprimis oratio- *Ordo orationis Christi.*
nem ſuam Chriſtus inſtituit. Primùm enim Patrem pro ſeipſo rogauit, deindè pro diſcipulis, tertiò pro fragilibus peccatoribus, denique pro naſcituris. Si tantum rogaſſet Chriſtus pro accubitoribus menſæ ſuę, quid omnibus factum fuiſſet adhuc in Eccleſia eius naſcituris? Auguſtinus inquit: per merita verborum illorum: *non tantum pro eis rogo*, talem nos Chriſtiani partem habemus in meritis vitæ eius, & tantum in effuſione ſanguinis ac orationis perfectione, quàm diſcipuli menſæ eius tum accubantes. O quàm præclarum verbum, ô quàm benedicta oratio à Chriſto cænæ tempore recitata eſt: *non rogo pro iſtis tantũ, ſed pro eis, qui credituri ſunt in me.* Tametſi enim nos Chriſtiani nunquam eum viderimus, nec vllum ſeruitium exhibuerimus, nihilominus eodem ardore Patrem pro nobis rogat, quo pro menſæ ſuæ tum accubantibus edentibusque rogauit. Filius Dei tanquam fundator Eccleſiæ, teſte Rabano, orauit Patrem ſuum pro omnibus, excepto quod quenquam excluſerit, aut oblitus eius ſit, atque ideo audemus illa tanto confidentius petere, quæ ad ſalutem animarum noſtrarum pertineant. Cùm enim quod fas eſt à Patre petat ipſe, ſanè non negabit nobis quod habet. Bene perpende, inquit Theophilus, non rogare hic Chriſtum pro credentibus vnum Deum eſſe, ſed ſolum pro credentibus in eum. Gentilis credit Deum eſſe. diabolus agnoſcit vera ea omnia, quæ de Deo dicuntur; ſolus Chriſtianus in Deum credit, ſiquidem omnia à Deo præcepta, opere complet.

Multi-

multi homines credunt vnum Deum esse, vti gentilis credit: credunt quoque opera Dei, vti diaboli: non tamen in Deum credunt, vt probi Christiani faciunt, siquidem Apostolus docet, fidem non cognosci ex verbis quæ loquimur: sed ex operibus quæ exercemus.

Quare concludit Christus orationem suam dicens, *vt omnes sint consummati in vnum*, id est, petit à Patre suo, vt omnes tum accubitores mensæ suæ olim, tum successores eorundem in Ecclesia Catholica, ad vnam traducantur fidem, ad vnum baptisma, ad vnam omnium charitatem.

Author de diuersis veteris legis sacrificijs agit, ac de vno noui testamenti sacrificio eiusque operatione.

CAP. LXVII.

Leuit. 2. *Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ conspersæ oleo & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum*, inquit Deus in Leuitico. Priusquam verò hoc declarandum suscipiamus mysterium, indicabimus quare iudaicum populum Dominus voluerit ist is mirabilibus sacrificijs, nouisque cæremonijs oneratum esse. Abulensis in Leuiticum ait. Deũ triplici de causa tam diuersa sacrificia cæremoniasque ordinasse; prima, quia in AEgypto Hebræi educati erant, atque ideo dediti idololatriæ, quare voluit vt cultum illum sibi non verò idolis deferrent. Secunda, vt ostenderet per illa sacrificia, figuratum verum illud sacrificium esse, quod filius eius fuit. tertia fuit, vt cùm tam diuersis sacrificijs dediti forent, tempus eis peccata committendi deesset, siquidem radix malorum omnium esset otiositas.

Ad-

Aduertendum hic est, septem diuersa sacrificia in veteri testamento fuisse, ad quæ omnia reliqua reuocari, & contineri possint. Primum sacrificium, holocaustum vocatur, quod summum omnium, preciosissimum & sumptuosissimum fuit: quippe Domino soli sine respectu alio offerebatur. Alterum pacificum sacrificium quod bellorum tempore fiebat, vt Deus aut pacem, aut felicem de hostibus conferret victoriam. Tertium fuit propitiatorium tempore famis aut pestilentiæ oblatum, ideo vt Deus conceptã iram, & immissam pestilentiam auferret. Quartum Põtificale, pro peccato sacerdotis factum, quippe sic existimabant, Deum à manibus Sacerdotis peccatis inquinati nullum sacrificium susceperum. Quintum regale, propter peccata Regis oblatum, quò Deus ei peccata remitteret, vt suam prudenter prouinciam administraret. Sextum porrò commune fuit propter peccata Israelitici populi factum, vt nimirum Deum illum protegeret, eiusque curam haberet. Septimum sacrificium particulare, quod pro singulis priuatim oblatum fuit, vt Deus tum præterita remitteret, tum gratiam ad futura vitanda porrigeret. Hæc dicta sacrificia, tum diuersis animalibus, tum cæremonijs perfecta sunt. In vno conueniunt omnia, quod ne vnum quidem ausi fuerint sacrificium peragere, nisi cum effusione sanguinis à mundo animali. Non sine peculiari mysterio dixit Apostolus, *non fit sanguinis effusio, sed remissio.* Etenim in veteri testamento nemo mundus fieri potuit nisi ante bestia mactata fuisset. Origenes inquit; totam animalis vitam in sanguine consistere: non verò in carne nec ossibus:

Septem diuersa sacrificiorum genera.

Sãguis anima est.

quam-

hostia: est mūdissima hostia: est panis purissimꝰ.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similа erit eius oblatio, & fundet super eā oleū, & ponet thus: inquit scriptura. Tria hic præcipit Dominus, nimirum oblationē debere fieri simila cum oleo ac thure, quæ facile inueniri, offerri, ac coemi poterant. Ambrosius inquit: quàm propēsus Dominus sit ad remittenda peccata nostra inde colligitur, qd' ipse sacrificia ea nobis ostēteret, quæ facere debeamus. Quid per purissimā farinā illā aliud significatur, quàm sanctissima filij Dei Humanitas? Hæc diuina farina sic cōmolita est ac purgata, vt tametsi omnes Angeli ad illam videndam confluerent, omnesq; homines apud eam purgandi essent, nihilominus ne minimū quidem granum peccati originis, nec vllam maculā mortalis, nec venialis furfures inuenire in eo possent. Ex hac farina mūdissima fecit panem illum Christus in cœna, quē in Ecclesia sui reliquit, alium vtiq; ab illo, quē Eua suis filijs reliquit. Si enim Euæ panē comedamus, peccamus; si verō panem Christi sumamus, viuimus. Quid est thus à Deo cum farina in Ecclesia offerri præceptū aliud, quā eius diuinitas cū Humanitate vnita in Christo? Vsq; ad valuas tēpli portabatur farina & thus seperatim, tū demū miscebātur, quod mysteriū in aduētu Christi cōpletū est; sic nāque separatū humanū genus ab ipsa diuinitate fuit, vt illud in terris hic degeret, hæc verò in cœlis regnaret: at postea quam in mundum filius Dei venit, statim sese Deus cum homine, & homo cum Deo vniuit. Quid est oleū, quo præcepit Deus farinā ac thus tēperari aliud, quā ille, quē in sanctissima Trinitate spiritū S. appellamus? Cōnexio

Leuit. 2.

Christus farina est simila.

ac vinculum amoris Patrem inter ac filium, permixtioque similæ ac thuris, nō erat aliud, quàm spiritus S. sic enim loquitur propheta, *vngit te Deus tuus oleo lætitiæ*: ita quoque locutus est Angelus ad virginem dicens: *Spiritus S. superueniet in te*. Quod propheta prius oleum, id Angelus deinde S. Spiritū vocauit: ita vt similia illa, quam ex farina aut polline thure atque oleo factam desiderauit Deus, nox aliud sit, quàm Christi humanitas, quæ per Patrem, Filium, ac spiritum S. perfecta sit. Quis sanctorum eiusmodi benè coctam similam non libenter offerret; & quis Angelorum ardētissimè non adoraret? Sacrificium olim à Deo petitum, non fuit illud, quod synagoga obtulit, sed quod modo catholica offert Ecclesia. Offerebāt enim similam ex fermento, putrido oleo, & inefficaci thure confectā; verùm simila, quàm modo nos Christiani illi offerimus, est ex humanitate ac diuinitate Christi conflata per operationem spiritus sancti. Non est æquum Christianum lectorem inexpensum relinquere, quod in vetere lege Deus præceperit vt manus plena farinæ, & totū thus offerretur: quod enim Dominus farinam sic mensurarit, significat Humanitatem ex se finitā esse; mensuram verò thuri nullā dederit, significat in diuinitate nihil reperiri quod principium vel finem sortiatur. Opera namque filij Dei quoad Humanitatem finita erant, sed oleū spiritus S. quo delibuta, quod in precio infinita fuerint, effecit.

Verùm ad propositum primi thematis reuenio, dicit textus. *Si oblatio tua fuerit ex sartagine similæ conspersæ oleo & absque fermento diuides eam minu-*

nuta-

nulatim, & fundes super eam oleum. Quisquis non credit sub his Iudaicis oblationibus magnum latere mysterium, ille caussam dicendi haber, Dominum aũidum cibariorum varij generis fuisse: siquidẽ initio capitis petiuit vt ei ex optimo oleo præpararetur cibus, & coqueretur in furno, & modo de nouo petat, vt sibi ferculũ prępararetur exoptima similа, tingeretur oleo, ac denique in frusta sectum, in sartagine torreretur in puro oleo. Quid est similа huius altissimi sacrificij aliud, quàm Humanitas quæ passa fuit? Quid est oleum aliud, quàm amor cũ quo moriebatur? & quid Sartago aliud quàm crux in qua moriebatur? AEternum Patrem similam petiisse in sartagine coctã, significat crucem in qua mortuus eius filius sartaginẽ fuisse, in qua sanctissima caro eius percocta est, & oleum, quo cum delibuta ac cocta similа est, amorem, quo nos redemit. Hæc dicendo non spero me errorem esse cõmissurum, præsertim cùm sciamus in S. scriptura ne verbulum quidẽ esse quod suũ mysterium non habeat. Proprietas sartaginis est, tametsi igni ipsi imposita sit, nullam tamen ab igni violentiam patiatur, aut deteratur. Deinde frigidi cibi ac vix comestiles, illicò in illa calefiũt, & sapidi ac comestiles reddũtur. Quid mors ac Passio Redemptoris nostri est aliud, quàm sartago quæ imponatur igni? Posteaquã enim S. Christi Humanitas igni fuit imposita crucis, nihilominus, quãtumuis tot tormentis atque opprobiis saturaretur & obrueretur, minimè in virtute defecit. Tametsi enim anima se separaret triduo à corpore, nõ tamen diuinitas à corpore vnquã separata fuit. Priusquam, teste

Similа est Christi humanitas.

Oleum amor.

Hychio, filius Dei sartagini crucis imponeretur, tam cruda caro ipsius fuit, vt comedi nequaquam potuerit; sed posteaquam ignis Passionis illam excoxit, nunquam nec in cælo nec in terra excellentius conuenientiusq; edulium comedi potuit.

Quatuor in oblatione illa sunt, ignis, sartago, oleum, farina.

Cyrillus alio modo id explicat, & dicit: quatuor in hoc sacrificio sunt, nimirum ignis, sartago, oleum, farina: hæc quatuor quoque in Passione Domini inuenta sunt nimirum ignis, quem Hebræi, vt ipse moreretur, struxerant: sartago crux erat, quam quærebant, vt in ea moreretur Christus: oleum, quod amor erat redimendi mundi, quo cum moreretur. Et denique farina, sanctissimam carnem eius significat, quæ inibi excocta fuit. O quàm præclara oblatio, ô quàm cibus perpetuus es tu ô fili Dei viuentis? Nam coctum, calidum, paratumque te ipsum in sartagine crucis exhibuisti, quo quilibet te frui, & nemo à tuo cultu se excusando posset subducere. Filio Dei dicente, *nisi manducaueritis carnem filij hominis*, quidam discipuli offensi, abierunt retrò & dixerunt, *durus est hic sermo*: sed posteaquam hæc caro in sartagine crucis elixata, tosta, coctaque fuit, dulcis gustui, sapida ad edendum, & ad fruendum vtilis fuit.

Ezech. 4. *Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam inter murum ferreum inter te & ciuitatem*, inquit Deus per Ezechielem prophetam. Quis amabò, vnquam audiuit aut vidit quid simile Deum per prophetã præcipere, vt sartagine pugnetur, & post sartaginem ad defendẽdum nos lateamus? Dic mihi ô Ezechiel, dic mihi, quid mali sartagine facere quis potest, siquidem nusquam mucronem

habet;

habet;&quomodo te potes post sartaginem abdere,siquidem vix ea caput potest cõtegere? Cupis exire ad pugnam,lãceam tecum assume;& si cupis te ab hoste defendere,clypeum arripe:sartago enim nõ est apta bellis aut cõgressibus, sed pro cibis parandis culinę accommoda. O sancta crux, ô benedicta sartago, in qua caro Dei mei tosta fuit, in qua Redemptoris mei sanguis profusus,in qua amor eius inflammatus est,concremata peccata nostra,& in qua vita eius finita fuit. Sartago Synagogæ & bello & paci inidonea; verũ ô benedicta crux, ô beata sartago tu illud es,quo superatus est diabolus,reconciliatus Deus,redẽptus mũdus,& cæli adaperti sunt. Quid possum melius inter te, & me, ô benedicte Domine, ponere, hac benedicta cruce ac sartagine? in qua terminasti vitam, tum ne ad te culpa mea propinquaret,nec ad me sua pœna transiret. Nõ crede,frater mi, non crede Deum præcepisse ,phetæ sartaginẽ poni inter te & vrbem propter suum cõmodum,sed propter significatũ:significabatur enim crux ac crucifixus, & quod inter Deum ac mundũ mediator futurus esset. O dulcissime Domine Iesu,ô dulcedo animę meæ!nũquid in sartagine dolorum tuorum,& oleo amoris tui omnia consumpsisti peccata nostra,ac tenerrimos artus tuos assauisti? In veritate cõsumasti ac abluisti omnia peccata mea,& tuã carnẽ aslasti,cùm in sartagine crucis diceres verbũ, *consummatum est*: ostendens te ibi peccatis nostris finem imposuisse,& pœnis tuis,iræ tuæ,perditioni nostræ,tuæ passioni,insciẽtiæ nostræ,& vitæ tuæ,

Declarat Author figuram ex veteri testamento, quo pacto Moyses septies altare vnxerit, & talem vnctionem figuram esse vnctionis in Humanitate Christi completæ.

CAP. LXVIII.

Leuit. 8. DIgito suo vnxit Moyses altare septies oleo vnctionis, inquit Scriptura in Leuitico, ac si diceret. Posteaquam in summum Sacerdotem Moyses fratrem Aaronem, filiosque eius vnxisset, etiam summum altare vnico digito septies vnxit oleo sancto. Cyrillus hic ait. Cùm nullum sit in sacra scriptura verbum tã exiguum, quod non plenum mysterio sit, maiore tamen semper cum cura illa sunt perpendenda; quæ de altari ac sacerdotibus dicũtur: siquidem illa in Christum diriguntur. Si textum accuratè expendamus, apparebit id quod vngitur, esse altare, vngiq; oleo sancto, & vno digito, & septies. Proprietas altaris erat, vt apud illud locarentur panes, ante illum arderent lampades, à lateribus candelabra essent, in altari ipso offerretur oblatio, inferius ad altare sanguis funderetur, ponè staret populus, ante penderet velum, suprà Cherubim consisteret, & circumquaque velaminibus ambiretur. Altare hoc ex lignis incomputribilibus factum erat, & solum sacerdotes propinquare audebant, nec in illud ascendere scalis poterãt, noctu & interdiu ardebant lampades, & alius insuper adhuc ignis, qui iugiter viuere & ardere debebat. Tametsi altare Synagogæ tot admirandis donatum fuerit priuilegijs, hoc tamen incommodum habuit vt, (cùm in eo omnes bestiæ mactarentur immolandæ Domino) tam sanguinolentum redderetur, ac si macellum lanio-

nionum esset, non verò altare Domini. Quis alius est verum altare, sanctum altare, immaculatũ altare, quàm filius Dei viuentis? In templo Synagogæ, teste Origene, alia res fuit altare, alia Sacerdos, & alia ipsa res offerenda: verùm in altari Ecclesiæ, est altare in quo sacrificatur, & sacerdos sacrificans, & ipsa sacrificanda victima, & ille cui offertur sacrificium, vnum & idem. S. Leo Papa dicit: In hac tã sublimi cæna, & in sanctificato altari est Dei filius altare, est cibus, est inuitator, est edens & edendus, est vnctor & vnctus, sacrificium & sacerdos. Quæ priuilegia habuit altare Synagogæ, quibus non maiora habuerit altare Ecclesiæ? Illud ex lignis Libani fabricatum erat, sed nostrum ex sanctissima Christi Humanitate compactum est: illud ex lignis putredinem nescientibus, nostrum verò ex carne peccatum nesciente: illorum alieno sanguinabat cruore, sed nostrum proprio Christi sanguine ablutum est. In altari illorum adimebatur vita bestijs: at in hoc nostro altari peccatoribus scelera remittuntur. Illud altare scandere nullis nisi sacerdotibus licitum, at ad nostrum omnes peccatores Mundi adire possunt: In illorum altari ardebat lux aut ignis, qui singulis horis extingui poterat: at in nostra ignis amoris feruet, qui nũquam deficere potest aut emori. O quàm benedictum altare, ô quàm magnificum, in quo quotidie offeruntur non mortuæ bestiæ, sed humana peccata; non vt approbes ô Deus ea, sed remittas, & offerantur omnia nostra inepta obsequia, non vt illa collaudes, sed suscipias; & merita tui dilecti filij offeruntur non vt de nouo suscipias, sed vt in totum mundum profutura di-

Altare immaculatũ est filius Dei.

Altari Synagogæ & Ecclesiæ cõparatio.

ra dispenses. Non habebat gradus altare synagogæ, quippe populus non nisi vnam essentiam Dei credebat, sed in altare Ecclesiæ catholicæ, quæ congregatio fidelium est, tribus gradibus ascenditur, nimirum dum essentiam quidem vnam credunt, sed Trinitatem in personis.

Digitus spiritus sanctus est.

Dicit quoque textus, altare synagogæ huius non nisi vno digito vnctum. Quis verò est hic digitus alius quàm spiritus sanctus? Hilarius de Trinitate ait: In tota Trinitate non nisi vnum brachium est, quod Pater est, de quo propheta ait, *& brachium meum confortauit eum.* non est quoque nisi vna manus, Filius Dei scilicet, de quo propheta similiter ait: *Filium meum es tu, ego hodie genui te*: & non est nisi digitus vnus de quo ait scriptura, *digitus Dei est hic.* Ad vnctionem & procreationem nostram digiti multi necessarij sunt, nimirum vt proauus auum, auus parentem, parens me, ego filium meum, filius meus nepotes meos progeneret: ad generationem Christi verò non nisi digitus vnus accessit qui fuit persona Spiritus sancti. Augustinus inquit: cùm generator tantum vnus est, & generatus vnus; cùm generatrix vna solum & genitus vnus; & illud, propter quod genitus cùm vnum tantum sit nimirum mundus, quare digiti ergo plures vno essent, qui spiritus S. fuit?

Brachium Trinitatis.

Manus Trinitatis.

Christus vnctus septies est.

Perinde & textus dicit altare vnctum digito nō semel sed septies. Christum septies vnctum quid aliud significat q̄ illi septē dona spiritus S, da-

S. data esse? Hic considerandū est, in omnibus sacrificijs quæ offerebantur seu boum & vitulorum, seu columbarum, ouium, caprarum, semper altare tinctum sanguine fuisse, excepto Aarone in summum sacerdotem vncto: oleo quippe tantum vngebatur: peculiare vtique latet hic mysterium. Vti enim omnia sacrificia propter ablationem peccati hebræorum peragebantur, cum effusione sanguinis, siquidem, teste Apostolo, *sine sanguinis effusione non fit remissio*: ita quoque opus non erat sanguinem effundere in sacrificio, quod repræsentaret Christum, siquidem in Christo ne vnicum quidem peccatum fuit. Quare altare Humanitatis Christi vngeretur sanguine, siquidem non modo peccatum in illo non fuit, sed etiam in illo peccata omnia totius mundi tollenda essent? Profectò si deuotus lector hanc figuram bene intelligere vult, debet nomen Moysis commutare in Patrem & Aaronis in Christum: altaris in Humanitatem; vnctionis in dona, sanguinis in aquam baptismi, & nomen digiti, in spiritum S. & tum clarissimè inueniet, quàm benè veritas cum figura spiritus cum littera conspiret.

Vlterius textus dicit, *Vngit altare cum omni supellectili sua*, ac si diceret: Posteaquam Moyses destitit vngere altare oleo, omnia quoque vasa in ministerio sacrificij ac cultus Dei visitata, perunxit. Nemo ludicrum putet, tum temporis non modo altare, sed omnia vasa vncta sacro oleo fuisse. Illo namque nobis sublime aliquod priuilegium detegitur,

gitur, quod Christus & nemo alius vsurpauit. Altare enim synagogæ & quæcunque ad id pertinent oleo sancto peructa fuisse, nihil aliud significat, quàm in Humanitate rem nullam fuisse, quę spiritu sancto repleta non fuerit. Quare enim Christum sanctum sanctorum vocamus, nisi quia eius vnctio multò sanctior omnium Sanctorum vnctionibus fuerit? Quando Ecclesia vngit Creaturas Chrismate & oleo in baptismo, tunc solum vngit animam originali culpa deformem, à qua tam perfectè anima vnctione mundatur sanctificaturque, vt si statim ex vita egrederetur, gloriâ quoque ingressura esset certissimò. Sed væ nobis miseris, quib. tametsi in baptismo vngatur anima, remanet nihilominus memoria nostra nõ vncta; siquidẽ nos multò mirabiliora ipso Deo memoria teneamus. Voluntas non vngitur, quando amorem nostrum procul à Deo auertimus: cor nostrum non vngitur, quippe qui alij illud, quàm Deo damus. Et quid de nostro corpore dicemus, in quo nullum membrum est, quod vnctum non sit. Oculi enim mei non nisi vanitatem respiciunt; aures meæ leuitates inaudiunt: lingua nõ nisi mendacia concinnat, mea membra non nisi lasciuiam exercent; manus meæ non nisi rapiunt, corradunt, congerunt. Et de tali corpore quis non diceret mortuum omnino esse, non vnctum? Quando Apostolus lacrymantibus oculis dixit. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*, putasne mi frater, eiusmodi eum verba locuturum fuisse, nisi eius potentiæ sacro oleo perunctæ fuissent? Vti fidelis Mater, vngit nos nascentes Ecclesia, &

8. Chrismatis efficacia.

Rom 7.

mori-

morientes extrema quoque vnctione delibuit. Prior vnctio ad nos iuuandos fit, & altera ad purgandum à peccatis commissis. O quàm non necessarium filio Dei fuit tam sæpè ab Ecclesia inungi: nam in instanti Incarnationis eius, non modo altare sanctissimæ animæ eius vnctum fuit, quò continuò diuina essentia frueretur, sed ét omnia membra sanctissimi corporis eius peruncta sunt, vt ne sese possent inquinare peccato, & à Deo separare. Illa verba, *vngit altare cum omni supellectili*, non de alio quàm Christo dicta sunt; & in nemine alio, quàm Christo impleta. Vti enim Spiritus sanctus in eius corpore nihil quod non sanctificaretur reliquit; ita quoque nulla potentia nec in corpore nec anima fuit, quàm nostris vsibus non adaptaret. De Christo multò melius, quàm Moyse dicere possumus *vngit altare cum omni supellectili*: pedib. enim adijt altaria, manibus ægrotos curauit, lingua prædicauit populo, & corde ipso peccata remisit.

Vnctio corporis Christi inquinamentum peccati illi abstulit.

Finis Sexti verbi, quod filius Dei in eum locutus est.

D. PETRI VELEZ DE GVEVARA, IN VLTIMVM VERBVM A FILIO DEI IN cruce prolatum,

PROLOGVS.

IT*erum clamans Iesus voce magna ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Cùm tribulationes ac pericula homini quotidiana sint, melius remedium nescio, nisi pro sola anima sollicitum esse, cùm accessorium (quod corpus est) nihilominus suo cursu decurrat. *Scio quod morti trades me, ubi constituta est domus omni viuenti*, dicit Iob, ideo obsecro te vt propitius mihi ac clemens sis. Cùm mors debitum eiusmodi sit, quod quiuis hominum exsoluere habeat, neque illam possit effugere, quid mea interest, inquit Seneca, siue cæsim, siue punctim morti tradar: non enim ego primus ero nec vltimus, sed vti omnes sequor qui me præcesserunt, ita omnes illi me sequentur, qui mihi succedunt. Quod quispiam se liberare ab hac necessitate cupiat, tantundem est, atque si id quod ineuitabile esset, euitare vellet. Quam CHRISTVS cum necessitatem sensit, voluntatem suam patris voluntati conformauit, & pro spiritu rogauit, de corpore autem non fuit sollicitus. Pro ratione exempli huius Dominus rogandus à nobis non est, vt nos à periculis vitæ mortisque præseruet, sed vt nos deducere velit ne eum offendamus, & infernales pœnas fugiamus. Certum est quemuis iustum liberum ab inferno futurum, à morte verò nequaquam: quandoquidem ipse vitæ dator à morte liber non fuit. Posteaquam enim incar-

Iob. 30.

incarnatus fuit, licet non exspirasset in cruce, alio tamen modo concessisset naturæ, eiusque debitum persoluisset. Quæ cum ita sint, magna esset stultitia, si illi vellemus rebellare, ad quod diuina voluntas nos stringit; nimirum vt ambulemus viam illam vnicam, per quam salutis portum teneamus: sed magis obliuisci nostrum est temporalium, eaque remouere, & considerare æterna ac consectari: imò quotidie voluntati nostræ mori quantum ad mundum attinet, & animam Creatori commẽdare, quò illam sursum sua manu deducat.

Hactenus nõ nouimus hominem qui in hac vita suo intellectu assequi potuisset, quæ via sit quam anima eius ingressura est, atque ideo quoad viuimus, præsertim verò cùm aduertimus quod à corpore nostro dirimi velit, eam illi commendare, qui ad suam imaginem eandem creauit, debemus. Cùm ipsum corporis esse & operari in anima consistat, eademque anima corpus omni sensuum officio destituat, quid interest corporis bene aut malè esse, cui vtique perinde est siue à vermibus consumatur, siue à coruis laceretur, terra aut cœlo tegatur aut non, si consideret sepulturas non in mortuorum sed gratiam fieri viuorum? Animam curare eiusque salutem nocte & interdiu quærere debemus, & non negligere.

Sed ad propositũ reuertendo, non est existimandum Christum Patri se ex timore cõmendasse, cùm enim innocens & peccati expers fuerit, nullum tormenti genus habuit timere. Quod verò Patri animam vt homo commendarit, ostendit se vt verum hominem mori, nec tamen solum hominem, sed vt Deum & hominem. Deinde exemplum nobis dare voluit, quo modo nos debeamus gerere, si quãdo illud timendũ mortis iter nobis calcandum sit: nec alio auxilio aut solatio instructi simus, nisi

vt

vt pretiosam & Christi sanguine emptam animam, summo cum ardore animi omnipotenti Deo commendemus, vt illam ab omni periculo conseruet. Profectò quod Christus, tametsi filius Dei esset & ipsa iustitia animam suam commendare cœlesti Patri debuerit, magnopere admirandum est, & non dubitandum magnum sub eo mysterium delitescere. Vti amor Christi erga nos adeò magnus fuit, vt omnia nostra negotia sibi imponeret, & pro propriis haberet; ita quoque omnes animas à se redemptas proprias iudicauit: vt cum Patri commendaret animam suam, iudicaret se pariter eidem omnes aliorum animas commendasse: adeò vt quidem animæ propriæ sollicitus, aliorum tamen animas nimirum Christianorum suorum, non fuerit oblitus. Caput & membra; membra item ac caput, non nisi corpus vnũ efficiunt, & in vno corpore non est nisi vna anima. Christus est caput nostrum, & nos illius membra sumus: adeò vt ex Christo eiusque Ecclesia, spiritale mysticumque corpus confletur, cuius animam Christus in ligno crucis suo Patri commendauit.

1. Cor. 6. *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo*, inquit Apostolus, qui Patri suo voce clarissima spiritum suum commendauit. Nemo altè clamare solet, nisi grauissimum dolorem sentiat. Sanè magnus dolor fuit quem Iudæi Christo in corpore intulerunt, verùm multò maior fuit dolor, quo spiritum ipsius per ingratudinem afflixerunt. Magnus ille dolor atque amor esse solet, qui cogat homines sua infortunia clarissima voce deplorare: Magnus fuit amor, quo cum Christus ex hoc mundo abiit: ardens fuit voluntas, qua Patri suo in mortem vsque obediuit: magnum fuit beneficium, quod morte sua tot animas ab æterna morte liberauit: magnum fuit gaudium, quod in mediis tormentis extremæ vitæ suæ habuit, cùm videret tot animas quæ

antè

antè sine cognitione veri Dei errauerant, & quorum vulnera oleo misericordiæ, & vino iustitiæ sanauerat, roseo suo sanguine redemptas; non propter merita nostra, sed ex mera sua misericordia. Et cum hoc ardore charitatis, gaudiosum clamorem edit: & cum hoc gaudio, in amore ipso accenditur: imò quod maius est & inusitatum auditu, imò incomprehensibile intellectu, hominem vno eodemque tempore, lærum, iucundum, tristem ac mœstum esse, & amare simul ac odisse. Nam odium cæcitatis cui infixi Pharisæi, causa amoris Christi fuit, illiusque desiderii quo eos cupiebat illuminatos: contrà verò amor illos integros videndi odium propter ingratitudinem effecit. Ex hoc odio amor natus est, & hunc amorem mors insecuta, & mors ipsa gaudium peperit: quia fructum illum qui mortem eius secuturus esset, conspiceret.

Et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum, dicit Redemptor per Prophetam Dauidem. *Et nunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te.* Profectò magnam causam habuit filius Dei querendi, quod anima eius angustiata, & spiritus eius afflictus esset. Aliis Martyribus mortem tantũ irrogare cupiebant; & tametsi illis aliquod tormẽtum imponerent, non tamen fiebat alia de causa, nisi vt ante mortem suam adhuc se conuerterent, illorũq; impia præcepta sequerentur: adeò vt si eiusmodi Martyres idola adorare voluissent, ab eiusmodi pœnis tormentisque liberati omnino fuissent: verùm benedicto Domino ideo tormenta ac pœnæ impositæ sunt, quo mortem illius extraherent, & tormenta quo diutius eo magis sentiret, vt si certificati fuissent illum ex eorum manibus non elapsurum, voluissent in hodiernum vsque diem viuum adhuc in crucis tormentis torqueri, quo sic eorum sanguinolentus & vindictæ cupidus animus exsa-

Psal. 142.

Baruch. 3.

exſatiaretur. Putaſne frater mi benedictum Dominum Ieſum cauſam habuiſſe petendi auxilium & dicendi ſe diuerſiſſimis anguſtiis circũuallatũ eſſe? Putaſne illum qui tam breui tempore ſe ab Apoſtolis relictum fatebatur, eglectum ab amicis, negatum ab affectis, perſecutionẽ paſſum à Sacerdotibus, ſupplicio à populo ſuo affectũ, & à ſuis hoſtibus condemnatum cauſam querendi habuiſſe? præſertim cùm videret paucis diebus antè ſe cum triumpho exceptum, ipſiſque ſubſtratis veſtib. honoratum, at modo in montẽ Caluariæ ad crucifigendum educi. Qui antè clamabant, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, iidem illi clamant modo, *Crucifige, Crucifige*. Illi qui tot annis antè ab illo in deſerto ſuſtentati erant, mortẽ rependendo grati ſunt, quam optimè in vſum ſuum conuertere potuit, vt victor eſſet omnium & exſpoliaret limbũ, & tot bonorum animas ex eo liberaret; itẽ æternã vitam in mundum vniuerſum diſpenſaret, quæ optima præda huius fuit victoriæ. O quàm noua hæc pugnæ ratio fuit? ô quam inuſitatus hic triũphus? ô quis vnquam de huiuſcemodi victore audiuit? Quis vnquam occiſum triumphare vidit, victum vincere, viuum victis ſe tradere, illumque fugiſſe qui hoſtes ante pedes ſuos vidit procumbere? Nos homines illum victorem ac triumphatorem iudicamus, qui ſanguinem in ſuo corpore retinet; verùm in hac pugna quam Chriſtus cum ſuis inimicis iniit, erat effuſio ſanguinis glorioſæ cauſa victoriæ, vt cùm ſe vinci ſineret, efficeret vt nos omnes illius vexilli ſequaces, victores ac triumphatores eſſemus. *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*, inquit Apoſtolus, Vt quod abiectiſſimum, infirmiſſimumq; apud Deum eſſe poſſet, multò fortius, efficacius, ac potentius ſit, quam omnis dæmonum fortitudo ac potentia,

1. Cor. 1.

Hæc

HÆC QVATVOR CAPITA, AVCTOR IN SEPTIMI VERBI EXPLICATIONE SCRIPSIT, morte præuentus, Domino illum ex hoc ærumnoso Mundo vocante.

Deum solum & verum consolatorem esse, & quomodo pro Synagoga Deus vltionum fuerit, Ecclesiæ verò se Deum misericordiarum exhibuerit.

CAP. LXIX.

BENEDICTVS *Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra,* inquit Apostolus. 2. Cor. 1. Sublimiter Apostolus hic eleuat sublimitatem atque infirmitatem Dei, Patrem enim illũ nominat, & Deum misericordiarum vocat illũ Deum, & quidem Deum consolationis, & quod plus est, illum solatium suum non sibi soli reseruare, sed eodem nobis succurrere in tribulationibus nostris. O quàm benedictus Apostolus est, quod eiusmodi verba locutus sit: ô quàm benedictus Deus de quo dixit: ô quàm benedicti nos Christiani sumus, quorum causa ea dicta sint: ô quàm benedictus est Christus, cuius meritorum causa dicta sint. Quæ sublimiora verba, quæ præstabiliora, quæ iucundiora dici possent, his ipsis? Nam per ea, Deus se commutat in Patre ex iudice in Aduocatũ, ex Domino in fratrẽ se trãsformat, ex vindicte cupido benignum, ex rigido misericordẽ, & ex inuisibili facit visibilem. Tu mei misereri potes, & ego vicissim

tui

tui; tu me consolari non potes, & ego te: sed quis misereri omnium, nisi solus misericordiæ Pater potest, & quis cõsolari omnes, nisi totius consolationis Deus potest? si ægrotem, alius sanitati me potest restituere; si nudus, alius me vestire; si afflictus, consolari me alius potest: sed quæso, quis in omnibus meis tribulationibus ad me consolandum sufficeret, præterquam Dominus iste, *qui solatur nos in omni tribulatione nostra?* Qui per Psalmistam ait, quod *consoletur nos in omni tribulatione nostra*, à quo vnquam inuocatus est, cui præsto non fuerit? *Pater Domini nostri Iesu Christi* ille est, qui vocanti aperit, & quando iusta petuntur concedit. Per partes minutulas homines aliquid nobis dare possunt de suo gaudio, & de suis voluptatibus mundus; sed solum ille, qui *Deus est totius consolationis* nos iuuare in omnibus necessitatibus potest, & in angustijs consolari.

Considerandum bene est Apostolum non dicere, *Deum consolationis*, sed *totius consolationis*, ostendens omne illud solatium per manus eius non veniens, aut vanum esse, aut falsum aut imperfectum. Commiseratione digni sunt homines illi dicentes, eamus deambulatum ad aquas, aut in hortis nos oblectemus. Docent enim eiusmodi homines, magis se idololatriam exercere, quàm se recreare, si quidem totam penè felicitatem suam & quietem in virescentibus pratis, in fluentibus amnibus, & inflorescentibus arbustis & compotationibus ponant. Seneca inquit, nemo existimet solatium in eo consistere quod vident oculi, nec quod aures audiunt, aut contingunt manus, aut olfactus percipit, sed solum in eo, quod cor petit; nemo quippe in-

Solatium à sensibus petinon potest.

pe inuenire quietem, nisi cor eius quietum pacatumq; sit, potest. Omnis generis edulijs delectatur gustus, & perpulchris rebus oculi: aures gratiosa musica, & mollibus teneriſque tactus recreatur: sed quid faciet cor meum quod neque in cibis gustum habet, nec gaudium in Musica, nec in visu quietem, nec oblectamentum in tactu? Ecclesia in sacrificio Missæ dicens *sursum corda*, quid aliud significat, nisi vt cor nostrum eleuemus ad Deum, siquidem nullum solatium perfectum in hac vita haberi potest? Omnes impij ad Deum fortè dicent vt gloriam suam sibi reseruet, si modo ipsi in terris hic aliquod perfectum solatium possent inuenire quod cum esse nequeat, quantumlibet malus sit, nihilominus paradisum suspirat. Hęc omnia propter verba illa Apostoli locutus sum, Deum scilicet, *totius consolationis Deum esse*. Qui posset aliquis in hac vita habere solatium, nisi id Deus totius consolationis conferret? Hector inter Troianos proceres facile primus fuit, Cæsar inter Romanos; & in Asianis Imperium Alexander habuit: nihilominus CHRISTVS multò maior fuit Dominus in Ecclesia sua. Omnes enim Principes Domini Rectoresque suarum vrbium erant: at filius Dei Deus totius consolationis est dator. Quod potest maius esse gaudium, quàm illi adferre gaudium, quem diligis: & quæ maior quies esse potest, quàm si illum ad quietem promoueas cui inprimis faues? Sibimetipsi Deus, sibimetipsi reseruauit hunc thesaurum, & hanc gloriam, quod nimirum *Deus totius consolationis sit*, vnde est, vt si nollet exhibere quod potest; nec communicare quod

Omnes beatitudinem speramus.

habet, ne vnus quidem iustus victurus esset, nec vllus Angelus beatus futurus. Quod si quis Dominus esse posset nō solū multarum regionum, hominū, bonorū, sed ēt omnis gaudij ac solatij, ô q̄ conaremur ea assequi? Oēs hēs voluptates sequuntur, gaudiaq; conquirunt, sed prō dolor cōquirunt, in domo Dei illius, qui miseria dicitur, ac mundus est; & Deum consolationis, qui Deus verus est, relinquunt. Bern. inquit: ô quātum solatiū bonis est, quod illum pro Deo Dominoq; habeāt, qui Dominus sit, ac *Deus totius cōsolationis?* cùm .n. Deus cōsolationis sit, nō est cogitādum, quod solatium suis cōmunicaturus nō sit. Nā si illis nō immittat desolationē se offendētib. quis dubitaret desolatos ab eo relinquēdos eū iugiter colētes? Cæterū quod dicat Apostol. Deum nostrum nō tātum cōsolationis; sed ēt Patrē misericordiarum esse, magni vtiq; facere debemus, illiq; maximas grates referre. Etenim nō tā diu se Deum vltionū vocauit, vti modo Patrē misericordiarum. Ambr. inquit: quod melius nuntium possemus accipere, q̄ meliorē nobis donationē posset Dominus facere, quàm quod seipsum donet in Patrē, filium in fratrem; Spiritum S. in directorē, Ecclesiā in Matrē, in medicinā Sacramēta, mortē in remissionē, sanguinē in Redēptionē? Isychius ait: vide & attēde subtilitatē S. scripturæ, cū. n. de misericordia loquatur, nō vocat *Deū misericordiarū, sed Patrē misericordiarū*: & cùm de iustitia, nō vocat *Patrē vltionū* sed *Deum vltionum*, officium enim Patris est remittere. Prophetæ verbum illud, Deus, vsurparunt valdè sæpè sed parum illud ipsum in cōmodum suū traduxerunt; cōtrarium autē Christus

Deus quidam miseria vocatur.

fecit

fecit: ille .n. nomen *Pater* ad vsum suum conuertit, & rarò nomen *Deus* vsurpauit, ostendens iam nunc consummatum fuisse tempus iustitiæ, & tempus misericordiæ iam affulgere. Isidorus inquit, ò æterna bonitas, ò profunda sapientia, quare tuæ infinitæ misericordiæ diffiderem, siquidem tu Pater meus es, & Pater misericordiarum. Diffidant tibi gẽtiles, quippe qui nõ credant in te: diffidant impij, nam tibi non seruiũt: verùm in te ego spẽ ponam cum tibi seruientibus & te diligentibus: tametsi .n. tibi omnino seruire non possim, tamen enitar vel maximẽ, ne te offendam. Anselmus ait, A quo die te ò Domine Iesu dicentẽ audiui, *Pater ignosce illis*, & ab Apostolo accepi: *Pater misericordiarũ*, tametsi me mala mea perturbent exterreatque conscientia ac praua vita, nihilominus magnæ tuæ misericordiæ memini. Ab illo .n. die, quo factus es homo, illicò cõmutasti nomen tuum, nẽpe *Deum vltionũ* in *Patrẽ misericordiarũ*. O quàm præclara permutatio, ò quã nobilis illa vicissitudo est, nimirum quod nomen Patris in Dei nomen transmutes: & nomen iustitiæ in misericordiæ: & nomẽ Creatoris in Redemptoris, quæ nomina omnia permutasti, cùm in cruce pendeeres & pro me torquereris. Aug. inquit: dic mihi, ò Domine Iesu, dic mihi, ò magne Redẽptor, posteaq̃ nomen *Dei vltionum* in Patris misericordiarum cõmutaris, quæ non admiranda exorsus es quæ opere ipso non consummaueris; & quænam grauia peccata vidisti, quæ non remiseris? Cùm te Patrẽ misericordiarum vocares, remisisti Matthæo vsuras, vanitates Magdalenę, adulteriũ Samaritanæ, negationẽ Petro, Apostolis fugã, & hostib.

occisionem tui ignouisti. Transacto tempore, Dei vltionum, inquit Irenæus, & acceptabili tempore, Patris misericordiarum propinquante, quæso miserere mei, ô magne Deus Israelis, miserere mei, roburq; mihi contribue, tuamque gratiam salutis adipiscendæ cõmunica. O Pater misericordiarum, ô Deus totius consolationis, da mihi gratiam, quò anima mea inaudire queat verbum *Pater ignosce illi*, vti Synagoga à te audiuit, *Pater ignosce illis*. Quid enim mihi prodest, te tum temporis Hebræis ignouisse te occidentibus, nisi modo quoque te offendentibus ignoscas? Sit Filius, sit Peccator, perinde est, tã benè Ecclesiæ affinibus, quàm Synagogæ filijs debes agnoscere. Erãt Synagogæ alumni filij Dei vltionum, sed nos filij Patris misericordiarum sumus. Augustinus in confessionibus ait: O Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, cùm verum sit me illis tibi vitam adimentibus fauere, quare non æquè mihi atque illis peccata ignosceres? Tibi ô æterne Pater confiteor culpas meas, tibi ô benedicte fili peccata mea omnia detego. Licet enim præsens non essem cùm Iudas te venderet, adfui tamen cùm Hebræi te crucifigerent; & licet illi clauis te cruci affigerent, nihilominus eidẽ ego te meis culpis affixi. Ansel. inquit: ô dilecte Domine Iesu, ô salus animæ, quid te cruci aliud imposuit, præterquam amor, quem mei redimendi habuisti? & quis alius vitam ademit, quàm peccata mea? & per quid aliud vitam nisi per tua merita obtineo? O Pater misericordiarum, cùm verum sit te per mea peccata vitam perdidisse, & me propter tua magna merita animam recepisse, putasne te medio-

Hebræi filii Dei vltionum.

mediorum satis habere ad ignoscendum peccata mea, & adiuuandum animæ meæ? Bernard. inquit: O Creator omnium, ô Redemptor peccatorum meorum, coram te, ô Deus meus compareo, & tibi, ô mi Domine, me repræsento, non illa specie qua me creasti, sed ea, in qua inuentus à te sum cùm me redemisti. Fecisti me secũdum imaginem tuam, sed omnibus peccatis me oneratum inueniſti. O Pater misericordiarum, ignosce mihi omnia peccata mea, ego enim factura manuum tuarum sum, ignosce mihi, sum enim vnus filiorum tuorum; & cùm flexis genib. te rogem, dicamq; *tibi soli peccaui*, æquũ est, vt tu, ô Deus meus, illo *misereatur tui* mihi respõdeas.

De discrimine inter Testamentum Christi & Dauidis.

CAP. LXX.

NON *deduces canitiem eius pacificè ad Inferos.* Proximus morti Rex Dauid accersiri iubet Salomonem filium ad se dicitque illi, meministi forsan mi fili, quæ fecerit Ioab Princeps exercitus Abner & Amasæ, atq; ambos innocẽtes occideris, quare præcipio tibi, ne ipsius canos cum pace deducas ad Inferos. Sic facies Semei filio Gera, qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad castra. Et vti Dauid hæc præcepit, sic diligentissimè ea Salomon executus est: quippe qui nõ hosce duos solum, sed quatuor occidi curauit, nempe fratrem Adoniam, Principem exercitus Ioab, Semei, & Abiathar Sacerdotem. Non habuit in toto regno suo Dauid fideliorem exercitus Principem ipso Ioabo, nihilominus magis ad aliorũ iniurias quã ad sua respexit obsequia ab illo præstita. Nisi

3. *Reg.* 2.

Testamentum Dauidis Regis.

Dauid tantus amicus Dei fuisset, nos certò testamentum illius scandalizaret. Loco namque remissionis quam in testamentis suis alij homines hostibus solent facere, Dauid in suo testamento vt alijs vita adimeretur præcepit. Certissimò statuendum est, Dauidem cum tantus amicus Dei esset, antè cum Deo consilium iniisse: quippe in eiusmodi agone mortis ac terrore magis necessarium erat, fateri peccata, quàm internecionem hostium suorum mandare. O quàm discrimen inter Testamentum Dauidis & filij Dei est: siquidem Dauid in Testamento alterius mortem fieri debere præcepit: filius verò Dei in suo Testamento propriam mortem remittendam inferentibus mandauit. O quàm felices nos Christi hæredes sumus, ô quàm infelices Dauidis posteri, quod ex mandatis vtriusque & testamentis factis colligere est: Dauid quippe spiritum suum, dicendo *Fili ne ignoscas illis*, reddidit: at Christus dicendo, *Pater ignosce illis*. Dauid trucidari Ioabum præcepit, tametsi illum non læsisset, & filius Dei præcepit ignosci illis, qui vitam ademissent. Discrimen inter bonitatem vnius amoremq; alterius fuit, quod Dauid noluerit vel Ioabo vel Simei ignoscere, peccatis iam obliuioni datis; verùm benedictus Dominus Iesus ignouerit Hebræis, in flagranti crimine etiam tum existentibus. Qui possent vulnera ignoscentis recentiora esse, & flagrantia Iudæorum crimina nouiora? siquidem crucifigebant illum, ille verò continuò pro crucifigentibus Patrem orabat. Aymo ait: Habeat sibi testamentum suum Dauid, ego testamento illi à Christo Domino in cruce condito adhærebo.

Quod sit discrimen inter testamentum Dauidis & Christi.

Alter

Alter namq; delinquentes ad trucidandum conquirebat, alter verò peccata ad remittendum. O quantum discrimen est, cadere in manus inquit Augustinus, Domini, quàm in manus hominũ; quod euidentissimè deducitur ex morte Dauidis regis, & filij Dei, in qua alter suos inimicos trucidari iussit, alter verò ignosci inimicis suis rogauit. Nõ inuideo, inquit Hugo, Salomoni ideo quod regnũ illi Pater relinquat, quippe regnũ hoc ei cũ cõditione trãsmittit, vt statim à morte sua iugulationes atq; homicidia ordiretur. Mortuo nãq; Dauide, & orãte in tẽplo Ioabo misit Salomon occisorem eius: ita vt priusquam Dauid inferretur sepulchro, misero Ioabo anima ex corpore reuulsa fuerit. Non tales clausulas ò Domine Iesu in tuo testamento fecisti: quippe in extremo halitu crucis non præcepisti posteris tuis atque imitatoribus vt occiderent sed ignoscerent; & non vt hominibus vitam adimerent, sed illis iniurias acceptas remitterent: ita vt Synagoga domus fuerit vltionis & inimicitiæ: tu verò ex Ecclesia domum pacis & remissionis feceris. CHRISTVS ipse degentes in vsuraria domo flagellauit, idemque eis, in domo indulgentia existentibus ignouit, Vnde collige illum incolam domus eius non esse, quisquis iniuriarum vltionem meditatur. Ostendit CHRISTVS se filium esse Dauidis, erat quippe, vt ille, benignus; non tamen se vindictæ cupidum, vt ille ostendit. Cùm enim in cruce moreretur, nullum peccatum indimissum reliquit, nec hæredibus suis iniuriam vllam vlciscendam legauit. Quod si [illegible] erinde CHRISTVS

præcepisset iniuriarum & contumeliarum vltionem ab Hebræis illatarum, vti Dauid præceperat, impossibile fuisset omnes eius vlcisci iniurias, quippe peccatores abundabant peccatis, & martyrio afficiendis tormenta deerant.

De discrimine sanguinis Christi, & Abelis, & quàm diuersimodè vterque vltionem poscat.

CAP. LXXI.

Hebr. 2. *Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel*, inquit Apostolus ac si diceret; Beati sumus nos in Christum credentes, suscipientesque Euangelium, siquidem per illius mortem redempti sumus, & per eius roseum sanguinem liberati. Et quo precium sanguinis pluris faciatis, scitote illum coram patre melius clamare ac loqui, quàm sanguis Abelis loquatur, qui clarissimè iustitiam exposcat, verùm sanguis filij Dei, misericordiam precetur. Hieronymus ait: Admodum sublimiter Apostolus Christi sanguinem depinxit, cuius maximum precium ac merita non voluit comparare sanguini veteris Testamenti, sed sanguinem iusti primi in mundo existentis, sanguini sanctissimi cœlum occupantis comparauit. Origenes inquit. Malè fecisset Apostolus, si sanguinem vitulorum ac boum testamenti veteris, cum sanguine Christi contulisset. Nam sanguis talium bestiarũ non nisi ad cõmaculandos gradus seruiebat, verũ sanguis Christi purgat peccata, animasq; sanat. Primus sanguis, quo Deus offensus, fuit sanguis Abel; & primus sanguis quo Deus placatur, sanguis Christi fuit; & quod mirandũ inprimis est, sanguis Abelis nõ nisi illimetipsi profuit, verùm sanguis Christi profuit, vniuer-

vniuerſo Mundo. Quis poteſt, hoc tempore inueniri ſanguis, teſte Ambroſio, ſanguini Chriſti comparabilis? ſiquidem ſanguis Abelis tantum ad offendendum non verò placãdum ſeruiebat, quippe qui per eum vitã perdidit, vt animã frater. Cęterũ ſanguis, quem tu, ò Domine Ieſu pro me effudiſti non ad offendendum, ſed placandũ erat; aptiſſimus quippe qui Patris iram lenijt, tibi vitam ademit, & animam meam liberauit. Sãguis Chriſti ſanguis eſt, & ſanguis Abelis ſanguis eſt: vnus iuſti eſt ſanguis, & alter iuſti ſanguis eſt: ex inuidia profuſus eſt vnus, & alter ex inuidia: ſed diſcrimen inter vtrumque eſt, quod ſanguis Abel clamet de terra ſurſum, & ſanguis Chriſti de cruce. Expende verba, *clamabat ad me de terra*, & conſidera verba *melius loquentem quàm Abel*, colligesque ſanguinẽ Abelis clariſſima voce vindictam exigere de fratre Cain: ſanguinem verò Filij Dei pro toto mundo indulgentiam exorare. Bene ponderanda Apoſtoli verba ſunt, *melius loquentem*, non modò ſcilicet ſanguinẽ Chriſti in cruce locutum, ſed etiam hodierno tempore coram æterno Patre loqui. Parum enim mors Chriſti profuiſſet ſi illorum cauſſa ſolum fuiſſet mortuus, qui tum temporis viuebant. Apoſtolus non dicit ſanguinem Chriſti tum tẽporis locutum, ſed iam nunc loqui, & ad finem mundi vſq; locuturum, quæ cauſſa eſt, vt in dies illi mortem præſentemus, ac ſanguinem offeramus. Nam cùm nullum diem nos ſine peccato elabi ſinamus, nullum quoque diem ille ſine caſtigatione noſtri elabi ſinet. Magnum, inquit Baſilius, peccatum peccator ille admittit, quiſquis ſanguinem Chriſti ſibi vtilem non facit; tametſi

Sanguis Chriſti etiã nunc loquitur.

enim pro gentilibus hæreticisque frigore concretus sit, tamen pro Christianis ac peccatoribus fluidus, recensque est.

Perinde quoque & illud ponderandum est, Apostolum non dicere, *accessistis ad sanguinis effusionem*, sed *aspersionem*, quod verbum Apostolus no dicit propter excommunicatam synagogam, sed propter sanctam ecclesiam: siquidem effusioni ipsa synagoga interfuit, collectioni verò Ecclesia presens fuit. O quàm felices Christiani sumus, ò quàm infelices Hebræi, siquidem ad sanguinis effusionem progressi sint, nos verò ad sanguinis aspersionem peruenimus: adeò vt illi sanguinem Christi sine eius collectione effuderint, nos autem sine effusione collegerimus. Augustinus inquit, per *sanguinis aspersionem*, docet Apostolus sanguinem Abelis, non alias vires habuisse, quam quod in terra profusus fuerit, sed sanguine filij Dei tota Ecclesia catholica tanquam hyssopo consperfa fuit: adeò vt vniuersus Synagogæ sanguis tantum effusus inuersusque sit; verùm sanguis Ecclesiæ non modò effusus, sed etiam salubriter dispensatus fuerit. Cyrillus in Leuiticum ait: Ad sanguinis effusionem inuenta Synagoga est, *ad sanguinis aspersionem Ecclesia*: quippe de Synagogæ sanguine ne gutta quidem collecta fuit; verùm de sanguine Christi ne gutta quidem fuit deperdita. Bernardus inquit, Sanguis Abel pati potest, quod effundatur; at non aliud sanguis Filij Dei patitur, quàm quòd colligatur. ille sanguinem Christi colligit guttatim, quisquis vitam Christi sensim imitatur. Vnam verò gut-

guttam solum ille colligit, quisquis in vna eum tantum virtute imitatur. Et duas guttas precioſi ſanguinis ille colligit, quiſquis duas virtutes exprimit: & multas denique guttas ſanguinis colligit ille, quiſquis multis ſeſe virtutibus conſecrat: adeò vt quemadmodum in cruce in compenſam effudit malitiæ, ita modo ad compenſationem præbeat virtutum.

Chriſtus de anima Chriſtianâ conqueritur, quod adeò propter creationem ſuam, Redemptionemque ingrata ſit.

CAP. LXXII.

VVlneraſti cor meum ſoror mea, vulneraſti cor meum ſponſa mea, in vno oculorum tuorum & vno crine colli tui, inquit Sponſus ad Sponſam. In hæc verba, inquit Origenes, non ab alio quopiam tam ſubtilia, affectuoſaque verba profecta eſſe, quàm ab afflicto, diuinoque amore inflammato homine. Tribulationes, quas Chriſtus animæ conqueſtus eſt, & anguſtiæ, quas anima Chriſto patefecit, à quo melius poſſunt enarrari, quàm ab anima ipſa eaſdem cum Chriſto ſufferente? Qui poſſibile calamum meum poſſe conſcribere, & cor meum guſtare poſſe, eiuſmodi diſcurſum, eiuſmodi amabilia vulnera, eiuſmodi benè enunciatam querimoniam, atque hæc ipſa Cant. 4.

ipsa est. Quam suauis dominus animæ se quærenti, quàm affabilis se diligenti, quàm acceptus animæ se conseruanti sit, solum illa potest intelligere, quæ digna gustare est. Ante omnia hic ponderandum est, quare Christus sanctam hic animam sponsam semel vocet, & semel sororem. Si enim soror est, qui sponsa esse queat; & si sponsa, qui soror? Secretū huius mysterij est, quod vocet eam sponsam, propter fidem acceptam à Christo, & quod sororē vocet, fit propter carnem à Christo assumptam: adeò vt mitis Dominus Iesus sponsus noster sit, eò quod crearit; & frater, eò quod redemerit. Bis queritur Dominus à sponsa sua se vulneratum, dicens: *vulnerasti cor meum soror mea, vulnerasti cor meum sponsa mea.* Duplex enim amor est, quo nostri miseretur, & duplex dolor est, quem propter nos patitur, dum nimirum eam ad sui creauit imaginem & suo sanguine redemit. Christū secundò ad animam dicere, *vulnerasti me, vulnerasti me* tantundem est, ac si diceret, tu ingrata es propter gratiam, quam tibi in creando exhibui, & ingrata es propter beneficium in redimendo tibi collatum. Bernardus inquit, aduerte bene Christum non dicere ad animam *vulnerasti caput meum*, sed *vulnerasti cor meum*, id est, illam nō eius contudisse caput sed cor pœnitius perfodisse: ostendens, quod omnia peccata commissa, & omnia exhibita illi obsequia, in ipsius cor pertingant, vti ex corde nos diligit. Anselmus inquit, Deus neminem ridet, nec à quopiam rideri vult, atque inde est, quod nos ex corde diligat, si in eius perstitamus gratia; oderitque ex corde, si ab eadem excidamus: adeò vt omnia,

Duplex amor, & duplex dolor Christi.

Vulneratur cor Christi.

quæ

quæ committimus peccata contra ipsum ad ipsius cor pertingant, omniaque item obsequia sibi præstita conseruet in corde. Causa quare spôsus de sponsa, & sponsa de sponso conqueratur est, quia anima causam non habet de Deo quærendi, & Deus causam non habet animæ gratias agendi. Conqueritur sponsus de sponsa ideo, ꝙ cordi eius omnia vulnera imponat: dicitque ideo cor vulnerari, quòd cor lædi non possit, nisi à corde altero. Illud namque solum culpa vocari potest, quæ deliberata voluntate fit. Tú verò cor tuum cor Christi vulnerat, quando ratio dictat ne pecces, nihilominus voluntas peccare decernit, in quo casu non tam Deus offenditur ipsa actione quam facis, sed ipso corde ac voluntate quo cum facis. Toties vulnera cordi Christi infligis, quoties in peccatum consentis, atque ideo dicit, *vulnerasti cor meum*, quippe peccata tua ex corde tuo profecta sunt. De inuiolatâ anima dicere dominus potest se non nisi bis vulneratum tametsi indies ducenties offendat: non enim de vna re loqui vel cogitare vel videre quempiam possumus, nisi simul dominum offendamus.

Considerandum quoque non dicere illum, *interfeciſti cor meum*, sed *vulnerasti cor meum*. Cùm enim videamus sæpissimè aliquos mori ideò, quia cor alteratum nonnihil sit, qui vtique citius morerentur, quod cor transfossum esset? Hugo de Prato ait, Vulnera cordi facta cùm sint lethalia, nec medicinam admittant, quare dicit Christus, se à dilectissima sua vulneratum in corde, non tamen mortuum. Vbi discrimẽ notatur inter offensam Dei atque hominis intercedens, quod nimirum homo ex quolibet moriatur vulnere

nere, siquidem remittere non vult; verùm benedictus Dominus Iesus se occidi non quer.tur sed vulnerari; ostendēs qd eodē illo momento quo anima de peccatis suis dolet, ac pœnitet, Deus satisfactionem culparum acceptet. Quid futurum esset nobis si Christus non dixisset vulnerasti me, sed interfecistis me? Quid erat aufer re Christo aliud, quàm sine spe misericordiæ eius peccare? Cum loqueretur Angelo Deus, ait, *interfecistis cor meum*, verùm cùm homines cōpellaret, ait, *vulnerasti cor meum*, siquidem peccatum Angeli indulgentiam nunquam sperare habet, sed peccatum hominis indies remissionem exspectat. O mitis Domine Iesu, ô Redēptor animæ, ô quàm tibi obligati sumus, eo quòd dicas, nos te vulnerare, non verò interficere. His eximiis verbis nos docet, ictus illos, quos cordi tuo infigimus; & peccata, quæ in te committimus, tam facile curri, quàm facile nos conuertimur. Nemo desperet de remissione peccatorum, siquidem ipse palàm fatetur, quod illum non interfecerimus, sed vulneraverimus solùm, à quibus tum vulneribus curatur, quando meliorem vitam instituimus. O infinita bonitas, ô immensus amor benedicti Domini mei Iesu, quæso te, dic mihi, quid in hac peccatrice anima videris, quod eius manibus illa arma concredas, quibus te vulneret; & medicinam qua te sanet? & quid est illa medicina aliud, quam conuersio ac emendatio vitæ meæ? Perinde dicit Christus arma illa, quibus sponsa vulneravit illum, fuisse oculum capitis eius, & crinem colli eius, adeò vt oculi tela essent, & crines vincula. O i-

Emendatione vitæ nostræ, Christi vulnera sanantur.

genes

genes in hunc modum ait. O quàm tenerum cor est, quod vnius ictu oculi vulneratur, ô quam parum virium habet ille, qui vnico se crine vinciri sinit. Cor quod à Deo contingitur, eiusque diuino gustu capitur, tametsi fortius Sampsone sit, & Alaele celerius, nihilominus in amore Dei gustuque diuinorum capi, atque sine vlla resistẽtia captiuari se sinit. Duos oculos habemus in capite, quibus videmus; & duos oculos in anima habemus, quibus amamus, vnus oculus amoris est, alter verò timoris. Quod ergo Dominus dicat, nos altero eum oculo intueri significat, nos illi partim ex timore, partim ex amore seruire. Perfecti homines oculo amoris illum respiciũt, minus perfecti verò oculo illum timoris contuentur, hoc tamen discrimine, quod Dominus aspectu vnius ne in minimo se cõmouet, sed contuitu aliorum illicò recreatur. Quid potest in mundo ad gustandum dulcius, & quid ad refocillandam animam nostram aptius esse, quam si intentionem nostram eo dirigamus vt videamus Dominum, totoque ex corde illum colamus? Quæ potuisset Dominus iucundiora verba cum dilectâ anima miscere, quos discursus amabiliores instituere ex diuino ore eius profluentes, quàm quòd illum oculi nictu vulnerarit, & vnico crine capitis colligârit? O immẽsum Domini mei Creatoris Redemptorisque amorẽ, quæso te, dic mihi, cùm adeò facilè te sinas per animam ipsam placari, te semel solummodo contuentem; quid toto vitæ suæ tempore non contuenti te, sed etiam seruienti facies? ille Deũ vnico capillo vincit, quis-

quis

Digitized by Google